162
L
18.

BIBL. NAZ.
162
L
18
NAPOLI

MISSALE MONASTICVM,







Iuxtà ritum Caſinenſis Congregationis.
Aliàs Sanctę Iuſtinę Ordinis D. Benedicti.
Ex Decreto Generalium Comitiorum, & Regiminis.

VENETIIS,
Apud Dominicum Nicolinum. M D LXXX.

ſto dicta eſt,& Credo & Præfatio, cæteraq; omnia de feſto celebranda ſunt, niſi in ſpecie aliud aſſignetur,præter octauam ſancti ſs.Patris Benedicti, & feſtorum in quibus dicitur Credo ratione tituli tantùm.

Per totum Aduentum in Dominicis tantùm euangelium in tono quadrageſimali cantatur.

In Quadrageſima verò non in dominicis tantum:ſed in ipſis etiam feriis.

Ab octaua Paſchæ vſque ad Pentecoſten etiã quando fit de feria,epiſtola & euangelium in to no.xii.lect.& præfatio in tono feriali cantentur: licet in feſto.xii.lect.præfatio ſolẽnis cãtanda ſit.

Credo dicitur, quando ſtatim poſt euangeliũ in Miſſale inuenitur,& in omnibus diebus conſe crationum Eccleſiarum, Altarium & in die tituli Eccleſiæ.

¶ De indumentorum coloribus.

Diuerſis temporibus, & ſolennitatibus Eccleſia diuerſis vtitur indumentis.

In Aduentu violaceis.

In vigilia Natiuitatis ad Miſſam albis.

In vigilia Epiphaniæ ad miſſam albis.

A Septuageſima vſq; ad Dominicam de Paſſione violaceis : deinde nigris vſque ad Sabbatũ ſanctum,niſi fiat de feſto.

In die palmarum ad benedictionem ramorũ pluuiali albo.

Feria.v.in cęna domini ad Miſſam albis.

Sabbato ſancto ad ignis & cerei & incenſi benedictionẽ albis.Finita benedictione , violaceis ſeu cęleſtinis.Ad Miſſam albis,& ab hac die vſq; ad Sabbatum Pentecoſtes excluſiuè. præter quã in Miſſa Litaniarum,& Rogationum.

In vigilia Aſcenſionis ad Miſſam albis.

In vigilia Pẽtecoſtes ad prophetias violaceis ſeu cœleſtinis.Ad Miſſam rubeis.

In feſto Purificationis ad benedictionem candelarum albis.

¶ Quibus temporibus Icona altaris operiatur & diſcooperiatur.

In Aduentu ſicut in xl. niſi feſtum occurrat operitur.

A Septuageſima vſq; ad feriam.iiii. Cinerum niſi feſtum occurrat velatur.

Feria quinta in cęna domini ab Introitu miſſæ vſq; ad Gloria in excelſis diſcooperitur. Finita Gloria velatur.

Sabbato ſancto ad Miſſam quando intonatur. Gloria in excelſis.Icona altaris diſcooperitur.

In vigilia Pentecoſtes ad Miſſam, quum intonatur Gloria in excel. Icona diſcooperitur.

In aliis vero temporibus in Dominicis & feſtis diſcooperitur.in feriis vero velatur, niſi a Paſcha vſque ad feſtum.S.Trinitatis.

TABVLA AD INVENIENDVM nonnulla extra propria loca poſita, vt lacunæ compoſitorum complerentur.

IN Anniuerſario Dedicationis Eccleſiæ. 157

In ipſa die dedicationis Eccleſiæ. 158

In ipſa die dedicatiõis altaris. 234

Pro Duce Venetiarũ Feria vj.in Paraſceue. 108

Sequentia. Sancti Spriritus adſit nobis. 112

In Trans latione.S.Pauli Martyris. 128

In Translatione.S.Marci. 136

Miſſa quatuor temporum Septembris. 153

In Translatione Sancti Coſmæ , & Damiani Marty. 211

In feſto S.Coſmæ confeſſoris. 211


Miſſa.S.Simeonis Monachi. 214

Miſſa.S.Floriani. 215

Pro comitiſſa Matilda in agendis mor. 215

IN DIE DEPOSITIONIS PRIMI Lapidis,templi noui S.Georgij Maioris.

DEus in cuius nomine omnia finem ſortiuntur inchoata perfectum, adeſto propitius; vt eccleſia hæc quæ ad honorem maieſtatis tuæ creſcit in dies, Spiritualibus fundata incrementis: etiam ornamentis cęleſtibus augeatur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. &c.


I·N·R·I·

PAVLO ORIO CASINENSIS
CONGREGATIONIS PRÆSIDI

Dominicus Nicolinus Typographus. S. D.

EN TIBI *Præſes ampliſſime, idemq. lectiſſime Abbas, Miſſale Caſinenſis Familiæ, cui maximarum virtutum nomine præfectus es, impreſſum damus, ſuperioribus menſibus cura ſtudioq. quam maximo fieri potuit, typis noſtris excuſum. Id, quanto reliquis ueſtris Miſſalibus, quæ hactenus circumferuntur, caſtigatius ſit, cuicunq. illud in manus ſumere libuerit, cognitu erit faciliimum. Nos quidem hac in re, uetus exemplar Caſinenſe à Iuntis impreſſum Venetijs anno ſalutis ſexto ſupra milleſimum quingenteſimum ſecuti ſumus; omnibus ferè maculis abſterſis, atque ea ſaniore lectione reſtituta, quam Benedictus Guidius Monacus Caſinas, nominis tui obſeruantiſſimus, nobis exhibuit. Is, de tuo, & cæterorum maiorum ſuorum conſilio, quantum in ſe fuit, nulli labori unquàm pepercit, vt Miſſale quam caſtigatiſſimum in lucem prodiret: effecitq. ut dum à uetuſto Caſinenſium Monachorum exemplari lectio non recedit, volumen ipſum Romano Miſſali, quod olim* PIVS V. *Pontifex omnium maximus ſuperioribus annis emiſit, ab eruditiſsimis ac pijs viris accerrimè caſtigatum reſponderet. Itaque Guidius, quantũ antiqua Iuntarum exemplaria, quantum recentiora hac Romana adiumẽto eſſe potuerunt, quam potuit opem Congregationi ueſtræ afferre conatus eſt: neque quicquam à ſe fieri potuiſſe exiſtimauit, quod magis Caſinenſibus Monachis, ac pijs mortalibus prodeſſet, quàm ſi Miſſale Monaſticum, vnde immortali Deo quotidie ueſtri Sacerdotes ſacra faciunt, purgatum haberemus. Quare ſi quid boni, Guidius nobiſcum præſtitit, id totum Deo Opt. Max. qui omnium bonorum fons eſt, Monachi Caſinenſes acceptum referant. Si verò: quod abſit: erratum quidpiam deprehendetur, id non meæ, uel ipſius Guidij ueſtri amantiſsimi hominis uoluntati, quæ in vniuerſam familiam maximè propenſa eſt, ſed temporis anguſtijs, ac Calcographorum in curiæ tribuatur. Vale P. ampliſs. & labores noſtros æqui boniq. conſulito. Venetijs, Calendis Ianuarij.* M D L X X X.

Quia abſoluta impreſſione Miſſalis huius, animaduertimus computiſtarum incuria ferè ſemper numerorum notas, & cartarum citationes perperam impreſſas, quod antea minimè dignoſcere potuimus; viſum eſt nobis hac de re Lectorem admonere; & in hunc quem ſequitur modum, eiuſmodi errorem quoad fieri poteſt, interpungere.

Commune	Apoſtolorum.		215
	Martyris Pontificis & nõ Pontif.		218.220
	Tempore Paſchali.		222
	Plurimor. Marty. Pontif. & non Pontif.		223
	Confeſſorum.	Pontificum.	226
		Doctorum.	227
		Non Pontificum.	228
		Abbatum.	230

Commune	virginum.	Virginis, & Martyris.	231
		Virginum martyrum.	232
		Virginis tantum.	232
		Martyris non virginis.	233
		Nec Virginis, nec Martyris.	234
Quædam de Communi Martyrum, & Confeſſorum.			234

Tabula perpetua ad inueniendum Feſta Mobilia.

Literæ Martyrologii.	Aureus Numerus.	Literæ Dominicales.	Septuageſima.	Dies cinerum.	Paſcha Reſurr. Domini.	Aſcenſio Domini.	Pentecoſtes.	Corpus Domini.
q	16	d	18. Ian.	4. Feb.	22. Mar.	30. April.	10. Maij.	21. Maij.
e	5	e	19	5	23	1. Maij.	11	22
		f	20	6	24	2	12	23
n	13	g	21	7	25	3	13	24
b	2	A	22	8	26	4	14	15
		b	23	9	27	5	15	26
K	10	c	24	10	28	6	16	27
		d	25	11	29	7	17	28
ſ	18	e	26	12	30	8	18	29
		f	27	13	31	9	19	30
g	7	g	28	14	1. April.	10	20	31
		A	29	15	2	11	21	1. Iunij.
p	15	b	30	16	3	12	22	2
		c	31	17	4	13	23	3
		d	1. Feb.	18	5	14	24	4
d	4	e	2	19	6	15	25	5
		f	3	20	7	16	26	6
		g	4	21	8	17	27	7
m	12	A	5	22	9	18	28	8
		b	6	23	10	19	19	9
		c	7	24	11	20	30	10
A	1	d	8	25	12	21	31	11
j	9	e	9	26	13	22	1. Iunij.	12
		f	10	27	14	23	2	13
r	17	g	11	28	15	24	3	14
		A	12	1. Mar.	16	25	4	15
f	6	b	13	2	17	26	5	16
o	14	c	14	3	18	27	6	17
		d	15	4	19	28	7	18
c	3	e	16	5	20	29	8	19
l	11	f	17	6	21	30	9	20
		g	18	7	22	31	10	21
t	19	A	19	8	23	1. Iunij.	11	22
h	8	b	20	9	24	2	12	23
		c	21	10	25	3	13	24

AD maiorem autem commoditatẽ poſita eſt ſupraſcripta Tabula perpetua, ad inueniendum feſta mobilia, in qua primùm quære Aureum numerum anni currentis, ſub quo literam Dominicalem anni eiuſdem, quæ prima tibi occurrerit. Nam ex eius directo habebis Feſta mobilia ipſius anni, quoto ſcilicet die menſis celebrentur; qui dies eius menſis eſt, cuius nomen proxime ſupraſcribitur. Verùm in anno Biſſextili ex geminis literis Dominicalibus capienda eſt poſterior, quæ ſcilicet poſt S. Matthiæ feſtum anno ſeruit. Sed tunc Septuageſima, & etiam Quadrageſima, ſi intra Februarium ceciderit, celebranda eſt poſtridie, quàm Tabula indicabit.

A ſiniſtro latere eiuſdem tabulæ exiſtunt etiam literæ Martyrologii Aureo numero accommodatæ, ut eo habito deprehendas è regione literam Martyrologii, tali anno debitam. Hoc anno 1580. cum Aureus numerus ſit 4. litera Martyrologii erit D. Sequenti anno 1581. Quia Aureus numerus curret 5. erit litera Martyrologii E. &c. Finitis decemnouem annis redeundum eſt ad principium cum annis currentibus.

Tabula literarum Dominicalium, Incipientium ab anno 1580.

C	A	G	F	E	C	B	A	G	E	D	C	B	G
B				D				F				A	
F	E	D	B	A	G	F	D	C	B	A	F	E	D
		G				E				G			

IN Tabula ſupraſcripta, literam Dominicalem ſingulis annis hoc pacto inuenies: Primam literam, quę eſt C B tribue anno 1580. ſequentem, quæ eſt A tribue anno 1581. ſicque deinceps progredere quouſque peruenias ad numerum anni, cuius literam ſcire vis; quia litera ſuper quam cadit numerus illius anni, erit litera Dominicalis. Quæ ſi vnica occurrerit, annum communem eſſe intelliges; ſi duplex, biſſextilem. Et tunc prior id eſt ſuperior, vſque ad feſtum S. Matthiæ Apoſtoli deſeruiet; inferior autem ad reliquam anni partem accommodabitur. Sciendum autem, quòd finitis 28. annis, redeundum eſt ad principium cum annis tunc occurrentibus.

Cyclus decemnouennalis Aurei numeri incipientis ab eodem Anno 1580.

4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 1. 2. 3.

SImili modo vt dictum eſt de litera Dominicali, deprehendes etiam Aureum numerum in ſupraſcriptâ numerorum ſerie. Nam primum numerum, qui eſt 4. tribue anno 1580. ſequentem, qui eſt 5. tribue anno 1581. & ſic deinceps donec ad annum tuum peruenias, & finitis decem & nouem annis, regredere iterum ad principium.

Modus inueniendi quota ſit Luna cuiuſque Menſis per Epactam.

EPacta nihil aliud eſt, niſi numerus vndecim dierum, quia in anno communi Solari Luna facit duodecim coniunctiones cum Sole, & vndecim dies ſuperant tertiæ decimæ; & hi 11. dies ſunt Epactæ, cuius ordo ſic procedit. Anno 1580. eſt Epacta 14. ſequenti anno ad numerum 14. Epactæ præcedentis anni addendo 11. erit Epacta 25. tertio anno ad 25. addendo 11; erunt numeri 36. qui ſuperat vnam Lunationem; è quibus demptis 30. remanent 6. & ſic ſemper à principio procedendo cum 11. habebitur Epacta anni currentis; vt in ſupraſcripto Cyclo numerorum ponitur. Qui annus incipit pro mutando Epactam in Calendis Martii. Animaduertendum tamen, quòd eo anno quo Epacta erit 29. ſequenti anno additur ad 29. 12, ita ut remaneat Epacta 11. in aliis uerò ſeruatur, quod dictum eſt addendo ſemper 11. Ad inueniendū ergo quot dies habeat Luna, numero Epactæ anni currentis addantur tot dies quot ſunt Calendæ menſium præcedentium à Calendis Martii uſque ad menſem, cuius quæritur quota ſit Luna; addantur præterea tot numeri, quot ſunt dies eiuſdem menſis, & omnibus numeris ſimul computatis, inuenietur quot dies habeat Luna in illo menſe. Quod ſi numerus aggregatus ex ſupradictis ſuperaret 30. abiectis 30. quod ſupereſt, ſunt dies Lunæ.

De Anno, & eius partibus.

ANnus Menſes habet duodecim, Hebdomadas duas & quinquaginta, & diem vnum, Dies verò trecentos ſexaginta quinque & ſex horas, tanto enim temporis interuallo Sol Zodiacum perluſtrat. Quater autem ſex horæ ſingulis quaternis annis diem conſtituunt; hinc annus ille Intercalaris, Biſſextus vel Biſſextilis dicitur.

Quando inchoatur Aduentus Domini.

ADuentus Domini inchoatur Dominica proximiori feſto Sancti Andreæ, vel ipſa die Sancti Andreæ, ſi in Dominica venerit.

Quatuor Tempora.

QVatuor tempora celebrantur 4. & 6. feria, ac Sabbato poſt tertiam Dominicam Aduentus: poſt primam Dominicam Quadrageſimæ: poſt Pentecoſten: & poſt feſtum Exaltationis S. Crucis.

IANVARIVS

Habet dies xxxj. Luna vero xxx.

iii	A	Calendis.	1	Circuncisio Domini.	duplex maius.
				Et ſanctæ Martinæ virginis & martyris.	comm.
	b	iiii no.	2	Octaua ſancti Stephani.	dup.mi.
xi	c	iii no.	3	Octaua ſancti Ioannis.	dup.mi.
	d	pridie no	4	Octaua ſanctorum Innocentum.	dup.mi.
xix	e	Nonis	5	Vigilia Epiphaniæ non eſt ſub pręcepto.	
viii	f	viii idus	6	Epiphania Domini.	dup.ma.
	g	vii idus	7		
xvi	A	vi idus	8	Sancti Seuerini abbatis.	comm.
v	b	v idus	9		
	c	iiii idus	10	Sancti Pauli primi eremitæ.	comm.
xiiii	d	iii idus	11	Sancti Iginij papæ & martyris.	comm.
ii	e	pridie id'	12		
	f	Idibus	13	Octaua Epiphaniæ.	du.mi.
x	g	xix cal.	14	Februarij. Sancti Felicis preſbyteri & mar.	com.
				Et ſancti Hilarii epiſcopi & confeſſ.	comm.
	A	xviii cal.	15	Sancti Mauri abbatis.	dup.maius.
xviii	b	xvii cal.	16	S.Marcelli papę & mar. Et Honorati epiſ.& cõf.	com.
vii	c	xvi cal.	17	Sancti Antonii abbatis.	dup.mi.
	d	xv cal.	18	Cathedra ſancti Petri Romæ.	dup.mi.
				Et Sanctæ Priſcæ virginis & mar.	comm.
xv	e	xiiii cal.	19	SS. Marii, Marthæ, Audifax, & Abbacuc mar.	com.
iiii	f	xiii cal.	20	Sanctorum Fabiani, & Sebaſtiani mar.	dup.mi.
	g	xii cal.	21	Sanctæ Agnetis virginis & marty.	dup.mi.
xii	A	xi cal.	22	Sanctorum Vincentii, & Anaſtaſii marty.	ſemidup.
j	b	x cal.	23	Sanctæ Emerentianæ virginis & marty.	comm.
	c	viiii cal.	24	Timothei epiſcopi & mar.	comm.
ix	d	viii cal.	25	Conuerſio ſancti Pauli Apoſtoli.	dup.mi.
	e	vii cal.	26	Polycarpi epiſcopi & mar.	comm.
xvii	f	vi cal.	27	Sancti Ioannis Chryſoſtomi epiſcopi & conf.	dup.mi.
vi	g	v cal.	28	Sanctæ Agnetis ſecundò.	comm.
	A	iiii cal.	29		
xiiii	b	iii cal.	30		
iii	c	pridie cal.	31	Sanctorum Cyri, & Ioannis martyrum.	comm.
				Et ſancti Geminiani epiſcopi & confeſſ.	comm.

FEBRVARIVS

Habet dies xxviij. Luna verò xxix.

	d	Calendis.	1	Sancti Ignatij Epiſcopi & mar. Et ſancti Seueri Epiſcopi & confeſ.	comm. comm.
xi	e	iiii no.	2	Purificatio Glorioſiſſimæ Mariæ virg.	dup.ma.
xix	f	iii no.	3	Sancti Blaſii Epiſcopi & mar.	xii.lec.
viii	g	pridie no.	4		
	A	Nonis.	5	Sanctę Agathæ virg. & mar.	dup.mi.
xvi	b	viii idus	6		
v	c	vii idus	7		
	d	vj idus	8		
xiii	e	v idus	9	Sanctæ Apolloniæ virg. & mar.	comm.
ii	f	iiii idus	10	Sanctæ Scholaſticæ virginis.	du.ma.
	g	iii idus	11		
x	A	pridie id⁹	12		
	b	Idibus	13	Sanctæ Fuſcæ virginis & mar.	comm.
xviii	c	xvj cal.	14	Martii. Sancti Valentini mar.	comm.
vii	d	xv cal.	15	Sanctorum Fauſtini & Iouitæ martyrum.	comm.
	e	xiiii cal.	16		
xv	f	xiii cal.	17		
iiii	g	xii cal.	18		
	A	xj cal.	19		
xii	b	x cal.	20		
j	c	ix cal.	21		
	d	viii cal.	22	Cathedra S. Petri Apoſtoli Antiochiæ.	dup.min.
viiii	e	vii cal.	23	Vigilia ſancti Matthiæ Apoſtoli ſub præcepto.	
	f	vj cal.	24	Sancti Matthiæ Apoſtoli.	dup.min.
xvii	g	v cal.	25		
vi	A	iiii cal.	26		
	b	iii cal.	27		
xiiii	c	pridię cal.	28	Sancti Romani Abbatis. Sancti Macarii confeſ.	dup.min. comm.

¶ Anno Biſſextili additur vnus dies, & fit dierum 29. ſed Feſtum S. Matthiæ celebratur die 25. & tunc dicitur bis, **ſexto Calendas.** hoc eſt 24. & 25. die, & ſic litera Dominicalis mutatur in ſuperiorem, vt ſi ſit **D,** in **C,** ſi ſit **C,** in **B,** ſimiliter & in aliis.

MARTIVS

Habet dies xxxj. Luna verò xxx.

iii	d	Calendis.	1		
	e	vi no.	2		
xi	f	v no.	3		
	g	iiii no.	4		
xix	A	iii no.	5		
viii	b	pridie no.	6		
	c	Nonis	7	S. Thomæ de Aquino confeſ.	dup.min.
				Et ſanctarum Perpetuæ, & Felicitatis virginum & martyrum.	comm.
xvi	d	viii idus	8		
v	e	vii idus	9	Sanctorum Quadraginta martyrum.	comm.
	f	vi idus	10		
xiii	g	v idus	11		
ii	A	iiii idus	12	Sancti Gregorii Papæ & confeſ. & Eccl. Doc.	dup.ma.
	b	iii idus	13		
x	c	pridie id⁹	14	Tranſlatio Corporum S. Iuſtinę, & aliorum.	dup.mi.
	d	Idibus	15		
xviii	e	xvii cal.	16	Aprilis.	
vii	f	xvi cal.	17		
	g	xv cal.	18		
xv	A	xiiii cal.	19	Ioſeph confeſſoris.	dup.mi.
iiii	b	xiii cal.	20		
	c	xii cal.	21	Sancti Patris noſtri Benedicti Abbatis.	dup.ma.
xii	d	xi cal.	22		
i	e	x cal.	23		
	f	ix cal.	24		
viiii	g	viii cal.	25	Annunciatio Glorioſiſſimæ virginis Marię.	du.ma.
	A	vii cal.	26		
xvii	b	vi cal.	27		
vi	c	v cal.	28	Octauæ ſancti Patris noſtri Benedicti abbatis.	dup.mi.
	d	iiii cal.	29		
xiiii	e	iii cal.	30		
iii	f	pridie cal.	31		

APRILIS

Habet dies xxx. Luna verò xxix.

	g	Calendis.	1		
xi	A	iiii no.	2		
	b	iii no.	3		
xix	c	pridie no.	4		
viii	d	Nonis	5		
xvi	e	viii idus	6		
v	f	vii idus	7		
	g	vi idus	8		
xiii	A	v idus	9		
ii	b	iiii idus	10		
	c	iii idus	11	Leonis p. Papæ, & confeſſoris.	duplex minus.
x	d	pridie id'	12		
	e	Idibus	13		
xviii	f	xviii cal.	14	Maii. SS. Tibultii, Valeriani, & Maximi mart.	com.
vii	g	xvii cal.	15		
	A	xvi cal.	16		
xv	b	xv cal.	17	Sancti Aniceti papæ & martyris.	comm.
iiii	c	xiiii cal.	18		
	d	xiii cal.	19		
xii	e	xii cal.	20		
i	f	xi cal.	21		
	g	x cal.	22	Sanctorum Soteris, & Caii papæ, & mar.	comm.
ix	A	ix cal.	23	Sancti Georgii martyris	ſemiduplex.
	b	viii cal.	24		
xvii	c	vii cal.	25	Sancti Marci euangeliſtæ.	dupl. minus.
vi	d	vi cal.	26	Sanctorum Cleti, & Marcelliani papæ & mar.	com.
	e	v cal.	27		
xiiii	f	iiii cal.	28	Sancti Vitalis martyris.	comm.
iii	g	iii cal.	29	Sancti Petri martyris.	comm.
	A	pridie cal.	30		

MAIVS

Habet dies xxxi. Luna verò xxx.

xi	b	Calendis.	1	Sanctorum apoſtolorum Philippi, & Iacobi.	dup.mi.
	c	vi no.	2	Athanaſii epiſcopi & confeſſoris.	dup.min.
xix	d	v no.	3	Inuentio ſanctæ Crucis.	duplex minus.
viij				Et ſanctorum Alexandi, Euentij, Theoduli, atque Iuuenalis. xii.lect.	transferuntur.
	e	iiii no.	4		
	f	iii no.	5		
xvj	g	pridie no.	6	Sancti Ioannis ante portam Latinam.	dup.minus.
v	A	Nonis	7		
	b	viii idus	8	Apparitio ſancti Michaelis archangeli.	dupl.minus.
xiii	c	vii idus	9	Gregorii Theologi epiſcopi, & confeſſoris.	dup.mi.
ij	d	vi idus	10		
	e	v idus	11	Sanctorum Gordiani, & Epimachi mart.	comm.
x	f	iiii idus	12	Sancti Maioli abbatis.	comm.
	g	iii idus	13	Sanctorum Nerei, Archilei, & Pancratii mar.	comm.
xviij	A	pridie idꝰ	14	Sancti Bonifacii martyris.	comm.
vij	b	Idibus	15		
	c	xvii cal.	16	Iunii.	
xv	d	xvi cal.	17		
iiij	e	xv cal.	18		
	f	xiiii cal.	19	Sanctæ Potentianæ virginis.	comm.
xij	g	xiii cal.	20		
j	A	xii cal.	21		
	b	xi cal.	22		
ix	c	x cal.	23		
	d	ix cal.	24		
xvij	e	viii cal.	25	Sancti Vrbani Papæ & mar.	xii.lect.
vj	f	vii cal.	26	Sancti Eleutherii Papæ & martyris.	comm.
	g	vi cal.	27	Sancti Ioannis Papæ & mar.	comm.
xiiij	A	v cal.	28		
iij	b	iiii cal.	29		
	c	iii cal.	30	Sancti Felicis Papæ & martyris.	comm.
xj	d	pridie cal.	31	Sanctæ Petronillæ virginis.	comm.

IVNIVS

Habet dies xxx. Luna verò xxix.

	c	Calendis.	1	Sanctorum Nicomedis,& Proculi martyrum.	comm.
xix	f	iiii no.	2	Sanctorum Marcellini,Petri,atq; Eraſmi mar.	comm.
viii	g	iii no.	3		
xvi	A	pridie no.	4		
v	b	Nonis	5		
	c	viii idus	6		
xiii	d	vii idus	7		
ii	e	vj idus	8		
	f	v idus	9	Sanctorum Primi, & Feliciani martyrum.	comm.
x	g	iiii idus	10		
	A	iii idus	11	Sancti Barnabæ Apoſtoli.	duplex minus.
xviii	b	pridie id⁹	12	SS.Baſilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarii mart.	com.
vii	c	Idibus	13		
	d	xviii cal.	14	Iulij. Baſilii epiſcopi & confeſſoris.	dupl.minus.
xv	e	xvii cal.	15	Sanctorum Viti,Modeſti,atq; Creſcentiæ mar.	com.
iiii	f	xvj cal.	16		
	g	xv cal.	17		
xii	A	xiiii cal.	18	Sanctorum Marci,& Marcelliani mar.	comm.
j	b	xiii cal.	19	Sanctorum Geruaſij,& Prothaſii martyrum.	xii.lec.
	c	xii cal.	20	Sancti Syluerii Papæ,& martyris.	comm.
ix	d	xj cal.	21		
	e	x cal.	22	Sancti Paulini epiſcopi & confeſſoris.	comm.
				Et Sancti Iuliani confeſſoris.	comm.
xvii	f	ix cal.	23	Vigilia Sancti Ioannis Baptiſtæ ſub præcepto.	
vi	g	viii cal.	24	Natiuitas Sancti Ioannis Baptiſtæ.	dupl.ma.
	A	vii cal.	25	Sancti Proſperi epiſcopi, & confeſſoris.	comm.
xiiii	b	vj cal.	26	Sanctorum Ioannis & Pauli martyrum.	dupl.ma.
iii	c	v cal.	27		
[illegible]	d	iiii cal.	28	Vigilia Apoſtolorum Petri,& Pauli ſub præcepto.	
				Et Sancti Leonis ij.papæ, & confeſſoris.	comm.
xi	e	iii cal.	29	Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli.	dupl.ma.
	f	pridie cal.	30	Commemoratio Sancti Pauli Apoſtoli.	dup.minus.

IVLIVS

Habet dies xxxj. Luna verò xxx.

xix	g	Calendis.	1	Octaua ſancti Ioannis Baptiſtæ.	ſemidupl.
viij	A	vi non.	2	Viſitatio glorioſiſſimæ virginis Mariæ.	dup.ma.
		v no.		Et ſanctorum Proceſſi, & Martiniani mart.	comm.
	b		3		
xvj	c	iiij no.	4		
v	d	iij no.	5		
	e	pridie no.	6	Octaua Apoſtolorum Petri, & Pauli.	dup.minus.
xiij	f	Nonis	7		
ij	g	viij idus	8		
	A	vii idus	9	Octaua viſitationis glorioſiſſ. virginis Mariæ.	dup.mi.
x	b	vi idus	10	Sanctorum ſeptem fratrum mart. & ſanctarum Ruffinæ, & ſecundæ martyrum.	comm.
	c	v idus	11	Sancti Pii papæ & martyris.	comm.
xviij	d	iiii idus	12	Sanctorum Naboris, & Felicis martyrum.	comm.
vij	e	iii idus	13	S. Margaritæ virg. & mar. ſecundum Tranſpa.	xij. lect.
				Et ſancti Anacleti papæ & martyris.	comm.
	f	pridie id⁹	14	Sancti Eugenii epiſcopi & confeſſoris.	comm.
xv	g	Idibus	15	Sanctorum Quiryci & Iulitæ martyrum.	comm.
iiij	A	xvii cal.	16	Auguſti.	
	b	xvi cal.	17	S. Marinæ virg. comm. Et S. Alexii confeſſ.	comm.
xij	c	xv cal.	18	S. Symphoroſæ, & ſeptem filiorum marty.	comm.
j	d	xiiii cal.	19		
	e	xiii cal.	20	Sanctæ Margaritæ virginis & martyris.	xii. lect.
ix	f	xii cal.	21	Sanctæ Praxedis virginis.	comm.
	g	xi cal.	22	Sanctæ Mariæ Magdalenæ.	dupl. minus.
xvij	A	x cal.	23	Sancti Apollinaris epiſcopi & martyris.	xii. lect.
vj	b	ix cal.	24	Sanctæ Chriſtinæ virginis & mart.	comm.
				Vigilia ſancti Iacobi Apoſtoli ſub præcepto.	
	c	viii cal.	25	Sancti Iacobi Apoſtoli.	dupl. minus.
				Et ſancti Chriſtophori martyris.	comm.
xiiij	d	vii cal.	26	Sancti Simeonis monachi.	comm.
iij				Et ſancti Paſtoris confeſſoris.	comm.
	e	vi cal.	27	Sancti Pantaleonis martyris.	comm.
	f	v cal.	28	Sanctorum Nazarij, Celſi, Victoris, & Innoc. m.	cõm.
xj	g	iiii cal.	29	Sanctæ Marthæ virginis.	ſemiduplex.
				Et ſanctorum Felicis, Fauſtini, Simplicii, Beatricis, & ſanctarum Floræ, & Lucillæ virg. & mart.	com.
xix	A	iii cal.	30	Sanctorum Abdon, & Sennen. martyrum.	comm.
	b	pridie cal.	31		

AVGVSTVS

Habet dies xxxj. Luna verò xxix.

viij	c	Calendis.	1	S.Petri ad Vincula.	du.min.
				Et ſanctorum Machabęorum mar.	comm.
xvj	d	iiii no.	2	Sancti Stephani Papæ,& martyris.	comm.
v	e	iii no.	3	Inuentio corporis ſ.Stephani prothomar.	xij.lec.
	f	pridie no.	4	S.Dominici confeſſoris. du.mi. & S.Iuſtini mar.	com.
xiij	g	Nonis.	5	S.Mariæ ad Niues.	dup.ma.
ij	A	viii idus	6	Transfiguratio Domini.	dup.ma.
				Et ſanctorũ Sixti,Feliciſſimi,& Agapiti mar.	com.
	b	vii idus	7	Sancti Donati Epiſcopi & marty.	comm.
x	c	vj idus	8	Sctõrum Cyriaci,Largi,& Smaragdi marty.	comm.
	d	v idus	9	Vigilia ſ.Laurentij ſub præcepto.	
				Et ſanctorũ Firmi,Ruſtici,atq; Romani mar.	com.
xviij	e	iiii idus	10	Sancti Laurentij mar.	dup.ma.
vij	f	iii idus	11	Sanctorum Tyburtij,& Suſannæ mar.	comm.
	g	pridie id'	12	Sanctę Clare virginis.	comm.
xv	A	Idibus	13	Sanctorum Hyppoliti & ſociorum eius.	xij.lec.
iiij	b	xix cal.	14	Septembris. Vigilia ſ.Mariæ ſub præce. Et ſanctorum Felicis & Fort.mar.cõ. Et ſ.Euſebii presb.cõf.	com.
	c	xviii cal.	15	Aſſumptio Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ.	du.ma.
xij	d	xvii cal.	16		
j	e	xvj cal.	17	Octaua ſancti Laurentii mar.	Semidup.
	f	xv cal.	18	Sancti Agapiti mar.	comm.
ix	g	xiiii cal.	19		
	A	xiii cal.	20	Sancti Bernardi Abbatis.	dup.min.
xvij	b	xii cal.	21		
vj	c	xj cal.	22	Octaua ſanctę Mariæ.	dup.min.
				Et SS.Timothei,Hyppoliti & Symph.mar.	com.
	d	x cal.	23	Vigilia ſ.Bartholomæi ſub præcepto.	
xiiij	e	ix cal.	24	Sancti Bartholomæi Apoſtoli.	dup.min.
iij	f	viii cal.	25	Sancti Ludouici confeſ.	comm.
	g	vii cal.	26	Sancti Zepherini Papæ & mar.	comm.
xj	A	vj cal.	27		
xix	b	v cal.	28	Sancti Auguſtini epiſ. & confeſ.& Eccl.doc.	dup.mi.
				Et ſancti Hermetis mar.	comm.
	c	iiii cal.	29	Decollatio ſancti Ioannis Baptiſtæ.	dup.min.
				Et ſanctæ Sabinę virg.& mar.	comm.
viij	d	iii cal.	30	Sanctorum Felicis & Adaucti martyrum.	comm.
	e	pridie cal.	31		

SEPTEMBER

Habet dies xxx. Luna verò xxx.

xvj	f	Calendis.		1	Sancti Ægidii Abbatis.	xii.lec.
					Et ſanctorum xii.Fratrum mar.	com.
v	g	iiij	no.	2	S.Antonini mar.	com.
	A	iij	no.	3		
xiij	b	pridie no.		4		
ij	c	Nonis		5		
	d	viii	idus	6		
x	e	vii	idus	7		
	f	vi	idus	8	[illegible] glorioſæ virginis Mariæ.	dup.ma.
					Et ſancti Hadriani mar.	comm.
xviij	g	v	idus	9	Sancti Gorgonii mar.	comm.
vij	A	iiii	idus	10		
	b	iii	idus	11	Sanctorum Prothi & Hyacinthi mar.	comm.
xv	c	pridie id⁹		12		
iiij	d	Idibus		13		
	e	xviii	cal.	14	October. Exaltatio ſanctæ Crucis.	dup.min.
					Et S.Cornelij & Cyr.mar.	xii.lec.transferuntur.
xij	f	xvii	cal.	15	Octaua ſanctæ Mariæ.	dup.min.
					Et ſancti Nicomedis mar.	com.
j	g	xvi	cal.	16	SS.Luciæ,Geminiani & Euphemiæ mar.	comm.
	A	xv	cal.	17		
ix	b	xiiii	cal.	18		
	c	xiii	cal.	19		
xvij	d	xii	cal.	20	Vigilia ſancti Matthæi ſub præcepto.	
					Et SS.Euſtachii,& ſociorum eius mar.	comm.
vj	e	xi	cal.	21	Sancti Matthæi Apoſtoli.	dup.mi.
	f	x	cal.	22	Sanctorum Mauritij & ſociorum eius mar.	xii.lec.
xiiij	g	ix	cal.	23	Sancti Lini Papæ & martyris.	comm.
					Et ſanctæ Theclæ virginis & mar.	comm.
iij	A	viii	cal.	24		
	b	vii	cal.	25.		
xj	c	vi	cal.	26	Sanctorum Cypriani & Iuſtinæ martyrum.	comm.
xix	d	v	cal.	27	Sanctorum Coſmæ & Damiani mar.	xii.lec.
	e	iiii	cal.	28		
viij	f	iii	cal.	29	Dedicatio Eccleſiæ S Michaelis Archang.	dup.mi.
	g	pridie cal.		30	Sancti Hieronymi præſb.& Eccl.doc.	dup.min.

OCTOBER

Habet dies xxxj. Luna verò xxix.

xvj	A	Calendis.	1	Sancti Remigii epiſcopi & confeſſoris.	xij.lect.
v	b	vi no.	2		
xiii	c	v no.	3		
ii	d	iiii no.	4	Sancti Franciſci confeſſoris.	dupl.minus.
	e	iii no.	5	Sancti Placidi monachi,& ſociorum marty.	dupl.ma.
x	f	pridie no.	6		
	g	Nonis	7	Sanctæ Iuſtinæ virginis & mar.	dup.ma.
				Et ſanctorũ Sergii,Bacchi,Marcelli,& Apuleii.	cõ.
				Et ſancti Marci papæ, & confeſſoris.	comm.
xviii	A	viii idus	8		
vii	b	vii idus	9	Sanctorum Dionyſii, Ruſtici,& Eleutherii mar.	ſemi.
	c	vj idus	10	Sancti Ceruonii epiſcopi & confeſſoris.	comm.
xv	d	v idus	11		
iiii	e	iiii idus	12		
	f	iii idus	13		
xii	g	pridie id⁹	14	Sancti Calliſti papæ, & mar.	comm.
i	A	Idibus	15		
	b	xvii cal.	16	Nouembris Sancti Galli abbatis.	xii.lect.
ix	c	xvj cal.	17		
	d	xv cal.	18	Sancti Lucæ euangeliſtæ.	duplex minus.
xvii	e	xiiii cal.	19		
vi	f	xiii cal.	20		
	g	xii cal.	21	Sanctæ Vrſulæ, & ſociarum virg. & mart.	ſemidup.
				Et ſancti Hilarionis abbatis.	xii.lect.
xiiii	A	xj cal.	22		
iii	b	x cal.	23		
	c	ix cal.	24		
xi	d	viii cal.	25	Sanctorum Chryſanthi,& Dariæ martyrum.	comm.
xix	e	vii cal.	26	Sancti Euariſti papæ & martyris.	comm.
	f	vj cal.	27	Vigilia Apoſtolorum Simonis & Iudæ ſub præcepto.	
viii	g	v cal.	28	Sanctorum Apoſtolorum Simonis,& Iudæ.	dup.mi.
	A	iiii cal.	29		
xvi	b	iii cal.	30	Sancti Germani epiſcopi & confeſſoris.	comm.
v	c	pridie cal.	31	Vigilia omnium Sanctorum ſub præcepto.	

NOVEMBER

Habet dies xxx. Luna vero xxx.

	d	Calendis.	1	Feſtiuitas Omnium Sanctorum.	du.ma.
				Et ſancti Cæſarii marty.	comm.
xiii	e	iiii no.	2	Commemoratio Omnium fidelium defunctorum.	
ii	f	iii no.	3		
	g	pridie no.	4	Sanctorum Vitalis & Agricolæ martyr.	comm.
x	A	Nonis	5		
	b	viii idus	6	Sancti Leonardi confeſ.	Semidup.
xviii	c	vii idus	7	Sancti Proſdocimi epiſcopi & confeſ.	comm.
vii	d	vi idus	8	Octaua Omnium Sanctorum. du.mi. Et SS. Quatuor Coronatorum mar. com. Et ſ. Benigni mar.	com.
	e	v idus	9	Sancti Theodori mar.	comm.
xv	f	iiii idus	10	SS. Tryphonis, Reſpicij, & Nymphę mar.	com.
iiii	g	iii idus	11	Sancti Martini epiſcopi & confeſ.	dup.ma.
				Et ſancti Mennæ mar.	comm.
	A	pridie id'	12	Sancti Martini Papæ & mar.	com.
xii	b	Idibus	13	Sancti Bricij epiſcopi & confeſ.	xii.lec.
j	c	xviii cal.	14	Decembris.	
	d	xvii cal.	15		
viiii	e	xvi cal.	16		
	f	xv cal.	17		
xvii	g	xiiii cal.	18	Octaua ſancti Martini.	dup.min.
vi	A	xiii cal.	19	S. Pontiani Papæ & mar. com. Et S. Odonis abb. cõ.	
				Et ſ. Eliſabeth nec virg. nec mar.	comm.
xiiii	b	xii cal.	20		
iii	c	xi cal.	21	Sancti Columbani Abbatis.	xii.lec.
	d	x cal.	22	Sanctæ Ceciliæ virg. & mar.	dup.min.
	e	viiii cal.	23	Sancti Clementis Papæ & mar.	dup.min.
				Et ſanctæ Felicitatis mar.	comm.
xi	f	viii cal.	24	Sancti Chryſogoni mar.	comm.
xix	g	vii cal.	25	Sanctæ Catherinæ virginis & mar.	dup.min.
	A	vi cal.	26	Sancti Petri epiſcopi & mar.	comm.
viii	b	v cal.	27		
	c	iiii cal.	28		
xvi	d	iii cal.	29	Vigilia ſancti Andreæ ſub præcepto.	
				Et ſancti Saturnini martyris.	comm.
v	e	pridie cal.	30	Sancti Andreæ Apoſtoli.	dup.min.

DECEMBER

Habet dies xxxj. Luna verò xxix.

	f	Calendis.	1		
xiij	g	iiij no.	2	S.Bibianæ virginis & martyris.	com.
ij	A	iij no.	3		
x	b	pridie no.	4	Sanctæ Barbaræ virginis & martyris.	com.
	c	Nonis	5	Sancti Sabbæ abbatis.	comm.
xvij	d	viii idus	6	Sancti Nicolai epiſcopi & confeſſoris.	dup.mi.
vij	e	vii idus	7	Sancti Ambroſij epiſ.& confeſ.& Eccleſię doc.	du.mi.
	f	vi idus	8	Conceptio Glorioſę virginis Mariæ.	dup.ma.
				Et ſancti Zenonis epiſcopi & confeſſoris.	comm.
xv	g	v idus	9	Sancti Syri epiſcopi & confeſſoris.	comm.
iiij	A	iiii idus	10	Sancti Melchiadis papæ & martyris.	comm.
	b	iii idus	11	Sancti Damaſi papæ & confeſſoris.	comm.
xij	c	prid. idus	12		
j	d	Idibus	13	Sanctæ Luciæ virginis & martyris.	dup.minus.
				Et Tranſlatio capitis S.Georgij martyris.	
	e	xix cal.	14	Ianuarii.	
ix	f	xviii cal.	15		
	g	xvii cal.	16		
xvij	A	xvi cal.	17		
vj	b	xv cal.	18		
	c	xiiii cal.	19		
xiiij	d	xiii cal.	20	Vigilia ſancti Thomæ Apoſtoli ſub præcepto.	
iij	e	xii cal.	21	Sancti Thomæ apoſtoli.	dup.minus.
	f	xi cal.	22		
xj	g	x cal.	23		
xix	A	ix cal.	24	Vigilia Natiuitatis Domini ſub præcepto.	
	b	viii cal.	25	Natiuitas domini noſtri Ieſu Chriſti.	dupl.maius.
				Et ſanctæ Anaſtaſiæ.	comm.
viij	c	vii cal.	26	Sancti Stephani prothomartyris.	dupl.maius.
	d	vi cal.	27	Sancti Ioannis apoſtoli & euangeliſtæ.	dupl.maius.
xvj	e	v cal.	28	Sanctorum Innocentum.	dupl.maius.
v	f	iii cal.	29	Sancti Thomæ epiſcopi & martyris.	ſemidupl.
	g	iiii cal.	30		
xiij	A	pridie cal.	31	Sancti Syluestri papæ & confeſſoris.	dupl.minus.

Nota quòd in littera g. duplex aureus numerus eſt ponendus: quia in xix. annorum ſpacio bis Luna prima in eadem litera inuenitur: eo videlicet anno quo aureus numerus eſt ij. & quo eſt, xiij.

RVBRICAE GENERALES
MISSALIS MONASTICI.

ADVENTVS domini vbicũq; Dominicus dies venerit inter quintum Calendas Decẽbris, & tertium Nonas eiuſdẽ menſis. i.ea Dominica, quæ ſancti Andreæ feſto vicinior eſt, celebratur.

Feria.iiii.proxima poſt feſtũ ſanctæ Luciæ, Cinerũ, Pentecoſtes, & Exaltationis ſanctæ Crucis, ſemper quatuor tempora celebrantur.

Si cõtingat alicui feſto deeſſe proprii aliquid, pro eo recurrendum eſt ad commune ſanctorum.

Si feſtum habens vigiliam veniat die Lunæ: officium vigiliæ fit ſabbato præcedenti.

A prima Dominica Aduentus vſq; ad Natiuitatem: & ab octaua Epiphaniæ vſq; ad Purificationem: & a Septuageſima vſq; ad feriam.iiii.Cinerum: exceptis diebus in quibus ſanctorum occurrentium feſta celebrantur: infra hebdomadã miſſa conuentualis de Dominica celebretur.

In diebus in quibus ieiuniũ celebramus, miſſa fit de feria hora Nona. Et ſi feſtum ſit vel xij. lec.vel ſolẽne: prima miſſa dicitur de feſto hora Tertia: nec fit commemoratio de feria: ſecunda dicitur de feria hora Nona ſine commemoratione feſti.

Hoc ſeruatur in miſſa conuentuali tantùm. In cæteris verò miſſis particularibus, quãdo huiuſmodi feſta.xii.lect.occurrunt: celebrantes de feſto non prętermittant commemorationem ferię: & de feria celebrantes non prætermittant commemorationem feſti.

In matutinis quando fit de aliquo feſto commemoratio ſpecialis, de eodẽ fiat cõmemoratio in Miſſa: niſi pro ipſo ſpecialis miſſa celebretur.

In omnibus.xij.lec.feſtis. Gloria in excelſis.& Ite miſſa eſt.dicuntur ad Miſſam.

In feſtis verò Dominę, & in eorũ octauis: & in miſſis votiuis eiuſdẽ Gloria in excelſis. dicitur.

Infra hebdomadam quotiens de feria agitur etiam ſi Miſſa Dominicæ extra tempus paſchale celebratur: nec Gloria in excelſis. nec Credo. nec Ite miſſa eſt. dicuntur.

In miſſis defunctorum & Rogationum: ſeu pro peccatis: aut pro quacũq; tribulatione: & ſimiliter in Dominicis Aduentus: & a Septuageſima uſque ad feriam.iiii.maioris hebdomadæ incluſiuè: & in vigiliis in quibus ieiunium celebramus: præterquam in ſabbato ſancto & in vigilia Pentecoſtes Gloria in excelſis Deo.non dicitur.

Quotiens Gloria in excelſis Deo.nõ dr̃: in fine Miſſæ Bñdicamus dicitur: exceptis defunctorũ Miſſis, in quibus dicitur. Requieſcant in pace.

Deinde Sacerdos benedicens populum dicit. Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus.

In defunctorum autem miſſis. Ieſus Chriſtus, qui eſt vita viuorum: & reſurrectio mortuorum benedicat vos in ſecula ſeculorum.

In miſſa cõuentuali tres tm̃ orationes dicunt̃: niſi aliqua die plures occurrãt dicẽdę neceſſariò.

In feſto autem duplici vna tantũ oratio dicitur: niſi neceſſe ſit vnam, aut plures orationes ratione aliqua addere, vbi vitari non poteſt.

Impares in Miſſis priuatis orationes dicendæ ſunt: vel vna, vel tres, vel quinque, vel ſeptem: ſi tamen id obſeruari commode poſſit.

Oratio A cunctis dicitur in Miſſa conuentuali quotidie tam ferialibus diebus, quam Dominicis, aliiſque feſtis à Purificatione vſq; ad Dominicam de Paſſione: & ab octaua Pentecoſtes vſq; ad Aduentum: exceptis feſtis duplicibus: in quibus non dicitur: nec per aliquas octauas: nec in vigiliis quæ ieiunantur: nec in diebus, quibus propriæ ſufficiunt cõmemorationes: nec in miſſis votiuis beati Petri apoſtoli: nec beatæ uirginis Mariæ, nec patris noſtri ſanctiſs. Benedicti.

Quando non dicitur A cunctis in Miſſa conuẽtuali, oratio Eccleſiæ uel Deus omnium dicitur.

Si ſanctorum cõmemorationibus, de quibus factum eſt ad laudes, una uel plures uotiuæ addantur commemorationes: uel ſanctiſſimæ Trinitatis, uel ſancti Spiritus, uel ſanctæ Crucis, uel beatæ virginis Mariæ, vel ſanctorum Angelorũ, vel patris noſtri ſanctiſs.Benedicti, poſt cõmemorationem ſanctorum, de quibus actum eſt ad laudes, commemoratio ſanctiſſimæ Trinitatis, ſiue Sancti Spiritus præcedit cõmemorationem ſanctæ Crucis, ſiue beatæ virginis Mariæ: & commemoratio ſanctorum Angelorum præcedit commemo. ſanctiſs.Patris Benedicti.

Si fiat commemoratio ſanctiſſimæ Trinitatis, nõ eſt ſimul ſancti Spũs cõmemoratio facienda.

Qnũ oratio pro defunctis intermiſcetur miſſæ, quæ pro viuis celebratur, non vltima, ſed vel penultima vel antepenultima reſeruetur.

In miſſa defunctorum non intermiſcetur oratio viuorum.

Infra octauas fit idẽ officium qđ in die feſti: Gloria in excelſis & Sequentiã quando in feſto di-

Ad laudem, & gloriam Sanctiſsimæ, & Indiuiduæ Trinitatis: Et Beatiſſimi Patris Noſtri Benodicti.

ORDINARIVM MISSARVM DE TEMPORE.

¶ Dominica prima Aduentus: Statio ad ſanctam Mariam maiorem. Introitus.



AD te leuaui animaʒ meã de⁹ me⁹ ĩ te cõfido nõ erubeſcam: neq3 irrideãt me inimici mei: ẽteni vniuerſi qui te expectãt: nõ cõfundentur. ps. Uias tuas dñe demonſtra mihi, ⁊ ſemitas tuas edoce me. Sequit̃ immediate ṽ. Gloria pr̃i. Sicut erat. Quo finito repetit̃ Introit⁹ Ad te leuaui. Et iſte modus repetẽdi Introitũ ſeruatur p̱ totũ annũ qñ dr̃ Gloria pr̃i. poſt Introitu3. Et nõ dr̃ Gloria in excelſis deo. nec Ite miſſa eſt. Ab hac Dominica vſq3 ad Natiuitatem Dñi, niſi in feſtis. Oĩo.

M. M. A Excita



Excita queſumus domine potentiam tuam ꝛ veni: vt ab imminentibus peccatorum noſtrorum periculis: te mereamur protegente éripi: te liberante ſaluari. Qui viuis, ꝛ regnas cum Deo Patre. Amen.

¶ Ab hac die vſque ad vigiliam Natiuitatis Domini poſt orationem diei, dicitur oratio. Deus qui de beatę Marię virginis vtero. ꝛ Eccleſię tuę. vel Deus omnium fidelium. Infra hebdomadam ſi fuerit feſtum: prima oratio dicitur de feſto: ſecunda de dominica: tertia de ſancta Maria.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Romanos. xiij. Cap.

Fratres: ſcientes quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Nunc autem propior eſt noſtra ſalus quam quum credidimus. Nox pręceſſit: dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum: ꝛ induamur arma lucis: ſicut in die honeſte ambulemus. Non in commeſſationibus ꝛ ebrietatibus: non in cubilibus ꝛ impudicitiis: non in contentione ꝛ emulatione: ſed induimini dominum Jeſum Chriſtũ. Grad.

Uniuerſi qui te expectant non confundentur domine. ℣. Uias tuas domine notas fac mihi: ꝛ ſemitas tuas édoce me. Alleluia. ℣. Oſtende nobis domine miſericordiam tuam: ꝛ ſalutare tuum da nobis.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum. xxj. Cap. Reſponſo. Gloria tibi domine.



In illo tépore: quum appropinquaſſet Jeſus Jeroſolymis, ꝛ veniſſet Bethſphage ad monté oliueti: tũc miſit duos diſcipulos ſuos dicens eis: Ite in caſtellum quod contra vos eſt: ꝛ ſtatim inuenietis aſinam alligatam ꝛ pullum cum ea: ſóluite ꝛ adducite mihi: ꝛ ſiquis vobis aliquid dixerit: dicite, quia dominus his opus habet: ꝛ confeſtim dimittet eos. Hoc autem totum factum eſt: vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam, dicentem. Dicite filię Sion: ecce rex tuus venit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinam ꝛ pullum filium ſubiugalis. Euntes autem diſcipuli fecerunt ſicut pręceperat illis Jeſus: ꝛ adduxerunt aſinam ꝛ pullum: ꝛ impoſuerunt ſuper eos veſtiméta ſua: ꝛ eum déſup ſedere fecerũt. Plurima auté turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via. Alij autez cedebant ramos de arboribus ꝛ ſternebát in via. Turbę aũt quę pręcedebant ꝛ quę ſequebantur clamabát dicentes. Oſanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine

nomine domini. Credo. Offer.

Ad te domine leuaui animaʒ meam: deus meus in te confido non erubeſcam: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi qui te expectant non confundentur. Secreta.

Hec ſacra nos domine potenti virtute mũdatos, ad ſuũ faciant puriores venire principiuʒ. Per dominum. Cõmu.

Dñs dabit benignitatem: ⁊ terra noſtra dabit fructum ſuum. Poſtcõm.

Suſcipiamus dñe miſericordiam tuam in medio templi tui: ⁊ reparationis noſtrę ventura ſolennia cõgruis honoribus precedamus. Per dominuʒ. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. ℣. Benedicamus dño. ℟. Deo gratias.

Notanduʒ ꝙ a prima dominica Aduent⁹ vſqʒ poſt feſtũ purificationis ſanctę Marię: ⁊ a Septuageſima vſqʒ poſt octauã pentecõſtes Miſſę votiuę non dicunt in conuetu: ſed reſumitur Miſſa precedentis Dñicę. Sed ſi ſunt plures Sacerdotes poſſunt dicere qñqʒ Miſſam quã voluerint.

Dñica ſecunda Aduentus: Statio ad ſanctã crucẽ. Introi.



Populus Sion ecce dñs veniet ad ſaluandas gẽtes: ⁊ auditam faciet dñs gloriã vocis ſuę in lętitia cordis veſtri. ps. Qui regis Iſraël intende: qui deducis velut ouẽ Ioſeph. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiri. Oratio.

Excita dñe corda nr̃a ad preparãdas vnigeniti tui vias: vt per ei⁹ aduẽtũ, purificatiſ tibi mẽtib⁹ ſeruire mereamur. Qui.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Roma. xv.

Fratres: Quecunqʒ ſcripta ſunt: ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt: vt per patientiã ⁊ conſolationẽ ſcripturarũ, ſpem habeamus. Deus aũt patiẽtię ⁊ ſolatii det vobis idipſum ſapere in alterutrũ ſecundũ Ieſuʒ Chriſtũ: vt vnanimes, vno ore, honorificetis deũ ⁊ patrẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti. Propter qđ ſuſcipite inuicẽ ſicut ⁊ Chriſtuſ ſuſcepit vos in honorẽ dei. Dico eni Chriſtũ Ieſum miniſtrũ fuiſſe circũciſionis ꝓpter veritatẽ dei ad confirmandas promiſſiones patrum. Gentes aũt ſup miſericordia honorare deum: ſicut ſcriptum eſt. Propterea cõfitebor tibi in gentib⁹ dñe: ⁊ nomini tuo cantabo. Et iterũ. Lętamini gentes cũ plebe ei⁹. Et iterũ. Laudate oẽs gẽtes dñm: ⁊ magnificate eum oẽs populi. Et rurſuſ Iſaias ait. Erit radix Ieſſe: ⁊ qui exurget regere gentes: in eum gentes ſperabũt. De⁹ aũt ſpei repleat vos oĩ gaudio, ⁊ pace, in credẽdo: vt abũdetis ĩ ſpe, ⁊ virtute ſpũs ſcti. Gra.

Ex Sion ſpecies decóris ei⁹: de⁹ manifeſte veniet. ℣. Cõgregate illi ſanctos eius: q ordinauerũt teſtamẽtũ ei⁹ ſup ſacrificia. Alla. ℣. Lętat⁹ ſum ĩ his que dicta ſunt mihi: ĩ domũ dñi ibim⁹.

Secundum Lucam. xxi. Cap.



IN illo tẽpore: dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Erunt ſigna i Sole, ⁊ Luna, ⁊ Stellis: ⁊ in terris pręſſura gentium, pręconfuſione ſonit⁹ maris ⁊ fluctuũ: areſcentibus hoibus pręti more, ⁊ expectatiõe: quę ſuperueniẽt vniuerſo orbi. Nã virtutes cęlorũ mouebuntur: Et tũc videbũt filiũ hoĩs veniẽtẽ in nube, cũ poteſtate magna, ⁊ maieſtate. His aũt fieri incipientibus, reſpicite ⁊ leuate capita veſtra: qm̃ appropinquat redemptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinẽ. Videte ficulneam ⁊ oẽs arbores: quum producũt iam ex ſe fructũ: ſcitis quoniã prope eſt Aeſtas. Jta ⁊ vos quũ videritis hęc fieri: ſcito te quoniã prope eſt regnũ Dei. Amẽ dico vobis: q2 nõ pręteribit generatio hęc: donec oĩa fiãt. Cęlũ ⁊ terra tranſibũt: verba aũt mea nõ trãſibũt. Credo. **Offer.**

Deus tu conuertens viuificabis nos ⁊ plebs tua lętabitur in te: oſtende nobis domine miſericordiam tuam: ⁊ ſalutáre tuum da nobis. **Secreta.**

PLacare quęſumus dñe humilitatis noſtrę precibus ⁊ hoſtiis: ⁊ vbi nulla ſuppetũt ſuffragia meritorum: tuis nobis ſuccurre pręſidiis. Per. **Cõmu.**

Jeruſalem ſurge, ⁊ ſta in excelſo: ⁊ vide iocunditatem, quę veniet tibi á Deo tuo. **Poſtcommunio.**

REpleti cibo ſpiritualis alimónię, ſupplices te dñe deprecamur: vt huius participatione myſterij doceas nos terrena deſpicere: ⁊ amare cęleſtia. Per.

¶ Dñica.iij. Aduentus: Statio ad ſanctũ Petrum. Introi.



Gaudete i dño ſemper, iterũ dico gaudete: modeſtia veſtra nota ſit oĩb⁹ hominib⁹: dñs prope eſt: nihil ſolliciti ſitis: ſed in oĩ oratione, petitiones veſtrę innoteſcát apud Deum. **Ps.** Et pax Dei, quę exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, ⁊ intelligentias veſtras. ℣. Gloria. **Oratio.**

AUrem tuã quęſumus dñe precibus nr̃is accómoda: ⁊ mentis noſtrę tenebras, gratia tuę viſitationis illuſtra. Qui vi.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinth.j. Cap.iiij.

FRatres: ſic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti: ⁊ diſpenſatores myſteriorũ Dei. Hic iam quęritur inter diſpenſatores: vt fidelis quis inueniatur. Mihi autẽ pro minimo eſt, vt á vobis iudicer: aut ab humano die: ſed neq3 meipſum iudico. Nihil enim mihi cõſcius ſum: ſed

non

non in hoc iuſtificatus ſum. Qui autem iudicat me dominus eſt. Itaq; nolite ante tempus iudicare: quoadusq; veniat domin⁹ qui ⁊ illuminabit abſcondita tenebrarum: ⁊ manifeſtabit conſilia cordium: ⁊ tunc laus erit vnicuique á Deo. Graduale.

Qui ſedes dñe ſuper Cherubin, excita potentiã tuam ⁊ veni. ℣. Qui regis Iſraél intẽde qui deducis velut ouem Ioſeph. Alle. ℣. Excita dñe potentiam tuam ⁊ veni, vt ſaluos facias nos.

Secundum Mattheum. xj.



IN illo tẽpore: quum audiſſet Joannes in vinculis opa Chriſti: mittẽs duos de diſcipulis ſuis, ait illi. Tu es qui venturus es: an aliũ expectam⁹? Et reſpondens Jeſus, ait illis. Euntes renunciate Joanni, quę audiſtis ⁊ vidiſtis. Ceci vident: claudi ambulãt: leproſi mundantur: ſurdi audiunt: mortui reſurgunt: pauperes euangelizantur. Et beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me. Illis aũt abeuntibus, cepit Jeſus dicere ad turbas de Joanne. Quid exiſtis in deſertũ videre? Arundinẽ vento agitatã? Sed quid exiſtis videre? Hominẽ mollib⁹ veſtitũ? Ecce qui mollibus veſtiuntur: in domibus regum ſunt. Sed quid exiſtis videre? Prophetã? Etiã dico vobis, ⁊ pluſquã prophetã. Hic eſt enim de quo ſcriptũ eſt. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuã: qui preparabit viam tuã ante te. Credo. Offer.

Benedixiſti domine terram tuam auertiſti captiuitatem Jacob: remiſiſti iniquitatem plebis tuę. Secreta.

Deuotionis noſtrę tibi quęſum⁹ dñe hoſtia iugiter immoletur: quę ⁊ ſacri peragat inſtituta myſterij: ⁊ ſalutare tuũ nobis mirabiliter operetur. Per. Cõm.

Dicite puſillanimes, confortamini, ⁊ nolite timere: ecce deus noſter veniet, ⁊ ſaluabit nos. Poſtcõmu.

Imploramus dñe clementiam tuam: vt hęc diuina ſubſidia á vitiis expiatos, ad feſta ventura nos preparent. Per domi.

¶ Feria quarta Quatuor Tẽporum Aduentus: Statio ad ſanctam Mariam maiorem. Introi.



Rorate cęli deſup, ⁊ nubes pluant iuſtũ: aperiatur terra, ⁊ germinet Saluatorem. Pſal's. Et iuſtitia oriatur ſimul: ego dñs creaui eũ. ℣. Gloria.

Quãdocunq; vna prophetia, aut plures dicuntur ante epiſtolã ad orõnẽ cuiuſlibet prophetię abſolute, dicit Sacerdos Oremus. Et Diaconus, ſi in officio diaconatus

natᵒ ſeruiat dicit Flectamus genua. Leua. Alioquin ipſe Sacerdos: excepto ꝙ in die paraſceues ad oꝛationē pro Judeis: ꝛ in ſabbato ſancto ad oꝛationem poſt prophetiam Nabuchodonoſoꝛ. Et in vigilia ꝛ in quatuoꝛ tempoꝛibus Pentecoſtes non dicitur Flectamus genua. Excepto etiā ꝙ ad oꝛationē, quę pꝛoximo ſequitur vltimā prophetiā dicitur Dñs vobiſcū, ſine Flectamᵒ ge. Qua oꝛatione finita, fiūt debitę cōmemoꝛationes. Leguntur autem pꝛophetię ſine titulo tribus diebᵒ tantū ſcilicet in paraſceue: ſabbato ſancto: ꝛ ſabbato in vigilia Pētecoſtes. Kyrie el. Oꝛemᵒ. Flectamus genua. Oꝛatio.

Pꝛeſta queſumus omnipotens Deus: vt redemptionis noſtrę ventura ſolennitas: ꝛ pꝛęſentis nobis vitę ſubſidia conferat: ꝛ ęternę beatitudinis pꝛęmia largiatur. Per dominū.

Lectio Iſaię Prophetę.ij.Cap.

In diebᵒ illis: dixit Iſaias pꝛopheta. Erit in nouiſſimis diebus pꝛęparatus mons domus dñi in vertice montium: ꝛ eleuabitur ſuper colles: ꝛ fluēt ad eum omnes gentes: ꝛ ibunt populi multi: ꝛ dicent. Venite aſcendamus ad montem dñi: ꝛ ad domū Dei Jacób: ꝛ docebit nos vias ſuas: ꝛ ambulabimus in ſemitis eius: quia de Sion exibit lex: ꝛ verbum dñi de Jeruſalem. Et iudicabit gētes: ꝛ arguet populos multos: ꝛ cōflabūt gladios ſuos in vómeres: ꝛ lanceas ſuas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium: nec exercebuntur vltra ad pꝛęlium. Domus Jacób venite ꝛ ambulemᵒ in lumine domini Dei noſtri. Grad.

Tollite poꝛtas pꝛincipes veſtras: ꝛ eleuamini poꝛtę ęternales: ꝛ introibit rex gloꝛię. ℣. Quis aſcendet in montē dñi: aut quis ſtabit in loco ſancto eius: innocens manibus, ꝛ mundo coꝛde. Hic dicitur Dñs vobiſcū. ſine Flectamus genua. Oꝛatio.

Feſtina queſumus domine ne tardaueris: ꝛ auxiliū nobis ſupernę virtutis impende: vt aduentus tui conſolationibus ſubleuentur: qui in tua pietate confidunt. Qui viuis, ꝛ reg.

Lectio Iſaię Prophetę.vij.Ca.

In diebus illis: locutus eſt dñs ad Achāz, dicens. Pete tibi ſignum a dño Deo tuo in pꝛofundum inferni: ſiue in excelſum ſupra. Et dixit Achaz. Non petam: ꝛ non tentabo dominū. Et dixit. Audite ergo domᵒ dauid. Nunquid parum vobis eſt, moleſtos eſſe hominibus: ꝗ moleſti eſtis ꝛ Deo meo: Propter hoc dabit dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet ꝛ pariet filium: ꝛ vocabitur nomen eius Emmanuél. Butyrum ꝛ mel cōmedet: vt ſciat repꝛobare malum, ꝛ eligere bonum. Gradua.

Pꝛope eſt dñs oībus inuocantibᵒ eū: omnibus qui inuocāt eum in veritate.

℣.

℣. Laudẽ dñi, loquetur os meũ: ⁊ benedicat omnis caro nomen ſanctũ ei⁹.

Secundum Lucam. j. Cap.



In illo tẽpore: miſſus eſt angelus Gabriel à Deo in ciuitateʒ Galilée, cui nomẽ Nazarét: ad virginem deſponſatam viro, cui nomẽ erat Joſéph, de domo Dauid: ⁊ nomen virginis Maria: ⁊ ingreſſus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena: dñs tecũ: benedicta tu in mulieribus. Que quum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius: ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inueniſti enim gratiaʒ apud Deum. Ecce concipies in vtero, ⁊ paries filiuʒ: ⁊ vocabis nomen eius Jeſum. Hic erit magnus: ⁊ filius altiſſimi vocabitur: ⁊ dabit illi dñs deus ſedem Dauid patris ei⁹: ⁊ regnabit in domo Jacób in ęternum: ⁊ regni eius non erit finis. Dixit auteʒ Maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud, quoniaʒ virum non cognoſco? Et reſpondens angelus dixit ei. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: ⁊ virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq̃ ⁊ quod naſcetur ex te ſanctuʒ: vocabitur filius Dei. Et ecce Eliſabéth cognata tua: ⁊

ipſa cõcepit filiũ in ſenectute ſua: ⁊ hic menſis eſt ſextus illi q̃ vocat ſterilis: quia nõ erit impoſſibile apud Deuʒ omne verbũ. Dixit aũt Maria. Ecce ancilla dñi: fiat mihi ſecundũ verbũ tuũ. Offer. Confortamini ⁊ iã nolite timere: ecce enim deus noſter retribuet iudiciũ: ipſe veniet ⁊ ſaluos nos faciet. Secre. Accepta tibi ſint queſum⁹ dñe noſtra ieiunia: quę ⁊ expiando nos tua gratia dignos efficiant: ⁊ ad ſempiterna promiſſa perdũcãt. Per. Cõm. Ecce virgo cõcipiet ⁊ pariet filiũ: ⁊ vocabit nomẽ ei⁹ Emmanuél. Poſtcõ. Salutaris tui domine munere ſatiati ſupplices deprecamur: vt cuius lętamur guſtu: renouemur effectu. Per dominũ.

¶ Feria. vj. Quatuor Temporum: Statio ad Sanctos. xij. Apoſtolos. Introitus.



rope eſto domine: ⁊ omnes vię tuę veritas: initio cognoui de teſtimonijs tuis, quia in ęternum tu es. Pſalmus. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria. Oratio. Excita queſumus domine potentiam tuam ⁊ veni: vt hi qui in tua pietate confidunt: ab omni citius aduerſitate liberentur: Qui viuis, ⁊ regnas cum Deo patre, in vnitate ſpũs ſancti Deus, p omnia ſecula ſeculoruʒ.

Lectio Iſaie Pꝛophete. xj. Ca.

HAec dicit dñs deus. Egre-
dietꝰ virga de radice Ieſſe:
⁊ flos de radice eius aſcendet: Et
requieſcet ſup eum ſpiritus dñi:
ſpiritus ſapiẽtie, ⁊ intellectus: ſpi
ritus conſilij, ⁊ foꝛtitudinis: ſpiri
tus ſcientie, ⁊ pietatis: ⁊ replebit
eum ſpiritus timoꝛis dñi. Non
ſecundũ viſionẽ oculoꝛũ iudica-
bit: neqꝫ ſecũdũ auditũ auriũ ar-
guet: ſed iudicabit in iuſtitia pau
peres: ⁊ arguet in equitate pꝛo
manſuetis terre. Et percutiet ter
ram virga oꝛis ſui: ⁊ ſpiritꝰ labio
rũ ſuoꝛũ interficiet impiũ: ⁊ erit
iuſtitia cingulũ lumboꝛũ eius: ⁊
fides cinctoꝛiũ renũ eius. Grad.

O ſtẽde nobis dñe miſericoꝛdiã tuã: ⁊
ſalutare tuũ da nobis. ℣. Bñdixiſti dñe
terrã tuam: auertiſti captiuitatẽ Iacob.

Secundum Lucam. j.



IN illo
tẽpoꝛe:
exurgens
Maria a-
bijt i mõ-
tana cũ fe
ſtinatiõe
in ciuita-
tẽ Iuda:
⁊ intrauit in domũ Zacharie: ⁊ ſa
lutauit Eliſabeth. Et factũ eſt vt
audiuit ſalutationẽ Marie Eliſa
beth: exultauit infans i vtero eiꝰ:
⁊ repleta eſt ſpũ ſctõ Eliſabeth: ⁊
exclamauit voce magna, ⁊ dixit.
Bñdicta tu inter mulieres: ⁊ be-
nedictꝰ fructꝰ vẽtris tui. Et vnde
hoc mihi: vt veniat mr̃ dñi mei
ad me: Ecce enĩ vt facta eſt vox
ſalutationis tue in auribꝰ meis:
exultauit i gaudio infans i vtero
meo. Et beata q̃ credidiſti: qm̃ p-
ficientꝰ ea q̃ dicta ſunt tibi a dño:
⁊ ait Maria. Magnificat anima
mea dñm: ⁊ exultauit ſpũs meus
in Deo ſalutari meo. Offerto.

Deus tu conuertens viuificabis nos:
⁊ plebs tua letabitur in te: oſtende no-
bis domine miſericoꝛdiam tuam: ⁊ ſa-
lutare tuum da nobis. Secreta.

MUneribus nr̃is queſumus
dñe pꝛecibuſqꝫ ſuſceptis:
⁊ celeſtibꝰ nos munda myſteriis
⁊ clementer exaudi: Per. Cõm.

Ecce dñs veniet: ⁊ oẽs ſancti eiꝰ cum
eo: ⁊ erit i die illa lux magna. Poſtcõ.

TUi nos dñe ſacramenti liba
tio ſancta reſtauret: ⁊ a vetu
ſtate purgatos in myſterij ſaluta
ris faciat trãſire conſoꝛtiũ. Per.

¶ Sabbato Quatuoꝛ tẽpoꝛũ:
Statio ad ſctm̃ Petrũ. Introi.

V Eni ⁊ oſtende
nobis faciem
tuã domine:
qui ſedes ſup
Cherubin: ⁊
ſalui erimus.
Ps. Qui regis
Iſrael intẽde: q
deducis velut ouẽ Ioſeph. ℣. Gloria.
Oremꝰ. Flectamꝰ ge. Leua. Oro.

DEus qui cõſpicis, quia ex
nr̃a prauitate affligimur,
concede pꝛopitius: vt ex tua viſi-
tatione conſolemur: Qui viuis.

Lectio

Lectio Yſaię Pꝛophetę. xix.

IN diebus illis: clamabunt ad dñm á facie tribulãtis: ⁊ mittet eis ſaluatoꝛẽ, ⁊ propugnatoꝛem; qui liberet eos. Et cognoſcet dñs ab Aegypto: ⁊ cognoſcẽt Aegyptij dñm in die illa: ⁊ colent eũ in hoſtijs ⁊ muneribꝰ: ⁊ vota vouebunt dño, ⁊ ſoluẽt: ⁊ pcutiet dñs Aegyptuꝫ plaga, ⁊ ſanabit eos: ⁊ reuertent ad dñm, ⁊ placabit eis: ⁊ ſanabit eos dñs deꝰ nr̃. Grad.

A ſummo cęlo egreſſio eiꝰ: ⁊ occurſus eius vſqꝫ ad ſummũ eius. ℣. Cęli enarrant gloꝛiã Dei: ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentum. Oꝛémus. Flectamus genua. Leuate. Oꝛo.

COncede quęſumꝰ oṕs deꝰ: vt qui ſub peccati iugo ex vetuſta ſeruitute deprimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Per eun.

Lectio Yſaię Pꝛophetę. xxxv.

HAec dicit dñs deꝰ. Lętabitur deſerta ⁊ inuia: ⁊ exultabit ſolitudo: ⁊ floꝛebit quaſi lilium. Germinans germinabit: ⁊ exultabit lętabunda, ⁊ laudans. Gloꝛia Libani data eſt ei: decoꝛ Charmeli ⁊ Sarón. Ipſi videbunt gloꝛiã dñi: ⁊ decoꝛẽ dei nr̃i. Cõfoꝛtate manꝰ diſſolutas: ⁊ genua debilia roboꝛate. Dicite puſillanimes, cõfoꝛtamini ⁊ nolite timere. Ecce deus nr̃ vltionẽ adducet retributiõis: deꝰ ipſe veniet ⁊ ſaluabit nos. Tũc aperient oculi cęcoꝛũ: ⁊ aures ſurdoꝛũ patebũt: tũc ſaliet ſicut ceruꝰ claudꝰ, ⁊ aperta erit lingua mutoꝛũ: qꝛ ſciſſe ſunt ĩ deſerto aquę: ⁊ toꝛrẽtes ĩ ſolitudine: ⁊ q̃ erat arida ĩ ſtagnũ ⁊ ſitiẽs ĩ fõtes aquarũ: ait dñs oṕs. Gra.

In ſole poſuit tabernaculũ ſuũ: ⁊ ipſe tanquã ſpõſus, pcedẽs de thalamo ſuo. ℣. A ſummo cęlo égreſſio eiꝰ: ⁊ occurſus eiꝰ vſqꝫ ad ſummũ eius. Oꝛémus. Flectamus genua. Leuate. Oꝛo.

INdignos nos q̃s dñe famulos tuos quos actionis ꝓprię culpa contriſtat, vnigeniti filij tui aduentu lętifica. Per eundem.

Lectio Yſaię Pꝛophetę. xl. Ca.

HAec dicit dñs deꝰ. Super montẽ excelſum aſcẽde tu qui euãgelizas Sion. Exalta ĩ foꝛtitudine vocẽ tuã, qui euãgelizas Jeruſalẽ. Exalta noli timere: dic ciuitatibꝰ Judę: ecce deꝰ vr̃: Ecce dñs deꝰ ĩ foꝛtitudine veniet: ⁊ bꝛachiũ eiꝰ dñabit: ecce merces eiꝰ cũ eo: ⁊ opꝰ illiꝰ coꝛã ipſo. Sicut paſtoꝛ gregẽ ſuũ paſcet: ⁊ ĩ bꝛachio ſuo ꝯgregabit agnos: ⁊ ĩ ſinu ſuo leuabit eos dñs deus nr̃. Grad.

Dñe deꝰ virtutũ cõuerte nos: ⁊ oſtẽde faciẽ tuã, ⁊ ſalui erimus. ℣. Excita dñe potẽtiã tuã ⁊ veni: vt ſaluos facias nos. Oꝛémus Flecta. gen. Leua. Oꝛo.

PReſta q̃s oṕs deꝰ: vt filij tui ventura ſolẽnitas, ⁊ pręſentis nobis vitę remedia cõferat: ⁊ p̃mia ęterna cõcedat. Per eun.

Lcõ Yſaię Pꝛophetę. xlv. Cap.

HAec dicit dñs Chꝛo meo Cyro, cuius appꝛehendi dexteram: vt ſubijciaꝫ ante faciẽ eius gẽtes: ⁊ doꝛſa regũ vertam, ⁊ ape-

ꝛ aperiã coꝛam eo ianuas: ꝛ poꝛtę nõ claudẽtur. Ego ante te ibo: ꝛ glorioſos terrę humiliabo. Portas ęreas cõteram: ꝛ vectes ferreos cõfringã: ꝛ dabo tibi theſauros abſconditos: ꝛ arcana ſecretoꝝ reuelabo: vt ſcias qꝛ ego dñs: qui voco nomẽ tuum deus Iſraẽl: ꝑpter Iacób ſeruũ meũ: ꝛ Iſraẽl electũ meũ. Et vocaui te nomine tuo: aſſimilaui te, ꝛ nõ cognouiſti me. Ego dñs, ꝛ non eſt amplius: Extra me non eſt deus. Accinxi te: ꝛ non cognouiſti me: vt ſciãt hi qui ab oꝛtu ſolis ꝛ qui ab occidẽte: qm̃ abſque me non eſt deus. Ego dñs, ꝛ non eſt alter: foꝛmans lucẽ, ꝛ creans tenebras: faciens pacẽ, ꝛ creans malũ: ego dñs faciens omnia hęc. Roꝛate celi deſuper, ꝛ nubes pluãt iuſtũ: aperiatur terra ꝛ gèrminet ſaluatoꝛem: ꝛ iuſtitia oꝛiatur ſimul: Ego dñs creaui eum. Gradua.

Excita dñe potentiã tuã ꝛ veni: vt ſaluos facias nos. ℣. Qui regis Iſraẽl intende: qui deducis vélut ouẽ Ioſéph: qui ſedes ſuper Cherubin appáre coram Ephraím, Beniamín, ꝛ Manaſſé. Oremus. Flecta. ge. Leua. Oõ.

Preces populi tui q̃s dñe clemẽter exaudi: vt qui iuſtè ꝑ pctis nr̃is affligimur: pietatis tuę viſitatione conſolemur: Qui vi.

Lectio Danielis Prophetę. iij.

In diebus illis: angelus dñi deſcendit cum Azaria ꝛ ſociis ei⁹ in foꝛnacem: ꝛ excuſſit flammam ignis de foꝛnace: ꝛ fecit medium foꝛnacis quaſi ventũ roꝛis flantẽ. flãma aũt diffuſa eſt ſup foꝛnacẽ cubitis quadraginta nouẽ: ꝛ incẽdit quos repperit iuxta foꝛnacẽ de Chaldeis miniſtros regis: qui eã incẽdebãt. Illos aũt oĩno nõ tetigit ignis, neq; cõtriſtauit: nec quicquã moleſtię intulit. Tũc hi tres quaſi ex vno oꝛe laudabant, ꝛ gloꝛificabant, ꝛ benedicebant Deum in foꝛnace, dicẽtes. Hym.

Benedictus es dñe deus patrum noſtroꝛum. ℟. Et laudabilis ꝛ glorioſus in ſecula. ℣. Et benedictũ nomen gloꝛię tuę quod eſt ſanctũ. ℟. Et laudabile ꝛ gloꝛioſum in ſecula. ℣. Benedict⁹ es in tẽplo ſancto gloꝛię tuę. ℟. Et laudabilis ꝛ. ℣. Benedictus es ſup thronũ ſanctũ regni tui. ℟. Et laudabilis ꝛ. ℣. Benedictus es ſuper ſceptrũ diuinitatis tuę. ℟. Et laudabilis ꝛ. ℣. Benedictus es qui ſedes ſuper Cherubin íntuens abyſſos. ℟. Et laudabilis ꝛ. ℣. Benedictus es q ambulas ſup pennas ventoꝛum, ꝛ ſuper vndas maris. ℟. Et laudabilis ꝛ. ℣. Benedicãt te omnes angeli ꝛ ſancti tui. ℟. Et laudent te ꝛ gloꝛificent in ſecula. ℣. Benedicant te cęli, terra, mare, ꝛ omnia quę in eis ſunt. ℟. Et laudẽt te, ꝛ gloꝛificent in ſecula. ℣. Gloꝛia patri ꝛ filio ꝛ ſpiritui ſancto. ℟. Et laudabili ꝛ glorioſo in ſecula. ℣. Sicut erat in pꝛincipio ꝛ nũc ꝛ ſemper ꝛ in ſecula ſeculoꝛum amen. ℟. Et laudabili ꝛ glorioſo in ſecula. ℣. Benedictus es dñe deus patrum noſtroꝛum. ℟. Et laudabilis ꝛ glorioſus in ſecula. Hic dicitur. Deo gratias. Deinde Dominus vobiſcum ſine

fine Flectamus genua. Oratio.
DEus qui trib⁹ pueris mitigaſti flāmas igniū: cōcede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flāma vitiorū. Per.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Theſſaloni. ij. Cap. ij.

FRatres: rogamus vos per aduentum dñi noſtri Jeſu Chriſti, ⁊ noſtrę congregationiſ in ipſum: vt non cito moueamini a veſtro ſenſu: neq̄ terreamini, neq̄ per ſpiritū, neq̄ per ſermonē, neq̄ per epiſtolā, tanquā per nos miſſam: quaſi inſtet dies dñi: ne quis vos ſeducat vllo modo: quoniā niſi venerit diſceſſio primū: ⁊ reuelatus fuerit homo peccati: fili⁹ perditionis: qui aduerſatur, ⁊ extollitur ſupra omne quod dicitur deus, aut quod colitur: ita vt in tēplo Dei ſedeat: oſtendens ſe tanquam ſit deus. Non retinetis ꝙ quum adhuc eſſem apud vos: hęc dicebā vobis? Et nunc quid detineat ſcitis: vt reueletur in ſuo tempore. nam myſteriū iam operatur iniquitatis: tantum vt qui tenet, teneat: donec de medio fiat. Et tūc reuelabitur ille iniquus quem dominus Jeſus interficiet ſpiritu oris ſui: ⁊ deſtruet illuſtratione aduentus ſui. Trac.

Qui regis Iſraël intēde: qui deducis velut ouem Joſeph ℣. Qui ſedes ſup Cherubin appare corā Ephraim, Beniamin, ⁊ Manaſſē ℣. Excita dñe potentiā tuā ⁊ veni: vt ſaluos facias nos.

Secundum Lucam. iij. Cap.



ANno quintodecimo imperij Tiberij Ceſaris: procurāte Pōtio Pilato iudęā: tetrarcha aūt galilęę Herode: Philippo aūt fratre ei⁹ tetrarcha Jturęę, ⁊ trachonitidis regiōis: ⁊ Lyſānia Abilinę tetrarcha: ſub pricipib⁹ ſacerdotū Anna ⁊ Caipha: factū eſt verbū dñi ſup Joānē Zacharię filiū, i deſerto. Et venit i oēm regionē Jordanis p̄dicāſ baptiſmū penitētię i remiſſionē pcōꝝ: ſicut ſcriptū eſt in libro ſermonū Jſaię pphetę. Vox clamātiſ i deſerto: parate viā dñi: rectaſ facite ſemitaſ ei⁹. Oīs vallis implebit: ⁊ oīs mons ⁊ collis humiliabit: ⁊ erūt praua in directa: ⁊ aſpera in viaſ planas: ⁊ videbit oīs caro ſalutare Dei. Offer. Exulta ſatis filia Sion: prędica filia Jeruſalē: ecce rex tu⁹ veniet tibi ſctūs ⁊ ſaluator. Secre.

SAcrificiis p̄ſentibus q̄s dñe placat⁹ intēde: vt ⁊ deuotioni nrę pficiant ⁊ ſaluti. Per. Cōm.

Exultauit vt gigas ad currendā viam: a ſummo cęlo egreſſio eius: ⁊ occurſus eius vſq̄ ad ſummum eius. Poſtcō.

QVęſumus dñe deus noſter, vt ſacroſctā myſteria q̄ pro reparationis noſtrę munimine contuliſti: ⁊ pręſens nobis remedium eſſe facias, ⁊ futurū. Per.

Dñica

¶ Dñica.iiij.Aduẽtus: Statio ad ſctós.xij.apoſtolos. Introi.



Eméto noſtri domine in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari tuo: ad videndũ in bonitate electorũ tuorũ in letitia gentis tuę: vt lauderis cũ hereditate tua. Ps. Cõfitemini dño qm̃ bonus: qm̃ in ſeculum miſericordia ei⁹. ℣. Gloria. Oĩo.

EXcita dñe potentiã tuam ꝛ veni: ꝛ magna nobis virtute ſuccurre: vt per auxilium gratię tuę, quod noſtra peccata prępediunt: indulgentia tuę propitiationis acceleret. Qui viuis.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Philippenſes.iiij. Cap.

FRatres: gaudete in dño ſemper, iterũ dico gaudete: modeſtia veſtra nota ſit oĩbus hominibus: dñs enim prope eſt. Nihil ſoliciti ſitis: ſed ĩ omni oratione, ꝛ obſecratione, cũ gratiarũ actione petitiones veſtrę innoteſcant apud Deũ. Et pax Dei, quę exuperat oẽm ſenſum cuſtodiat corda veſtra, ꝛ intelligẽtias veſtras: in Chriſto Jeſu dño nr̃o. Grad.

Prope eſt dñs omnibus inuocantibus eum: oĩbus qui inuocant eũ in veritate. ℣. Laudẽ dñi loquetur os meum: ꝛ benedicat omnis caro, nomẽ ſanctũ eius. Alleluia. ℣. Ueni domine, ꝛ noli tardare: relaxa facinora plebis tuę Jſraẽl.

Secundum Johannem.j. Cap.



IN illo tempore: miſerũt Judęi ab Jeroſolymis ſacerdotes ꝛ leuitas ad Joannem: vt interrogarent eum. Tu quis es? Et confeſſus eſt, ꝛ nõ negauit: ꝛ confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus. Et interrogauerunt eum. Quid ergo? Elias es tu? Et dixit. Non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es: vt reſponſum demus his qui miſerunt nos? Quid dicis de teipſo? Ait. Ego vox clamantis in deſerto: dirigite viám domini: ſicut dixit Jſaias propheta. Et qui miſſi fuerant: erãt ex phariſęis. Et interrogauerunt eum: ꝛ dixerunt ei. Quid ergo baptizas: ſi tu non es Chriſtus, neqꝫ Elias, neqꝫ propheta? Reſpondit eis Joannes, dicens. Ego baptizo in aqua: medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. Jpſe eſt qui poſt me venturus eſt: qui ante me factus eſt: cuius ego non ſum dignus, vt ſoluam eius corrigiám calciamenti. Hęc in Bethánia facta ſunt trans iordanem: vbi erat Joannes baptizans.

Credo. Offertorium.

Aue maria, gratia plena, dñs tecum: benedicta tu in mulieribus: ⁊ benedictus fructus ventris tui. Secreta.

Sacrificiis pręſentibus queſumus domine placatus intende: vt ⁊ deuotioni noſtrę proficiant ⁊ ſaluti: Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum viuit. Cōmu.

Ecce virgo cōcipiet, ⁊ pariet filiū, ⁊ vocabit̄ nomē ei⁹ Emmanuel. Poſtcō.

Sumptis muneribus domine queſumus: vt cuz frequentatione myſterij, creſcat noſtrę ſalutis effectus. Per dominum.

Notandum q̄ ſi vigilia Natiuitatis Domini venerit in Dominica: totum officium Miſſę fit de vigilia cum commemoratione Dominicę. Et tūc Kyrie elei. Dominicę cantatur, ſine Gloria in excelſis. Alleluia ⁊ Credo dicuntur. Si vero non venerit in Dominica Kyri eeleiſon. quod infra octauas maiores cantari ſolet cantatur, ſine Gloria in excelſis. Oratio vna tantum dicitur. Alleluia non cantatur: ſed graduale tantum cum ſuo verſu. Credo non dicitur. pręfatio generalis ⁊ cętera, vt in canone dicuntur: etiam ſi in Dominica venerit. Et pacis oſculum non datur. Item ſi feſtum Natiuitatis Domini venerit in Dñica: Quatuor tēpora celebrātur i penultima hebdomada: qr tūc ſabbato proximo ante Natiuitatē agitur officiuz de vigilia.

In vigil. Natiu. dñi: Statio ad ſanctā Mariā maiorē. Intr.



Hodie ſcietis q̄ veniet dñs ⁊ ſaluabit nos: ⁊ mane videbitis gloriā ei⁹. Ps. Dñi eſt terra, ⁊ plenitudo ei⁹: orbis terrarū ⁊ vniuerſi q̄ habitāt i eo. ℣. Glia. Oro.

Deus q̄ nos redēptionis noſtrę annua expectatiōe lętificas: pſta: vt vnigenitū tuū quē redēptorē lęti ſuſcipim⁹: venientez quoqʒ iudicē ſecuri videam⁹ dñm noſtrū Jeſum Chriſtum filium tuū. Qui te. Hec orō tantū dr: niſi vigilia venerit in Dñica.

Lectio Iſaię Prophetę. lxij. Ca.

Haec dicit dñs. Propter Syon, non tacebo: ⁊ propter Jeruſalēm nō quieſcam donec egrediatur vt ſplēdor iuſtus eius: ⁊ ſaluator eius vt lampas accendatur. Et videbunt gentes iuſtum tuū: ⁊ cuncti reges inclytum tuum: ⁊ vocabit̄ tibi nomen nouū: quod os dñi nominauit: ⁊ eris corona glorię in manu dñi: ⁊ diadema regni i manu dei tui. Non vocaberis vltra derelicta: ⁊ terra tua nō vocabitur amplius deſolata: ſed vocaberis volūtas mea in ea: ⁊ terra tua inhabitabitur: quia complacuit dño in te. Immediate dr epiſtola, quę cantat̄ in tono dñicali, ſi hec vigilia cadit in Dñica: ſi vero in ferijs, canta-

cãtat in tono .xij. lectionũ. Similiter ⁊ euãgeliũ: ⁊ pfatio ſolẽnis.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Roma. j. Cap.

FRatres: Paulus ſeruus Jeſũ Chriſti: vocatus apoſtolus ſegregatus in euangelium Dei: quod ante pꝛomiſerat per pꝛophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo: qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem: qui pꝛedeſtinatus eſt filius Dei in virtute, ſecundum ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectione moꝛtuoꝛum Jeſu Chꝛiſti domini noſtri: per quem accepimus gratiam ⁊ apoſtolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pꝛo nomine eius: in quibus eſtis ⁊ vos vocati Jeſũ Chꝛiſti domini noſtri. Gradua.

R. Hodie ſcietis quia veniet dominus, ⁊ ſaluabit nos: ⁊ mane videbitis gloriam eius. V. Qui regis Iſraél intende: qui deducis velut ouem Joſéph: qui ſedes ſuper Cherubin appare coram Ephraim, Beniamin, ⁊ Manaſſé.

Si in Dominica venerit hęc vigilia dicatur. Alleluia. V. Craſtina die delebitur iniquitas terrę: ⁊ regnabit ſuper nos ſaluatoꝛ mundi.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. j. Cap.

QVum eſſet deſponſata mater Jeſu Maria Joſéph: antequã conuenirẽt inuenta eſt in vtero habens de ſpiritu ſancto. Joſéph autẽ vir eius quum eſſet iuſtus, ⁊ nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam. Hęc autem eo cogitante: ecce angelus domini in ſomnis apparuit ei, dicens. Joſéph fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugẽ tuaꝫ. Quod enim in ea natum eſt: de ſpiritu ſancto eſt. Pariet autem filium: ⁊ vocabis nomen eius Jeſũm. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eoꝛum.

Si in Dominica venerit dicitur Credo. Offertoꝛium.

Tollite poꝛtas pꝛincipes veſtras: ⁊ eleuamini poꝛtę ęternales: ⁊ introibit rex gloꝛię. Secreta.

DA nobis quęſumus omnipotẽs deus, vt ſicut adoranda filij tui natalitia pꝛęuenimus: ſic eius munera capiamus ſempiterna gaudentes. Per eundeꝫ dominuꝫ noſtrum Jeſuꝫ Chꝛiſtuꝫ. Amẽ. Cõmu.

Reuelabitur gloꝛia dñi: ⁊ videbit omnis caro ſalutare dei noſtri. Poſtcõ.

DA nobis quęſumus domine vnigeniti filij tui recenſita natiuitate reſpirare: cuius cęleſti myſterio paſcimur, ⁊ potamur. Per eũdem dominum.

In fine miſſę dicatur Benedicamus domino, ſiue in dominica venerit, ſiue non.












IN NATIVITATE DOMINI

In prima miſſa: Statio ad ſanctam Mariam maiorem ad preſepe.

Omnes tres miſſę ſolenniter decantādę ſunt. Et in prima Kyrie el'. ꝛ Glia. de domina. In ſecunda vero ꝛ tertia de feſto duplici ſicut in pręcipuis feſtiuitatibus. Sacerdos plures eo die miſſas celebraturꝰ, quamlibet miſſam incipiat cum ſolita confeſſione: ꝛ in vltima tantum perfuſionem accipiat. In fine cuiuſlibet miſſę dicat, In principio erat verbum: Secunda aut tertia miſſa ante Auroram nullo modo celebretur. Introitus.






Dominꝰ dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Pſal. Quare fremuerũt gentes: ꝛ populi meditati ſunt inania? ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ ſpiritui ſancto. Oratio.




Deus qui hãc ſacratiſſimam noctẽ veri luminis feciſti illuſtratione clarẽſcere: da queſumus: vt cuius lucis myſteria in terra cognouimus: eiꝰ quoqꝫ gaudijs in cęlo perfruamur: Qui tecũ.




Lectio










Lectio Iſaię Prophetę. ix.

HAec dicit dñs. Populus gentium qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnã. Habitantibus in regione vmbrę mortis: lux orta eſt eis. Paruulus enim natus eſt nobis: ⁊ filius datus eſt nobis. Et factus eſt principatus ſuper humerum eius: ⁊ vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius: deus fortis: pater futuri ſeculi: princeps pacis. Multiplicabitur eiꝰ imperiũ: ⁊ pacis non erit finis. Super ſolium Dauid ⁊ ſuper regnum eius ſedebit: vt cõfirmet illud ⁊ corroboret in iudicio, ⁊ iuſtitia amodo ⁊ vſqꝫ in ſempiternũ. Deinde dicitur epiſtola.

Lectio Epiſtolę Beati Pauli Apoſtoli ad Titum. ij. Cap.

CHariſſime: apparuit gratia dei ſaluatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos: vt abnegantes impietatem ⁊ ſecularia deſyderia: ſobrie, ⁊ iuſte, ⁊ pie viuamus in hoc ſeculo: expectantes beatam ſpem ⁊ aduentuꝫ glorię magni dei, ⁊ Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti: qui dedit ſemetipſum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate: ⁊ mundaret ſibi populuꝫ acceptabilẽ: ſectatorẽ bonorum operũ. Hęc loquere ⁊ exhortare i Chriſto Ieſu Dño noſtro. Grad. Tecum principium in die virtutis tuę in ſplendoribus ſanctorum ex vtero ante luciferum genui te. Verſus. Dixit dominus domino meo: ſede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Alleluia. ℣. Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te.

Secundum Lucam. ij.



IN illo tẽpore: Exijt edictũ a Ceſare Auguſto: vt deſcriberetur vniuerſuſ orbis. Hęc deſcriptio prima facta eſt a pręſidię Syrię Cyrino. Et ibant omnes vt profiterẽtur ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit autem ⁊ Ioſeph a Galilęa de ciuitate Nazareth, in Iudęam ciuitatem Dauid: quę vocatur Bethlehẽm: eo ꝙ eſſet de domo ⁊ familia Dauid: vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore pręgnante. Factum eſt autem quum eſſent ibi: impleti ſunt dies vt páreret. Et peperit filiũ ſuuꝫ primogenitũ: ⁊ pannis eum inuoluit: ⁊ reclinauit euꝫ in pręſepio: quia non erat ei locus in diuerſorio. Et paſtores erant in regione eadem: vigilantes ⁊ cuſtodientes vigilias noctis ſupra gregem ſuum. Et ecce angelus dñi ſtetit iuxta illos: ⁊ claritas dei circunfulſit illos: ⁊ timuerunt timore magno: Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim

enim euangelizo vobis gaudiuȝ magnũ, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis ſignum. Inuenietis infantẽ pannis inuolutum, ⁊ poſitum in preſepio. Et ſubito facta eſt cum angelo multitudo militię cęleſtis laudantium Deuȝ ⁊ dicentium. Gloria in altiſſimis Deo, ⁊ in terra pax hominibus bonę voluntatis. Credo in vnum. Offerto.

Letentur cęli, ⁊ exultet terra ante faciem domini quoniam venit. Secre.

Acepta tibi ſit dñe quęſumus, hodiernę feſtiuitatis oblatio, vt tua gratia largiente, per hęc ſacroſancta myſteria in illius inueniamur forma, in quo tecum eſt noſtra ſubſtantia. Qui tecum. Prefatio. Quia per incarnati verbi. Et dicitur quotidie vſqȝ ad Epiphaniaȝ. Infra actionem. Cõmunicantes ⁊ noctem ſacratiſſimam celebranteȝ. ⁊ dicitur vſque ad octauam Natiuitatis tantũm incluſiue. In hac miſſa tantũm dicimus noctem deinceps diem. Cõmu.

In ſplendoribus ſanctorum ex vtero ante luciferum genui te. Poſtcõm.

Da nobis quęſumus domine deus noſter, vt qui Natiuitatem dñi noſtri Jeſu Chriſti myſterijs nos frequẽtare gaudemus, dignis cõuerſationibus ad ei⁹ mereamur peruenire conſortium. Qui tecum viuit ⁊ reg.

M.M.

In ſecunda miſſa: Statio ad ſanctam Anaſtaſiam. Introitus.



Lux fulgebit hodie ſup nos: quia natus eſt nobis dñs: ⁊ vocabitur admirabilis de⁹, princeps pacis, pater futuri ſeculi: cuius regni non erit finis. Ps. Dominus regnauit decorem indutus eſt: indutus eſt dominus fortudinem ⁊ precinxit ſe virtute. ℣. Gloria. Oꝛo.

Da nobiȝ q̃s ops̃ de⁹, vt qui noua incarnati verbi tui luce pfundimur, hoc ĩ nr̃o reſplendeat ope, qđ p fidẽ fulget ĩ mẽte. Per eũ. Pro ſctã Anaſtaſia oꝛo.

Da quęſumus ops̃ deus, vt qui beatę Anaſtaſię martyris tuę ſolẽnia colim⁹, eius apud te patrocinia ſentiam⁹. Per do.

Lectio Iſaię prophetę. lxi.

Hec dicit dominus: Spiritus domini ſuper me, eo ꝙ vnxerit me: ad annunciandum manſuetis miſit me, vt mederer

 contri-

contritis corde: ⁊ predicarē capti
uis indulgentiā, ⁊ clauſis apertio
nem, vt predicarē annū placabi
lem dño ⁊ diē vltionis deo nr̄o,
vt cōſolarer oēs languētes, ⁊ po
nerē fortitudinē lugētib⁹ Sion, ⁊
darē eis coronā pro cinere, oleū
gaudij ꝓ luctu, palliū laudis pro
ſpiritu meroris. Et vocabunt̄ i ea
fortes iuſtitie, plātatio dñi ad glo
rificādū. Ecce dñs auditū fecit in
extremis terre. Dicite filie ſion.
Ecce rex ſaluator tuus venit, ecce
merces ei⁹ cū eo, ⁊ op⁹ illius corā
illo. Et vocabūt eos populus ſan
ctus, redēpti a dño deo noſtro.
Deinde abſq; interuallo dicitur.

Lectio epiſtole beati Pauli apo
ſtoli ad Titum. iij.

CArissime: Apparuit beni
gnitas ⁊ humanitas ſaluato
ris nr̄i dei, nō ex operib⁹ iuſtitie q̄
fecim⁹ nos, ſed ſecūdū ſuā miſeri
cordiā ſaluos nos fecit p lauacrū
regenerationis ⁊ renouationis
ſpūs ſcti, quē effudit i nobis abū
de, p Jeſū Chrm ſaluatorē nr̄m,
vt iuſtificati gratia ipſi⁹, heredes
ſimus ſecundū ſpē vite eterne, in
Chriſto Jeſu dño noſtro. Gra.
Benedictus qui venit in noīe dñi, de⁹
dñs ⁊ illuxit nobis. ℣. A dño factū eſt
iſtud, ⁊ eſt mirabile in oculis nr̄is. All'a.
℣. Dñs regnauit decorē induit: induit
dñs fortitudinē, ⁊ precinxit ſe virtute.

Secundum Lucam. ij. Cap.

IN illo tēpore: Paſtores loque
bantur adinuicē. Tranſeamus
vſq; Bethleēm: ⁊ videamus hoc
verbū quod factū eſt, quod dñs
oſtēdit nobis. Et venerūt feſtinā
tes, ⁊ inuenerūt Mariā ⁊ Joſeph,
⁊ infantē poſitū in ꝑſepio. Vidē
tes aūt cognouerūt de verbo qd
dictū erat illis de puero hoc. Et
oēs qui audierūt mirati ſunt, de
his que dicta erant a paſtoribus
ad ipſos. Maria aūt cōſeruabat
oīa verba hec: cōferēs in corde
ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores lau
dantes ⁊ glorificantes deū in om
nib⁹ que audierāt ⁊ viderāt: ſicut
dictū eſt ad illos. Credo. Offer.
Deus enim firmauit orbem terre qui
non commouebitur: parata ſedes tua
deus ex tunc a ſeculo tu es. Secre.

MUnera nr̄a q̄s dñe Natiui
tatis hodierne myſterijs
apta proueniant, ⁊ pacem nobis
ſemper infundāt: vt ſicut homo
genitus, idē refulſit deus: ſic no
bis hec terrena ſubſtātia cōferat,
qd diuinū eſt. per eū. Alia ſecre.

ACcipe q̄s dñe munera di
gnāter oblata, ⁊ beate Ana
ſtaſie ſuffragātib⁹ meritis ad nr̄e
ſalutis auxiliū ꝑuenire cōcede. p.
Cōmu. Exulta filia Sion: lauda filia
Jeruſalem: ecce rex tuus venit ſanctus
⁊ ſaluator mundi. Poſtcōmunio.

HUi⁹ nos dñe ſacramēti ſem
p nouitas natalis inſtauret,
cui⁹ natiuitas ſingularis, humanā
repulit vetuſtatē. p e. alia poſtc.

SAtiaſti dñe familiā tuam mu
neribus ſacris: eius queſum⁹
ſemp interuentione nos refoue
cuius ſolennia celebram⁹. Per.

AD MISSAM MAIOREM,

Statio ad ſanctam Mariam maiorem. Introitus.



PVer natꝰ eſt nobis, ⁊ filius datus eſt nobis: cuiꝰ imperiuʒ ſup humeruʒ eiꝰ: ⁊ vocabit nomen eius, magni cōſilij angelus. Ps. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. ℣. Gloꝛia patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui. Oratio.

COncede queſumus omnipotens deꝰ: vt nos vnigeniti tui noua per carneʒ Natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eum.

Lectio Iſaię pꝛophetę. lij.

HAec dicit dñs. Pꝛopter hoc ſciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipſe qui loquebar, ecce adſum. Quam pulcri ſuper montes pedes annunciantis ⁊ pꝛędicantis pacē: annunciantis bonum: pꝛędicantis ſalutem: dicētis Sion: regnabit deus tuus. Vox ſpeculatoꝛū tuoꝛum, leuauerunt vocē, ſimul laudabunt: quia oculo ad oculū videbunt, quum cōuerterit dñs Sion. Gaudete ⁊ laudate ſimul deſerta Ieruſalēm, quia conſolatus eſt dñs populū ſuuʒ: redemit Ieruſalēm. Parauit dominus bꝛachiū ſanctum ſuum in oculis omniū gentiū, ⁊ videbunt omnes fines terrę ſalutare Dei noſtri. Deinde dicitur epiſtola.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Hebręos. j.

FRatres: Multifariē multiſq; modis olim Deus loquens patribus in pꝛophetis, nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio: quē cōſtituit herędē vniuerſoꝛū: per quem fecit ⁊ ſecula. Qui quum ſit ſplēdoꝛ gloꝛię, ⁊ figura ſubſtantię eius: poꝛtans omnia verbo virtutis ſuę: purgationeʒ peccatoꝛū faciens: ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis: tanto melioꝛ angelis effectus: quanto differentiꝰ pꝛę illis nomē heręditauit. Cui enim dixit aliquando angeloꝛū: filius meꝰ es tu, ego hodie genui te? Et rurſuʒ. Ego ero illi in patreʒ, ⁊ ipſe erit mihi in filium. Et quum iteruʒ introducit pꝛimogenitū in oꝛbē terrę dicit. Et adoꝛent eum oēs angeli Dei. Et ad angelos quideʒ dicit. Qui facit angelos ſuos ſpiritus, ⁊ miniſtros ſuos flammam ignis. Ad filiuʒ autem. Thꝛonus tuus deus in ſeculū ſeculi: virga ęquitatis, virga regni tui. Dilexiſti

iuſtitiã, ⁊ odiſti iniquitatẽ, ꝓpterea vnxit te deus, deus tuus oleo exultationis pꝛę participib⁹ tuis. Et tu in pꝛincipio dñe terrã fundaſti, ⁊ opera manuum tuarum ſunt celi. Ipſi peribunt, tu autez permanebis: ⁊ omnes vt veſtimentum veteraſcẽt: ⁊ velut amictum mutabis eos, ⁊ mutabuntur. Tu autem idem ipſe es, ⁊ anni tui non deficient. Graduale.

Viderunt omnes fines terrę ſalutarę dei noſtri: iubilate deo omnis terra. ℣. Notum fecit dominus ſalutare ſuum, ante conſpectum gentium reuelauit iuſtitiam ſuam. Alleluia. ℣. Dies ſanctificatus illuxit nobis: venite gentes ⁊ adoꝛate dominum, quia hodie deſcendit lux magna ſuper terram.

Initium ſancti euangelij Secundum Joannem. j. Cap.



IN pꝛincipio erat verbũ, ⁊ verbum erat apud deum, ⁊ de⁹ erat verbũ. Hoc erat in pꝛincipio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, ⁊ ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt. In ipſo vita erat, ⁊ vita erat lux hominum: ⁊ lux in tenebꝛis lucet, ⁊ tenebꝛę eã non compꝛehenderũt. Fuit homo miſſus a deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illuz. Non erat ille lux, ſed vt teſtimoniuz perhiberet de lumine. Erat lux vera, quę illuminat omnem hominem venientẽ in hũc mũdum. In mundo erat, ⁊ mundus per ipſum factus eſt, ⁊ mundus eum non cognouit. In pꝛopꝛia venit: ⁊ ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his qui credũt in nomine eius. Qui nõ ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neqꝫ ex volũtate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt, ⁊ habitauit in nobis: ⁊ vidimus gloꝛiam eius: gloꝛiam quaſi vnigeniti a patre, plenum gratię ⁊ veritatis. Credo. Offertoꝛiũ.

Tui ſunt celi, ⁊ tua eſt terra: oꝛbem terrarum ⁊ plenitudinem eius tu fundaſti: iuſtitia ⁊ iudicium pręparatio ſedis tuę. Secreta.

OBlata domine munera, noua vnigeniti tui natiuitate ſanctifica, noſqꝫ per hęc a peccatoꝛum noſtroꝛuz maculis emunda. Per eundem dominum noſtrum Jeſum Chꝛiſtuz. Cõmu.

Viderunt omnes fines terrę ſalutare dei noſtri. Poſtcommunio.

PReſta queſumus omnipotens deus, vt natus hodie Saluatoꝛ mũdi: ſicut diuinę nobis generationis eſt authoꝛ, ita ⁊ immoꝛtalitatis ſit ipſe largitoꝛ. Qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnit.

¶ In

¶ In ſancti Stephani protomartyris: Statio ad ſanctū Stephanū in monte Cęlio. Intro.



Etenim ſederunt principes, ⁊ aduerſum me loquebantur, ⁊ iniqui perſecuti ſunt me: adiuua me domine deus meus: quia ſeruus tuus exercebatur in tuis iuſtificationibus. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri. Oratio.

Da nobis quęſumꝰ dñe imitari quod colimus: vt diſcamus ⁊ inimicos diligere: q; eius natalitia celebramus: qui nouit etiā pro perſecutoribus exorare dominum noſtrū Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecū vi.

Et fit cōme. de Natiuitate. Orō. Cōcede quęſumus oīpotēs deꝰ.

Lectio Actuū apoſtolorū. vi. ca.

In diebus illis: Stephanus plenus gratia ⁊ fortitudine faciebat prodigia ⁊ ſigna magna in populo. Surrexerunt autē quidam de ſynagoga, quę appellabatur Libertinorum, ⁊ Cyrenenſium, ⁊ Alexandrinorum: ⁊ eorum qui erant á Cilicia ⁊ Aſia, diſputantes cum Stephano, ⁊ non poterant reſiſtere ſapientię, ⁊ ſpiritui qui loquebatur. Audientes autem hęc, diſſecabantur cordibus ſuis, ⁊ ſtridebant dentibus in eum. Quum autem eſſet Stephanus plenus ſpiritu ſancto: intendens in cęlum vidit gloriam Dei: ⁊ Ieſum ſtantem á dextris Dei, ⁊ ait. Ecce video cęlos apertos, ⁊ filium hominis ſtantem á dextris virtutis Dei. Exclamantes autem voce magna continuerunt aures ſuas, ⁊ impetum fecerunt vnanimiter in eum: ⁊ eijcientes eum extra ciuitatem lapidabant. Et teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis qui vocabatur Saulus: ⁊ lapidabant Stephanum inuocantem ⁊ dicentem. Domine Ieſu accipe ſpiritum meum. Poſitis autem genibus clamauit voce magna dicens. Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Et quum hoc dixiſſet: obdormiuit in domino. Graduale.

Sederunt principes, ⁊ aduerſum me loquebantur: ⁊ iniqui perſecuti ſunt me. ℣. Adiuua me dñe deus meus: ſaluū me fac propter miſericordiam tuam. Alleluia. ℣. Video cęlos apertos: ⁊ Ieſum ſtantem á dextris virtutis Dei.

Secundum Mattheum.xxiij.c.



In illo tempore: Dicebat Jeſus turbis Judęorū ⁊ principibus ſacerdotū. Ecce ego mitto ad vos prophetas, ⁊ ſapientes, ⁊ ſcribas: ⁊ ex illis occidetis ⁊ crucifigetis: ⁊ ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris. Et perſequemini de ciuitate in ciuitatem: vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, á ſanguine Abel iuſti, vſq; ad ſanguinem Zacharię filij Barachię, quem occidiſtis inter templum ⁊ altare. Amen dico vobis, venient hęc omnia ſuper generationem iſtam. Jeruſalém, Jeruſalém, quę occidis prophetas, ⁊ lapidas eos qui ad te miſſi ſunt: Quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, ⁊ noluiſti? Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Dico enim vobis, non me videbitis ámodo, donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine domini. Credo in vnum Deum. **Offertorium.**

Elegerunt apoſtoli Stephanum leuitam plenum fide ⁊ ſpiritu ſancto: quem lapidauerunt Judęi orantem ⁊ dicentem: domine Jeſu accipe ſpiritum meum. Alleluia. **Secreta.**

Suſcipe domine munera pro tuorum cōmemoratione ſanctorum: vt ſicut illos paſſio glorioſos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos: Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. **Communio.**

Video cęlos apertos, ⁊ Jeſum ſtantem á dextris virtutis Dei: domine Jeſu accipe ſpiritum meum: ⁊ ne ſtatuas illis hoc peccatum, quia neſciunt quid faciunt. **Poſtcommunio.**

Auxilientur nobis domine ſumpta myſteria, ⁊ intercedēte beato Stephano martyre tuo, ſempiterna protectione confirment. Per dominum noſtrū Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus.

¶ In octaua ſancti Stephani. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus qui primitias martyrū in beati leuitę Stephani ſanguine dedicaſti, tribue quęſumus, vt pro nobis interceſſor exiſtat, qui pro ſuis etiam perſecutoribus exorauit dominum noſtrū Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. **Secre.** Suſcipe dñe munera. vt ſupra in feſto. **Poſtcommunio.** Auxilientur nobis domine. vt ſupra.

¶ In

In ſancti Ioannis apoſtoli ⁊ euangeliſtę: Statio ad ſanctam Mariam maiorem. Introitus.



IN medio eccleſię aperuit os eius, ⁊ impleuit eum dominus ſpiritu ſapientię ⁊ intellectus, ſtolam glorię induit eum. ps. Bonū eſt confiteri domino: ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri. Oratio.

ECcleſiam tuā domine benignus illuſtra: vt beati Ioannis apoſtoli tui ⁊ euangeliſtę illuminata doctrinis, ad dona perueniat ſempiterna. Per domi.

Et fit commemoratio de Natiuitate ⁊ de ſancto Stephano.

Lectio libri Sapientię. xv. Cap.

QUi timet Deū faciet bona: ⁊ qui cōtinēs eſt iuſtitię apprehēdet illā, ⁊ obuiabit illi quaſi mater honorificata. Cibabit illū pane vitę ⁊ intellect⁹: ⁊ aqua ſapientię ſalutaris potabit illū: ⁊ firmabitur i illo, ⁊ nō flectetur: ⁊ cōtinebit illū, ⁊ nō cōfundetur: ⁊ exaltabit illū apud ꝓximos ſuos. In medio eccleſię aperuit os ei⁹, ⁊ impleuit eū dñs ſpiritu ſapiētię ⁊ intellect⁹, ⁊ ſtolā glorię induit eum. Iucunditatē ⁊ exultatiōnē theſaurizabit ſuper eū, ⁊ nomine ęterno hereditabit illum domin⁹ deus noſter. Grad.

Exijt ſermo inter fratres: ꝙ diſcipulus ille non moritur: ⁊ non dixit Ieſus, non moritur. ℣. Sed ſic eum volo manere donec veniam: tu me ſequere. Alleluia. ℣. Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his: ⁊ ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius.

Secundum Ioannem. xxi.



IN illo tpe: Dixit Ieſus Petro. Sequere me. Conuerſus Petrus, vidit illū diſcipulum quem diligebat Ieſus ſequentem, qui ⁊ recubuit in cęna ſuper pectus eius, ⁊ dixit: Domine quis eſt qui tradet te? Hūc ergo cū vidiſſet Petrus, dixit Ieſu. Dñe, hic autē quid? Dicit ei Ieſus. Sic eū volo manere, donec veniam: quid ad te? Tu me ſequere. Exijt ergo ſermo inter fratres: ꝙ diſcipul⁹ ille nō moritur. Et nō dixit ei Ieſus, nō moritur: ſed ſic eum volo manere donec veniam: quid ad te?

Hic eſt diſcipul⁹ ille, qui teſtimonium perhibet de his, ꝛ ſcripſit hec: ꝛ ſcimus quia veruꝫ eſt teſtimonium eius. Credo. Offerto. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedruſ que in libano eſt multiplicabiť. Secre. Suſcipe domine munera, que in eius tibi ſolennitate deferimus; cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per do. Cōm. Exijt ſermo inter fratres, ꝙ diſcipulus ille non moritur: ꝛ non dixit Ieſus non moritur: ſed ſic eum volo manere donec veniam. Poſtcommunio. Refecti cibo potuꝗꝫ celeſti de⁹ noſter, te ſupplices deprecamur, vt in cuius hec commemoratione percepimus, eius muniamur ꝛ precibus. Per do.

¶ In feſto ſanctorū Innocētū: Statio ad ſanctū Paulū. Intro.



Ex ore infantiū deus ꝛ lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos. Ps. Domine dñs noſter, ꝙ admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. ℣. Gloria pa. Gloria in excelſis nō dicitur. nec All'a, nec Ite miſſa eſt: niſi hoc feſtum venerit in dñica. Oratio. Deus cui⁹ hodierna die preconiū Innocentes martyres nō loquendo, ſed moriendo confeſſi ſunt, omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuaꝫ quā lingua noſtra loquitur, etiā moribuſ vita fateatur. Per. Deīde fit cōme. de natiuitate: de ſctō Stephano: ꝛ de ſctō Ioāne. Lectio libri Apocalypſis beati Ioannis Apoſtoli. xiiij. Cap.

In dieb⁹ illis: Vidi ſupra montem Siōn agnū ſtantem, ꝛ cuꝫ eo centuꝫ quadraginta quatuor millia, habētes nomen eius, ꝛ nomen patris ei⁹, ſcriptū in frontibus ſuis. Et audiui vocē de celo, tanquā voceꝫ aquarū multarū: ꝛ tanquā vocem tonitrui magni. Et vocem quā audiui ſicut citharedorum cithariꝫantiuꝫ in citharis ſuis. Et cantabant quaſi canticuꝫ nouū ante ſedem Dei, ꝛ ante quatuor animalia ꝛ ſeniores. Et nemo poterat dicere canticū, niſi illa centuꝫ quadraginta quatuor milia, qui empti ſunt de terra. Hi ſunt qui cū mulieribuſ nō ſunt coinquinati: virgines enim ſunt. Hi ſequuntur agnum quocunꝗꝫ ierit. Hi empti ſunt ex omnibus primitie Deo ꝛ agno: ꝛ in ore ipſorum non eſt inuentum mendacium. Sine macula enim

ſunt

ſunt ante thronum Dei. Grad.
Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiũ. ℣. Laqueus cõtritus eſt, ⁊ nos liberati ſumus: adiutorium noſtrũ in noĩe dñi, qui fecit cęlũ ⁊ terrã.

Tractus dicitur ſemper poſt p̄dictum graduale, ſi hoc feſtum non venerit in Dñica. Tractus.
Effuderunt ſanguinẽ ſanctorum velut aquã in circuitu Jeruſalẽm. ℣. Et non erat q ſepeliret. ℣. Uindica dñe ſanguinẽ ſctõrũ tuorũ, qui effuſus eſt ſup terrã.

Hoc ſubſcriptum Alleluia. dicitur ſemper in loco ſupraſcripti tractus poſt graduale, quando hoc feſtum venit in dominica.
Alleluia. ℣. Laudate pueri Dominum, laudate nomen domini.

Secundum Mattheum. ij. Ca.



In illo tẽpore: Angelus dñi apparuit i ſomnis Joſeph dicẽs. Surge ⁊ accipe puerum ⁊ matrem eius, ⁊ fuge in Aegyptum, ⁊ eſto tibi vſq dum dicam tibi. Futurũ eſt enim, vt Herodes quęrat puerum, ad perdendum eũ. Qui conſurgens accepit puerũ ⁊ matrem eius nocte, ⁊ receſſit in Aegyptum, ⁊ erat ibi vſq ad obitum Herodis: vt adimpleret quod dictũ eſt ã dño per prophetã dicentẽ. Ex Aegypto vocaui filiũ meũ. Tunc Herodes videns qm̃ illuſus eſſet ã Magis, irat⁹ eſt valde: ⁊ mittens occidit oẽs pueros, qui erant in Bethleẽm, ⁊ in omnibus finibus eius, ã bimatu ⁊ infra, ſecundum tempus quod exquiſierat ã Magis. Tunc adimpletum eſt, quod dictum eſt per Jeremiam prophetam dicentem. Vox in Rhamã audita eſt, plorat⁹ ⁊ vlulatus multus: Rhachẽl plorans filios ſuos: ⁊ noluit cõſolari, quia non ſunt. Credo. dicitur. Offerto.
Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt, ⁊ nos liberati ſumus. Secre.
Sanctorũ tuorũ nobis dñe pia nõ deſit oratio, quę ⁊ munera nr̃a cõciliet, ⁊ tuã nobis indulgẽtiã ſemper obtineat. Per. Cõm.
Vox i Rhamã audita eſt: plorat⁹ ⁊ vlulat⁹ multus: Rachẽl plorãs filios ſuos: ⁊ noluit cõſolari: q: nõn ſunt. Poſtcõ.
Votiua domine dona percepimus, quę ſanctorum nobis precib⁹, ⁊ pręſentis vitę quęſumus pariter ⁊ ęternę tribue conferre ſubſidium. Per domi.

In ſcti Thomę epi ⁊ mart. Intr.



Gaudeam⁹ omnes in domino diem feſtũ celebrãtes ſub honore beati Thomę martyris, de cuius paſſione gaudẽt angeli, ⁊ collaudant filiũ dei.
Ps. Exultate iuſti in domino: rectos

decet laudatio. ℣. Gloria patri. Oro.

Deus pro cuius eccleſia glorioſus pontifex Thomas gladijs impiorum occubuit, pręſta quęſumus, vt omnes qui eius implorant auxilium, petitionis ſuę ſalutarem conſequantur effectum. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ꝛ regnat in vni.

Et fit cõmemoratio de octauis.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Hebreos. v. Cap.

Fratres: Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur, in his quę ſunt ad deum, vt offerat dona ꝛ ſacrificia pro peccatis. Qui condolere poſſit his qui ignorãt ꝛ errant, quoniaꝫ ꝛ ipſe circundatus eſt infirmitate. Et propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiaꝫ ꝛ pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Nec quiſquaꝫ ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aarón. Sic ꝛ Chriſtus nõ ſemetipſum clarificauit, vt pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eũ. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmoduꝫ ꝛ in alio loco dicit. Tu es ſacerdos in ęternuꝫ ſecunduꝫ ordinem Melchiſedec. Grad.

Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi. Alleluia. ℣. Ego ſum paſtor bonus, ꝛ cognoſco oues meas, ꝛ cognoſcunt me meę.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Joannem. x. Cap.



In illo tempore: Dixit Jeſus Phariſeis. Ego ſum paſtor bonus. Bonꝰ paſtor animam ſuaꝫ dat pro ouibꝰ ſuis. Mercenarius autem, ꝛ qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues proprię, videt lupum venientem, ꝛ dimittit oues, ꝛ fugit, ꝛ lupꝰ rapit ꝛ diſpergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, ꝛ non pertinet ad eum de ouibus. Ego ſum paſtor bonus, ꝛ cognoſco meas, ꝛ cognoſcũt me meę. Sicut nouit me pater, ꝛ ego agnoſco patrem: ꝛ animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quę non ſunt ex hoc ouili: ꝛ illas oportet me adducere: ꝛ vocem meam audient: ꝛ fiet vnum ouile, ꝛ vnus paſtor. Offertorium.

Poſuiſti domine ſuper caput eius coronam de lapide precioſo: vitam petijt à te, ꝛ tribuiſti ei, alleluia. Secreta.

Munera tibi domine dicata ſanctifica, ꝛ intercedente beato Thoma martyre tuo atque pontifice, per eãdem nos placatus intende. Per. Cõmu.

Ego ſum paſtor bonus, alleluia: ꝛ cognoſco oues meas, ꝛ cognoſcunt me meę. Alleluia, alleluia. Poſtcõmu.

HAec nos communio domine purget á crimine: ⁊ intercedẽte beato Thoma martyre tuo atq; pontifice, cęleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per.

Si feſtum Natiuitatis Domini: ſancti Stephani: ſancti Joannis euangeliſtę: ſanctorũ Innocentũ, vel ſancti Thomę martyris, venerit in Dominica: ipſa die nihil fit de Dominica, ſed die proximo poſt feſtũ ſancti Thomę. De dominica vero quę tunc venerit in octaua feſti nihil pęnitus agitur. Eo anno quo Natiuitas Domini venerit die lunę: ſabbatho ſequenti fit totum officium maioris Miſſę Natiuitatis Domini, pręter epiſtolam: pro qua dicit. Apparuit benignitas ⁊c. ⁊ euangelium: pro quo dicitur Paſtores loquebantur ad inuicem ⁊c. Quocunq; vero alio die Natiuitas Domini venerit: dicitur Miſſa Dominicę infra octauam Natiuitatis Domini: ea. ſ. die in qua feſtum non fuerit.

¶ Dominica infra octauã Natiuitatis Domini. Introitus.

DUm medium ſilentiũ tenerent omnia, ⁊ nox in ſuo curſu mediũ iter haberet: omnipotens ſermo tuus domine de cęlis á regalibus ſedibus venit. Ps. Dominus regnauit decorem indutus eſt: indutus eſt dominus fortitudinem, ⁊ pręcinxit ſe. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto, Sicut erat in principio ⁊ nũc ⁊ ſemper ⁊ in ſecula ſeculorũ. Oratio.

OMnipotẽs ſempiterne deus, dirige actus noſtros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare. Per eundem Dominum noſtrũ Jeſum.

Et fit cõmemoratio de octauis.

Epiſtola ad Galatas. iiij. Cap.


FRatres: Quanto tempore hęres paruulus eſt, nihil differt a ſeruo, quum ſit dominus omnium: ſed ſub tutoribus ⁊ actoribus eſt, vſque ad pręfinitum tempus a patre. Ita ⁊ nos quum eſſemus paruuli, ſub elementis mundi huius eramus ſeruientes. At vbi venit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erant redimeret: vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem eſtis filij dei, miſit deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantem Abba pater. Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius, quod ſi filius, ⁊ hęres per deum. Grad.

SPecioſus forma pręfilijs hominum: diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi: lingua mea calamus ſcribę velociter ſcribentis.

ALleluia. ℣. Dominus regnauit decorem induit: induit dominus fortitudinem, ⁊ pręcinxit ſe virtute.

Secun-

Secundum Lucam. ij. Cap.



In illo tempore: Erant Ioſeph ⁊ Maria mater Ieſu mirantes ſuper his q̄ dicebantur de illo. Et benedixit illis Symeon, ⁊ dixit ad Mariam matrem eius. Ecce poſitus eſt hic in ruinam, ⁊ in reſurrectionē multorum in Iſraël, ⁊ in ſignum cui contradicetur, ⁊ tuam ipſius animam pertranſibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetiſſa filia Phanuël de Tribu Aſer. Hec proceſſerat in diebus multis, ⁊ vixerat cum viro ſuo annis ſeptem á virginitate ſua. Et hec vidua erat vſque ad annos octogintaquattuor: que non diſcedebat de templo: ieiunijs ⁊ obſecrationis ſeruiēs deo die ac nocte. Et hec ipſa hora ſuperueniens confitebatur domino, ⁊ loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Iſraël. Et vt perfecerunt omnia ſecundùm legem domini, reuerſi ſunt in Galilęam, in ciuitatem ſuam Nazarét. Puer autem creſcebat, ⁊ confortabatur plenus ſapientia: ⁊ gratia dei erat cum illo. **Offertorium.**

Deus enim firmauit orbem terre qui non commouebitur: parata ſedes tua deus ex tunc á ſeculo tu es. **Secre.**

Concede queſumus omnipotens deus: vt oculis tuę maieſtatis munus oblatū, ⁊ gratiam nobis pię deuotionis obtineat: ⁊ effectum beatę perennitatis acquirat. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculo. **Cōmu.**

Tolle puerum ⁊ matrem eius, ⁊ vade in terram Iuda: defuncti ſunt enim qui querebant animam pueri. **Poſtcōm.**

Per huius domine operationem myſterij: ⁊ vitia noſtra purgentur: ⁊ iuſta deſyderia cōpleantur. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vni.

Si feſtū ſancti Sylueſtri in Dominica venerit: officium fit de eo cum commemoratione Dñicę.

¶ In feſto ſancti Sylueſtri Pape ⁊ confeſſoris. Introitus.

Sacerdotes tui domine induāt iuſtitiam: ⁊ ſancti tui exultent: propter Dauid ſeruum tuū non auertas faciem Chriſti tui. **Ps.** Memento domine Dauid, ⁊ omnis manſuetudinis eius. **V.** Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto, Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper. **Oratio.**

Da queſumus omnipotens Deus: vt beati Sylueſtri confeſ-

confeſſoris tui atque pontificis veneranda ſolennitas, ⁊ deuotionem nobis augeat ⁊ ſalutem. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiū tuum, qui tecum. Et fit cōmemoratio de octauis. Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Timotheum. ij. cap. iiij.

CArissime: Teſtificor coram Deo ⁊ Chriſto Jeſu: qui iudicaturus eſt viuos ⁊ mortuos, ⁊ per aduentum ipſius ⁊ regnum eius: prędica verbum: inſta opportune, importune: argue, obſecra, increpa, in omni patientia ⁊ doctrina. Erit enim tempus, quū ſanam doctrinam nō ſuſtinebūt: ſed ad ſua deſyderia coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus: ⁊ á veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila: in omnibus labora: opus fac euangeliſtę: miniſteriū tuum imple: ſobrius eſto. Ego enim iam delibor: ⁊ tempus meę reſolutionis inſtat. Bonum certamen certaui: curſum conſummaui: fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitię: quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. Non ſolum autem mihi: ſed ⁊ his qui diligunt aduentum eius. Gradua. Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legē excelſi. Alleluia. ℣. Inueni Dauid ſeruū meū: oleo ſancto meo vnxi eum.

Secundum Mattheū. xxiiij. ca.



IN illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vigilate: quia neſcitis qua hora dn̄s veſter venturus ſit. Illud aūt ſcitote: qm̄ ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiqȝ, ⁊ nō fineret perfodi domū ſuā. Ideoqȝ ⁊ vos eſtote parati: quia neſcitis qua hora filiꝰ hominis venturus ſit. Quiſputas eſt fidelis ſeruus ⁊ prudēs: quē conſtituit dn̄s ſuper familiā ſuam: vt det illis cibū in tēpore? Beatus ille ſeruus: quē quū venerit dn̄s eius, inuenerit ſic faciētē. Amē dico vobis: qm̄ ſuper omnia bona ſua cōſtituet eum. Credo. Offer. Inueni Dauid ſeruū meū: oleo ſctō meo vnxi eū: manꝰ enī mea auxiliabitur ei: ⁊ brachiū meū cōfortabit eū. Secr.

SAncti tui quęſumus domine nos vbiqȝ lętificent: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia ſentiamus. Per do. Cōm. Beatus ſeruus: quem quum venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſtcommunio.

PRęſta q̄s oīps deꝰ, vt de perceptis muneribꝰ gratias exhibētes: intercedēte beato Sylueſtro cōfeſſore tuo atqȝ pontifice, bn̄ficia potiora ſumamꝰ. Per.

¶ In

¶ In Circuncisione Domini: Statio ad ſanctam Mariã trans Tyberim. Introitus.



PVer natus eſt nobis, ⁊ filiuſ datus eſt nobis, cuius imperium ſuper humerum eius, ⁊ vocabitur nomen eius magni conſilij angeluſ. Ps. Cantate dominó canticum nouum, quia mirabilia fecit. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Dicitur Gloria. de Domina. Oratio.

DEus qui ſalutis ęternę, beatę Marię virginitate fecũda, humano generi pręmia pręſtitiſti: tribue quęſumus, vt ipſam pro nobis intercedere ſentiam⁹, per quam meruimus autorem vitę ſuſcipere dñm noſtrũ Jeſuz Chriſtum filium tuuz. Qui tecũ: Et non fit cómemo. de octauis.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Titum. ij.

CAriſſime: Apparuit gratia Dei Saluatoriſ noſtri omnibus hominibus, erudiẽs nos, vt abnegantes impietatem ⁊ ſecularia deſyderia, ſobriè, ⁊ iuſtè, ⁊ piè viuamus in hoc ſeculo: expectantes beatam ſpem: ⁊ aduentum glorię magni Dei, ⁊ ſaluatoris noſtri Jeſu Chriſti: qui dedit ſemetipſuz pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, ⁊ mundaret ſibi populũ acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Hec lóquere ⁊ exhortare in Chriſto Jeſu dño noſtro. Gra.

Viderunt omnes fines terrę ſalutare Dei noſtri: iubilate deo omnis terra. ℣. Notum fecit dominus ſalutare ſuum: ante conſpectum gentium reuelauit iuſtitiam ſuam. Alleluia. ℣. Multifariè olim Deus loquens patribus in prophetis, nouiſſimé diebus iſtis locutus eſt nobis in filio ſuo.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. ij.



IN illo tẽpore: Poſtquã conſummati ſunt dieſ octo, vt circuncideretur puer, vocatum eſt nomen eius Jeſus, qđ vocatũ eſt ab angelo, prius quaz in vtero conciperetur. Offerto.

Tui ſunt cęli, ⁊ tua eſt terra: orbem terrarum ⁊ plenitudinem eius tu fundaſti: iuſtitia ⁊ iudicium pręparatio ſedis tuę. Secreta.

Muneri-

MUneribus noſtris queſumus domine precibuſq; ſuſceptis, ⁊ cęleſtibus nos munda myſterijs, ⁊ clementer exaudi. Per domi. Prefactio, ⁊ Cōmunicantes de Natiuitate. Cōmu. Viderunt omnes fines terrę ſalutare Dei noſtri. Poſtcommunio.

HAec nos communio domine purget a crimine, ⁊ intercedente beata dei genitrice Maria, cęleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per eundem do.

¶ In octaua ſancti Stephani totū officiuz miſſę dr̄ ſicut in die preter orationem. Nam dicitur. Omnipotēs ſempiterne de⁹ qui primitias: quā require poſt officiū ſcti Stephani. Et. Credo. dr̄.

¶ In octaua ſancti Ioānis officiuz Miſſę fit ſicut in feſto eius. Prima oratio de die, ſecunda de Innocentibus, tertia Deus qui ſalutis ęternę. Credo. dicitur.

¶ In octaua ſanctorū Innocētum officiū Miſſę fit ſicut in die. Gloria in excelſis. ⁊ Alleluia. dicuntur. Prima oratio de die, ſecunda. Deus qui ſalutis ęternę. tertia. Eccleſię tuę. ⁊ non dicitur Credo. niſi venerit ī dominica.

¶ In vigilia Epiphanię fit totum officiuz Miſſę de Dominica, preter euangelium quod dicitur de vigilia. Defuncto Herode. Introitus. Dum medium ſilentium. Require ſupra per ordinem in Dominica precedenti. Et dicit Gloria in excelſis Deo. Prima oratio de Dominica, ſecunda. Deus qui ſalutis ęternę. tertia. Eccleſię tuę.

Secundum Matthęum .ij. Ca.



IN illo tēpore: Defuncto Herode: ecce angelus domini apparuit ī ſomnis Ioſéph in Aegypto dicens. Surge ⁊ accipe puerum ⁊ matrem eius, ⁊ vade in terram Iſraél. Defuncti ſunt enim qui quęrebant animam pueri. Qui conſurgens, accepit puerum ⁊ matrem eius, ⁊ venit in terram Iſraél. Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Iudęa pro Herode patre ſuo, timuit illo ire. Et admonitus in ſomnis, ſeceſſit in partes Galilęę. Et veniens habitauit in ciuitate quę vocatur Nazaret, vt adimpleretur quod dictum eſt per prohetas, quoniam Nazareus vocabitur. Credo in deum non dicitur: niſi venerit in Dominica.

IN EPIPHANIA DOMINI:

Statio ad ſanctum Petrum. Introitus.



Ecce aduenit dominator dñs: ⁊ regnum in manu eius, ⁊ poteſtas, ⁊ imperiuꝫ. Ps. Deus iudicium tuum regi da: ⁊ iuſtitiam tuam filio regis. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper, ⁊ in ſecula ſeculorum. Amen.

Oratio.

Deus qui hodierna die vnigenitũ tuum gentibus ſtella duce reuelaſti: concede propitius, vt qui iam te ex fide cognouimus: vſqꝫ ad contemplandam ſpeciem tuę celſitudinis perducamur. Per eundem dominum.

Lectio Iſaię prophetę. lx.

Surge illuminare Jeruſalem: quia venit lumen tuum, ⁊ gloria domini ſuper te orta eſt. Quia ecce tenebrę operient terram: ⁊ caligo populos: ſuper te aũt orietur dñs, ⁊ gloria eius

eius in te videbitur: ⁊ ambulabunt gentes in lumine tuo: ⁊ reges in ſplendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, ⁊ vide: omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi. Filij tui de longe venient: ⁊ filię tuę de látere ſurgent. Tunc videbis ⁊ afflues: ⁊ mirabitur, ⁊ dilatabitur cor tuũ: quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te: dromedarij Madiam ⁊ Epha. Omnes de Saba venient, aurum ⁊ thus deferentes: ⁊ laudem domino annunciantes. Gradua.

Omnes de Saba venient, aurum ⁊ thus deferentes: ⁊ laudem domino annunciantes. ℣. Surge ⁊ illuminare Jeruſalem: quia gloria domini ſuper te orta eſt. Alleluia. ℣. Vidimus ſtellam eius in oriente: ⁊ venimus cum muneribus adorare dominum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. ij. Cap.

Quum natus eſſet Jeſus in Bethleém Judę in diebus Herodis regis: ecce Magi ab oriente venerunt Jeroſolymam, dicentes. Vbi eſt qui natus eſt rex iudęorum? Vidimus enim ſtellam eius in oriente: ⁊ venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex, turbatus eſt: ⁊ omnis Jeroſolyma cum illo. Et congregans omnes principes ſacerdotum ⁊ ſcribas populi, ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixerũt ei. In Bethleém Judę. Sic enim ſcriptum eſt per prophetã. Et tu Bethleém terra Juda, nequaquã minima es in principibus Juda. Ex te enim exiet dux: qui regat populũ meum Iſraél. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus ſtellę, quę apparuit eis: ⁊ mittens illos in Bethleém dixit. Ite ⁊ interrogate diligenter de puero: ⁊ quum inueneritis, renunciate mihi: vt ⁊ ego veniens adorem eum. Qui quum audiſſent regem, abierunt. Et ecce ſtella, quam viderant in oriente: antecedebat eos vſq; dum veniens, ſtaret ſupra vbi erat puer. Videntes autem ſtellam gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerũt puerum cum Maria matre eius: ⁊ procidentes. Hic genuflectitur. Adorauerunt eum: ⁊ apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera: aurum, thus, ⁊ myrrham. Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem: per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam. Credo. Offerto.

Reges Tharſis ⁊ inſulę munera offerent: reges Arabum ⁊ Saba dona adducent: ⁊ adorabunt eũ omnes reges terrę: oẽs gentes ſeruient ei. Secre.

Eccleſię tuę queſum⁹ domine, dona propitius intuére: quibus non iam aurum, thus, ⁊ myrrha profert̃: ſed qđ eiſdem

muneribus declaratur, immolatur, ⁊ ſumit̃ Jeſus Chriſtus filius tuus dñs nr̃. Qui tec. Prefatio. Aeternę deus: quia quum vnigenitus tuus. Et dicitur vſque ad octauã incluſiue. Infra. Cōmunicantes ⁊ diem ſacratiſſimũ celebrãtes quo vnigenitus. Et dicit̃ vſqꝫ ad octaua incluſiue. Cōm. Uidim⁹ ſtellã eius in oriẽte: ⁊ venim⁹ cũ munerib⁹ adorare dñm. Poſtcō.

Preſta quęſumus oĩpotens deus: vt quę ſolẽni celebramus officio: purificatę mẽtis intelligentia conſequamur. Per.

¶ Infra octauaꝫ Epiphanię fit idem officiũ per oĩa ſicut in die.

¶ Poſt orõnẽ diei dñr orões: De⁹ qui ſalutis ęternę ⁊ Eccleſię.

¶ De feſtiuitatib⁹ q̃ infra octauam veniunt: nihil tunc agitur: ſed peracta octaua celebrantur.

¶ Si feſtiuitas Epiphanię in Dominica venerit: nulla fit commemoratio de Dñica: neqꝫ ĩ die octauo, ſed ſubſcriptuꝫ officium Dñicę fit ĩ Sabbato ĩfra octauã.

¶ Dominica infra octauam Epiphanię. Introitus.



In excelſo throno vidi ſedere viruꝫ: quem adorat multitudo angelorum pſallentes in vnũ: ecce cuius imperij nomen eſt in ęternum. Ps. Jubilate Deo omnis terra: ſeruite domino in lętitia. ℣. Gloria pa. Oratio.

Vota quęſum⁹ domine ſupplicantis populi cęleſti pietate proſequere: vt ⁊ quę agenda ſunt videant: ⁊ ad implenda quę viderint conualeſcant. Per dominum noſtrũ Jeſuꝫ Chriſtum.

Et fit cõmemora. de Epiphania.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Romanos. xij.

Fratres: Obſecro vos per miſericordiam Dei: vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam uiuentem, ſanctam, Deo placentem: rationabile obſequium veſtruꝫ. Et nolite conformari huic ſeculo: ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri: vt probetis quę ſit voluntas Dei bona, ⁊ beneplacẽs, ⁊ perfecta. Dico enim per gratiam quę data eſt mihi, omnibus qui ſunt inter vos: nõ plus ſapere quam oportet ſapere: ſed ſapere ad ſobrietatem: ⁊ vnicuiqꝫ ſicut Deus diuiſit menſuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus: omnia auteꝫ membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto: ſinguli autem alter alterius membra in Chriſto Jeſu domino noſtro. Graduale.

Benedictus dominus Deus Iſraẽl, qui facit mirabilia magna ſolus á ſeculo. ℣. Suſcipiant montes pacem populo tuo: ⁊ colles iuſtitiam. Alleluia. ℣. Jubilate Deo omnis terra: ſeruite domino in lętitia.

Secundum Lucam. ij. Cap.



QUũz factus eſſet Jeſus annorum duodecim: aſcendentibus illis Jeroſólymam ſecundum conſuetudinem diei feſti: conſummatiſqz diebus quum redirent: remanſit puer Jeſus in Jeruſalém: ⁊ non cognouerunt parentes eius. Exiſtimantes autem illum eſſe in comitátu: venerunt iter diei: ⁊ requirebant eum inter cognatos ⁊ notos: ⁊ non inuenientes regreſſi ſunt in Jeruſalém, requirentes eum. Et factum eſt, poſt triduum inuenerunt illum in templo ſedentem in medio doctorum: audientem illos ⁊ interrogantem. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, ſuper prudentia ⁊ reſponſis eius. Et videntes admirati ſunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus ⁊ ego, dolentes quęrebamus te. Et ait ad illos. Quid eſt ꝙ me quęrebátis? Neſciebátis, quia in his quę patris mei ſunt, oportet me eſſe? Et ipſi non intellexerunt verbuz, quod locutus eſt ad illos. Et deſcendit cum eis: ⁊ venit Nazaréth: ⁊ erat ſubditus illis. Et mater eius conſeruabat omnia verba hęc: cónferens in corde ſuo. Et Jeſus proficiebat ſapientia, ⁊ ętate, ⁊ gratia, apud Deum ⁊ homines. Credo in vnum. **Offer.** Iubilate Deo omnis terra: iubilate Deo omnis terra: ſeruite dño in lętitia: intrate in conſpectu eius in exultatione: quia dñs ipſe eſt deus. **Secre.**

OBlatum tibi domine ſacrificium viuificet nos ſemper ⁊ muniat. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecuz viuit ⁊ regnat in vnitate ſpũs ſancti deus. **Cõm.** Fili quid feciſti nobis ſic? ego ⁊ pater tuus dolentes quęrebamus te: Et quid eſt quòd me quęrebátis? neſciebátis, quia in his, quę patris mei ſunt, oportet me eſſe. **Poſtcommu.**

SUpplices te rogamus omnipotens deus: vt quos tuis reficis ſacramentis: tibi etiam placitis moribus dignanter deſeruire concedas. Per dominũ noſtrum Jeſum Chriſtuz filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat.

¶ In octaua Epiphanię officiũ Miſſę ſit ſicut in die pręter orationem, ⁊ euangelium. **Oratio.**

DEus cuius vnigenitus in ſubſtátia noſtrę carnis apparuit: p̄ſta quęſumus: vt per eum, quẽ ſimilez nobis foris agnouimus, intus reformari mereamur. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus.

Sequentia ſancti euangelij ſecundũ Joannem. j.



IN illo tẽpore: vidit Joannes Jeſuꝫ veniẽtem ad ſe, ⁊ ait. Ecce agn⁹ dei: ecce qui tollit peccata mundi. Hic eſt de quo dixi: Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt: quia prior me erat: ⁊ ego neſciebam eum. Sed vt manifeſtetur in Iſraël: propterea veni ego in aqua baptizans. Et teſtimoniuꝫ perhibuit Joannes dicens: quia vidi ſpiritũ deſcendentẽ quaſi columbam de celo: ⁊ manſit ſuper euꝫ: ⁊ ego neſciebã eum. Sed qui miſit me baptizare in aqua: ille mihi dixit. Super quem videris ſpiritũ deſcendentem, ⁊ manentẽ ſuper euꝫ: hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Et ego vidi ⁊ teſtimoniũ perhibui: quia hic eſt filius Dei. Secreta.

HOſtias tibi domine pro nati filij tui apparitione deferimus: ſuppliciter exorantes: vt ſicut noſtrorum ipſe eſt autor munerum: ita ſit ipſe miſericors ⁊ ſuſceptor Jeſus Chriſtus dominus noſter. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritu ſancti Deus. Poſtcommunio.

CEleſti lumine queſum⁹ domine ſemper ⁊ vbiqꝫ nos preueni: vt myſterium cuiuꝫ nos participes eſſe voluiſti: ⁊ puro cernamus intuitu: ⁊ digno percipiamus effectu. Per dominũ.

Ab octaua Epiphanię vſque ad Purificationeꝫ poſt orationem diei dñr iſte orationes videlicet. Deus qui ſalutis ęterne. ⁊ Eccleſię tuę. vel Deus omniũ fideliũ. Si tempus breue fuerit a Dñica prima poſt octauam Epiphanię vſqꝫ ad Septuageſimã: ita ꝙ officia Dominicalia nõ poſſint expleri ſuis diebus: officia reſiduorum Dominicarũ poſt ſecundã Dñicã poſt Epiphaniam diſtribuunt per hebdomadã ſi feſtuꝫ non impediat. Similiter fit de Dñicis poſt octauã Penthecoſtes vſqꝫ ad Aduentum. Iſta autem officia Dominicalia dicuntur ferialiter abſque Gloria in excelſis. Et ſine Credo. Si vero non occurrerint ferię: officia illa Dominicalia dimittuntur.

Dominica ſecunda poſt Epiphaniam. Introitus.



Omnis terra adoret te deus, ⁊ pſallat tibi: pſalmuꝫ dicat nõi tuo altiſſime. Ps. Jubilate Deo omnis terra: pſalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. ℣. Gloria. Oro.

OMnipotẽs ſempiterne deus, qui cęleſtia ſimul ⁊ terrena moderaris: ſupplicationes populi tui clementer exaudi: ⁊

pacem

pacem tuam noſtris cõcede temporibus. Per dominum no.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Romanos.xij.

Fratres: Habẽtes donationes, ſecundum gratiam quę data eſt nobis differentes: ſiue prophetiam, ſecundum rationem fidei: ſiue miniſterium in miniſtrando: ſiue qui docet in doctrina: qui exhortatur in exhortando: qui tribuit in ſimplicitate: qui preeſt in ſolicitudine: qui miſeretur in hilaritate. Dilectio ſine ſimulatione. Odientes malum: adherentes bono. Caritatem fraternitatis inuicem diligentes: honore inuicem preuenientes. Solicitudine non pigri: ſpiritu feruentes: domino ſeruientes: ſpe gaudentes: in tribulatione patientes: orationi inſtantes: neceſſitatibus ſanctorum communicantes: hoſpitalitatem ſectantes. Benedicite perſequentibus vos: benedicite: ⁊ nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus: flete cum flentibus. Idipſum inuicem ſentientes: non alta ſapientes: ſed humilibus conſentientes. **Graduale.**

Miſit dominus verbum ſuum, ⁊ ſanauit eos: ⁊ eripuit eos de interitu eorum. ℣. Confiteantur domino miſericordię eius: ⁊ mirabilia eius filijs hominum. Alleluia. ℣. Laudate dominum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

M.M.

Secundum Joannem.ij.Cap.



In illo tẽpore: Nuptię factę ſunt in Caná Galileę: ⁊ erat mater Jeſu ibi. Vocatus eſt aũt Jeſus, ⁊ diſcipuli eius ad nuptias. Et deficiẽte vino: dicit mater Jeſu ad eum. Vinum non habent. Et dicit ei Jeſus. Quid mihi ⁊ tibi eſt mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius miniſtris. Quodcunq; dixerit vobis facite. Erãt autem ibi lapideę hydrię ſex poſitę, ſecundum purificationem iudęorum: capientes ſingulę metrẽtas binas vel ternas. Dicit eis Jeſus. Implete hydrias aqua. Et impleuerũt eas vſq; ad ſummum. Et dicit eis Jeſus. Haurite nunc, ⁊ ferte Architriclino. Et tulerunt. Vt autem guſtauit Architriclinus aquam vinũ factum: ⁊ nõ ſciebat vnde eſſet: miniſtri aũt ſciebant qui hauſerant aquã: vocat ſponſum Architriclin⁹ ⁊ dicit ei. Omnis homo primum bonũ vinũ ponit: ⁊ quum inebriati fuerint: tunc id quod deterius eſt. Tu autem ſeruaſti bonum vinũ vſq; adhuc. Hoc fecit initiũ ſignorũ Jeſus in Caná Galileę: ⁊ manifeſtauit gloriam ſuam: ⁊ crediderũt in eum diſci-

diſcipuli eius. Credo. Offerto.
Iubilate deo vniuerſa terra:iubilate deo vniuerſa terra: pſalmũ dicite nomini eius:venite ⁊ audite ⁊ narrabo vobis omnes qui timetis deum, quanta fecit dñs animę meę. Alleluia. Secre.

Oblata dñe munera ſanctifica:noſq; á pctõrũ noſtrorũ maculis emunda. Per. Cõmu.

Dicit dñs:implete hydrias aqua,⁊ ferte Architriclino:dum guſtaſſet Architriclinus aquam vinum factum, dicit ſponſo: ſeruaſti vinum bonum vſq; adhuc: hoc ſignum fecit Ieſus primum coram diſcipulis ſuis. Poſtcõmu.

Augeatur í nobis dñe quęſumus tuę virtutis operatio:vt diuinis vegetati ſacramentis: ad eorũ promiſſa capienda, tuo munere preparemur. Per.

¶ Dñica.iiij.poſt Epiph. Intr.

Adorate deum omnes angeli eius:audiuit ⁊ lętata eſt Sión: ⁊ exultauerũt filię Iudę. Ps. Dominus regnauit exultet terra: letentur inſulę multę. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpi. Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne deus, infirmitatẽ noſtrã propitius reſpice:atq; ad protegendum nos, dexteram tuę maieſtatis extende. Per dominum.

Epiſtola ad Romanos.xij.

Fratres: Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos:nulli malũ pro malo reddentes:prouidentes bona non tantũ coram deo:ſed etiam coram omnibus hominib⁹. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt: cum omnibus hominibus pacem habentes. Non voſmetipſos defendentes cariſſimi:ſed date locũ irę. Scriptum eſt enim. Mihi vindictam,⁊ ego retribuam,dicit dominus. Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum. Si ſitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis cõgeres ſuper caput eius. Noli vinci á malo: ſed vince in bono malum. Graduale.

Timebunt gẽtes nomen tuum dñe: ⁊ oẽs reges terrę gloriã tuam. ℣. Quoniã ędificauit dñs Sión:⁊ videbitur in maieſtate ſua. Alla. ℣. Dñs regnauit exultet terra: letentur inſulę multę.

Secundũ Mattheum. viij. Ca.



In illo tempore: Cũ deſcendiſſet Ieſus de mõte: ſecutę ſũt eum turbę multę. Et ecce leproſus veniens adorabat eum dicens. Domine ſi vis, potes me mundare. Et extendens manum Ieſus,tetigit eum dicens:Volo:mundare. Et cõfeſtim mundata eſt lepra eius:⁊ ait illi Ieſus. Vide nemini dixeris: ſed vade oſtende te ſacerdoti: ⁊ offer munus quod precepit

Moyſes in teſtimonium illis. Quum autẽ introiſſet Capharnaum: acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, ⁊ dicens. Domine puer meus iacet in domo paralyticus: ⁊ male torquetur. Et ait illi Ieſus. Ego veniam ⁊ curabo eum. Et reſpondẽs Centurio, ait. Domine non ſum dignus: vt intres ſub tectum meũ: ſed tantum dic verbo: ⁊ ſanabitur puer meus. Nam ⁊ ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus: habens ſub me milites: ⁊ dico huic vade, ⁊ vadit: ⁊ alio veni, ⁊ venit: ⁊ ſeruo meo fac hoc, ⁊ facit. Audiens autem Ieſus miratus eſt: ⁊ ſequentibus ſe dixit. Amen dico vobis: nõ inueni tantam fidem in Iſrael. Dico autem vobis: ꝙ multi ab Oriente ⁊ Occidente venient: ⁊ recumbent cum Abraam, Iſaac, ⁊ Iacob in regno celorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, ⁊ ſtridor dentium. Et dixit Ieſus Centurioni. Vade, ⁊ ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora. Credo in Deuꝫ. Offerto. Dextera dñi fecit virtutem, dextera dñi exaltauit me: non moriar, ſed viuã, ⁊ narrabo opera domini. Secreta. Haec hoſtia queſumus domine emundet noſtra delicta: ⁊ ad ſacrificium celebrandum, ſubditorum tibi corpora, menteſqꝫ ſanctificet. Per. Cõm. Mirabantur omnes de his, que procedebant de ore Dei. Poſtcõmu. Quos tantis domine largiris vti myſterijs: queſum⁹, vt effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Per.

¶ Dominica quarta poſt Epiphaniam. Introitus.

Adorate Deuꝫ omnes angeli. Require in precedenti Dominica. Hoc officium dicitur per omnes dñicas vſqꝫ ad Septuageſimã preter orationes, epiſtolas, ⁊ euãgelia: que in vnaquaqꝫ Dominica aſſignantur. Oratio.

Deus qui nos in tantis periculis conſtitutos, pro humana ſcis fragilitate nõ poſſe ſubſiſtere: da nobis ſalutẽ mẽtis ⁊ corporis: vt ea que pro peccatis nr̃is patimur: te adiuuante vincamus. Per.

Epiſtola ad Romanos. xiij. Ca.

Fratres: Nemini quicquam debeatis: niſi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam nõ adulterabis: non occides: non furaberis: non falſum teſtimonium dices: non cõcupiſces rem proximi tui: ⁊ ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur: Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum. Dilectio proximi malum nõ operatur. Plenitudo ergo legis, eſt dilectio. Gradnale: Alleluia: ⁊ cetera que hic deſunt require in precedẽti Dominica.

Secundum Mattheū. viij. Ca.



In illo tempore: aſcendente Jeſu in nauiculam: ſecuti ſunt eum diſcipuli eius. Et ecce motus magnus factus eſt in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipſe vero dormiebat. Et acceſſerunt diſcipuli, ⁊ ſuſcitauerunt eum dicentes: Domine ſalua nos: perimus. Et dicit eis: Quid timidi eſtis modice fidei? Tunc ſurgens imperauit ventis ⁊ mari: ⁊ facta eſt tranquillitas magna: porro hoīes mirati ſunt dicētes. Qualis eſt hic: quia venti ⁊ mare obediunt ei. **Sec.**

Concede q̄s oīpſ deꝰ: vt huiꝰ ſacrificij munꝰ oblatū: fragilitatē noſtrā ab oī malo purget ſemper ⁊ muniat. Per. **Poſtcō.**

Munera tua nos deus á delectationibus terrenis expediant: ⁊ cęleſtibus ſemper inſtruant alimentis. Per domi.

¶ **Dñica.v.poſt Epiphaniā: Intro.** Adorate deū oēs angeli. **⁊ cętera p ordinē reperies ſupra in iij. Dñica poſt Epipha. Orō.**

Familiam tuā quęſumus domine cōtinua pietate cuſtodi: vt quę in ſola ſpe gratię cęleſtis innititur: tua ſemper protectione muniatur. Per dominum.

Epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Coloſſenſes. iij. Cap.

Fratres: induite vos ſicut electi Dei, ſancti, ⁊ dilecti, viſcera miſericordię: benignitatē: humilitatē: modeſtiā: patientiā: ſupportantes inuicē: ⁊ donantes vobiſmetipſis, ſiquis aduerſus aliquē habet querelā. Sicut ⁊ dñs donauit vobis: ita ⁊ vos. Super omnia aūt hęc, caritatē habētes: quod eſt vinculū perfectionis. Et pax Chriſti exultet in cordibꝰ veſtris: in qua ⁊ vocati eſtis in vno corpore: ⁊ grati eſtōte. Verbū Chri habitet in vobis abundanter in omni ſapiētia: docētes ⁊ cōmonētes voſmetipſos i pſalmis, hymnis, ⁊ canticis ſpiritalibus in grā cantātes in cordibus veſtris dño. Omne quodcūq; faciatis in verbo, aut in opere: oīa in noīe dñi noſtri Jeſu Chriſti facite: gratias agentes Deo ⁊ patri, per Jeſū Chriſtū dñm noſtrū.

Secundum Mattheū. xiij. Ca.



In illo tépore: dixit Jeſus diſcipulis ſuis, parabolā hāc. Simile factū eſt regnum cęlorū homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. Quum aūt dormirēt homines: venit inimicus eius: ⁊ ſuperſeminauit

nauit ʒiʒánia in medio tritici, ⁊ abijt. Quum aũt creuiſſet herba, ⁊ fructũ feciſſet: tunc apparuerũt ⁊ ʒiʒánia. Accedẽtes aũt ſerui patriſfamilias dixerũt ei. Dñe nõne bonum ſémen ſeminaſti in agro tuo? Unde ergo habet ʒiʒánia? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui aũt dixerunt ei. Uis imus ⁊ colligim⁹ ea? Et ait. Non: ne forte colligẽtes ʒiʒánia eradicetis cũ eis ſimul ⁊ triticũ. Sinite útraqȝ creſcere vſqȝ ad meſſem: ⁊ tẽpore meſſis dicã meſſoribus. Colligite primũ ʒiʒánia: ⁊ alligate ea in faſciculos ad cõburendũ: triticũ autem congregate in horreum meum. Credo. Secreta.

Hoſtias tibi dñe nrẽ placatiõis offerim⁹: vt ⁊ delicta nr̃a miſerat⁹ abſoluas: ⁊ nutãtia corda tu dirigas. Per. Poſtcõ.

Quęſumus oĩpotens deus: vt illius ſalutaris capiam⁹ effectum: cuius per hęc myſteria pignus accepimus. Per do. Si occurrerint ſex dñicę ab Epiphania vſqȝ ad. lxx. in ſexta dñica repetaẽ officiũ quintę Dñicę.

Dñica Septuageſimę. Statio ad ſanctum Laurentium extra muros. Introitus.

Circundederũt me gemit⁹ mortis: dolores inferni circundederũt me: ⁊ in tribulatione mea inuocaui dñm: ⁊ exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meam. Ps. Diligam te dñe fortitudo mea: dñs firmamentũ meũ, ⁊ refugiũ meũ ⁊ liberator meus. ℣. Gloria pa. Non dicit. Gloria in excelſis vſqȝ in cęnam Domini, niſi fiat de feſto. Orõ.

Preces populi tui quęſum⁹ domine clementer exaudi: vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur: pro tui nominis gl'ia miſericorditer liberemur. Per. Epiſtola ad Corint. i. ix. Cap.

Fratres: neſcitis q hi qui in ſtadio currunt: omnes quidem currũt: ſed vnus accipit brauium? Sic currite vt cõprehendatis. Omnis enim qui in agone contendit: ab omnibus ſe abſtinet: ⁊ illi quidem, vt corruptibilẽ coronã accipiant: nos autem incorruptã. Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertũ: ſic pugno, non quaſi áerem verberans: ſed caſtigo corpus meum, ⁊ in ſeruitutẽ redigo: ne forte quum alijs prędicauerim: ipſe reprobus efficiar. Nolo enim vos ignorare fratres: quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt: ⁊ oẽs mare trãſierũt: ⁊ oẽs in Moyſe baptiʒati ſunt, in nube ⁊ in mari: ⁊ oẽs eandẽ eſcam ſpiritalẽ manducauerunt: ⁊ oẽs eundẽ potum ſpiritalẽ biberunt. Bibebãt aũt de ſpiritali cõſequẽti eos petra: petra aũt erat Chriſtus. Grad.

Adiutor in opportunitatibus in tribulatione: ſperent in te, qui nouerũt te: qm̃ non derelinquis quęrentes te dñe. ℣. Quoniã non in finẽ obliuio erit pauperis:

ris: patientia pauperum non peribit in eternū: exurge dñe nō preualeat homo. Tractus. De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocem meam. ℣. Fiant aures tue intendentes in orationem serui tui. ℣. Si iniquitates obſeruaueris domine: dñe quis ſuſtinebit. ℣. Quia apud te propitiatio eſt: ⁊ propter legem tuam ſuſtinui te domine. Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum. xx. Cap.



IN illo tēpore: dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolā hanc. Simile eſt regnum celoꝝ homini patrifamilias: qui exijt primo mane cōducere operarios in vineam ſuā. Conuentione aūt facta cum operarijs ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuā. Et egreſſus circa horā tertiā, vidit alios ſtantes in foro ocioſos: ⁊ illis dixit. Jte ⁊ vos in vineam meam: ⁊ quod iuſtū fuerit, dabo vobis. Jlli aūt abierūt. Iterum autē exijt circa ſextam, ⁊ nonam horam: ⁊ fecit ſimiliter. Circa vndecimam vero exijt: ⁊ inuenit alios ſtantes: ⁊ dicit illis. Quid hic ſtatis tota die ocioſi? Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Jte ⁊ vos in vineam meam. Quum ſero autem factū eſſet: dicit dominus vinee procuratori ſuo. Voca operarios: ⁊ redde illis mercedem: incipiens á nouiſſimis vſq; ad primos. Quum veniſſent ergo qui circa vndecimam horam venerant: acceperunt ſingulos denarios. Venientes autē ⁊ primi, arbitrati ſunt, ꝙ plus eſſent accepturi: acceperunt autē ⁊ ipſi ſingulos denarios: ⁊ accipiētes murmurabāt aduerſus patremfamilias, dicentes. Hi nouiſſimi vna hora fecerunt: ⁊ pares illos nobis feciſti: qui portauimus pondus diei ⁊ eſtus. At ille reſpondens, vni eorū dixit. Amice, non facio tibi iniuriā. Nonne ex denario conueniſti mecum? Tolle quod tuum eſt ⁊ vade. Volo aūt ⁊ huic nouiſſimo dare ſicut ⁊ tibi. Aut non licet mihi facere qđ volo? An ocul⁹ tuus nequā eſt: quia ego bonus ſum? Sic erunt nouiſſimi primi, ⁊ primi nouiſſimi. Multi enim ſunt vocati: pauci vero electi. Credo. Offerto. Bonum eſt confiteri domino: ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime. Secreta.

PRopitiare domine populo tuo: propitiare muneribus: vt hac oblatione placatus: ⁊ indulgentiam nobis tribuas: ⁊ poſtulata cōcedas: Per. Cōmu. Illumina faciem tuam ſuper ſeruum tuum: ⁊ ſaluum me fac in tua miſericordia: domine non confundar, quoniam inuocaui te. Poſtcommunio.

FIdeles tui deus per tua dona firmentur: vt eadem ⁊ perci-

percipiendo requirant: ⁊ quę-
rendo ſine fine percipiant. Per.

A Septuageſima vſqꝫ ad feriaꝫ quartā cinerū, non cantat̄ tract⁹, niſi in Dn̄icis, ⁊ diebus feſtis.

¶ Dn̄ica Sexageſimę: Statio ad ſanctuꝫ Paulum. Introitus.



Xurge: quare obdormis dn̄e? exurge: ⁊ ne repellas in finem. quare faciē tuam auertis: obliuiſceris tribulationem noſtram? Adhęſit in terra venter noſter: exurge domine adiuua nos, ⁊ libera nos. Ps. Deus auribus noſtris audiuimus: patres noſtri annunciauerunt nobis. V. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

Deus qui conſpicis quia ex nulla noſtra actione confidimus: concede propitius: vt contra aduerſa omnia, doctoris gentium protectione muniamur. Per dominum noſtrum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios. ij. Cap. xj.

Fratres: Libēter ſuffertis inſipientes: quum ſitis ipſi ſapientes. Suſtinetis enim ſiquis vos in ſeruitutem redigit: ſiquis deuorat: ſiquis accipit: ſiquis extollitur: ſiquis in faciem vos cędit. Secundum ignobilitatem dico: quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quiſ audet: in inſipientia dico: audeo ⁊ ego. Hebręi ſunt, ⁊ ego: Iſraelitę ſūt, ⁊ ego: Semē Abrahę ſunt, ⁊ ego: Miniſtri Chriſti ſunt, ⁊ ego. Vt minus ſapiens dico, plus ego. In laboribus plurimis: in carceribus abundantius: in plagis ſupra modum: in mortibus frequenter. A Iudęis quinquies quadragenas, vna minus accepi. Ter virgis cęſus ſum: ſemel lapidatus ſum: ter naufragium feci. Nocte ⁊ die in profundum maris fui. In itineribus ſępe. Periculis fluminum: periculis latronum: periculis ex genere: periculis ex gentibus: periculis in ciuitate: periculis in ſolitudine: periculis in mari: periculis in falſis fratrib⁹. In labore ⁊ erumna: in vigilijs multis: in fame ⁊ ſiti: in ieiunijs multis: in frigore ⁊ nuditate. Pręter illa quę extrinſecuſ ſunt: inſtantia mea quotidiana: ſolicitudo omnium eccleſiarum. Quis infirmatur, ⁊ ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, ⁊ ego non vror? Si gloriari oportet: quę infirmitatis męę ſunt gloriabor. Deus ⁊ pater domini noſtri Ieſu Chriſti ſcit: qui eſt benedictus in ſecula: ꝙ non mentior. Damaſci, prępoſitus gentis Arethę regis cuſtodiebat ciuitateꝫ Damaſcenorum, vt me comprehenderet: Et per feneſtram in ſporta dimiſſus ſum per murum: ⁊ ſic effugi manus eius. Si gloriari oportet: non expedit quidē. Veniam autem

autem ad viſionem, ⁊ reuelationes domini. Scio hominem in Chriſto ante annos quattuoꝛdecim: ſiue in coꝛpoꝛe, ſiue extra coꝛpus neſcio, deuꝫ ſcit: raptum huiuſmodi vſque ad tertium cęlum. Et ſcio huiuſmodi hominem, ſiue in coꝛpoꝛe, ſiue extra coꝛpus neſcio, deus ſcit: quoniam raptus eſt in paradiſum: ⁊ audiuit arcana verba: quę non licet homini loqui. Pꝛo huiuſmodi gloꝛiaboꝛ: pꝛo me autem nihil gloꝛiaboꝛ, niſi in infirmitatibus meis. Nam ⁊ ſi voluero gloꝛiari: non ero inſipiens: veritatem enim dicam. Parco autem: ne quis me exiſtimet ſupꝛa id quod videt in me: aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me: datus eſt mihi ſtimulus carnis meę, angelus ſatanę: qui me colaphizet. Pꝛopter quod ter dominum rogaui, vt diſcederet á me: ⁊ dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloꝛiaboꝛ in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus Chriſti.

Graduale.

Sciant gentes q̃m nomen tibi deus: tu ſolus altiſſimus ſuper omnem terrã. ℣. Deus meus pone illos vt rotam: ⁊ ſicut ſtipulã ante faciẽ venti.

Tractꝰ.

Commouiſti domine terram, ⁊ conturbaſti eam. ℣. Sana contritiones eius, quia mota eſt. ℣. Ut fugiant á facie arcus: vt liberentur electi tui.

Secundum Lucam. viij. Cap.



In illo tẽpoꝛe: Quũ turba plurima conuenirẽt: ⁊ de ciuitatibꝰ pꝛoperarent ad Jeſuꝫ, dixit per ſimilitudinẽ. Exijt qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum. Et dũ ſeminat: aliud cecidit ſecus viam: ⁊ conculcatum eſt: ⁊ volucres cęli comederunt illud. Et aliud cécidit ſupꝛa petram: ⁊ natum aruit: quia non habebat humoꝛem. Et aliud cécidit inter ſpinas: ⁊ ſimul exoꝛtę ſpinę ſuffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: ⁊ oꝛtũ fecit fructum centuplum. Hęc dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant autem eũ diſcipuli eius: q̃ eſſet hęc parabola. Quibus ipſe dixit. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei: cęteris autem in parabolis: vt videnteꝫ non videant: ⁊ audienteꝫ non intelligant. Eſt autem hęc parabola. Semen eſt verbum Dei. Quod autẽ ſecus viam: hi ſunt qui audiunt: deinde venit diabolus, ⁊ tollit verbuꝫ de coꝛde eoꝛuꝫ: ne credentes ſalui fiãt. Nam quod ſupꝛa petrã: hi ſunt qui quum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum. Et hi ra-

dices

dices non habent: quia ad tempus credunt: ⁊ in tempore temptationis recedunt. Quod autem in ſpinis cécidit: hi ſunt qui audierunt: ⁊ á ſolicitudinibus, ⁊ diuitijs, ⁊ voluptatibus vitę euntes ſuffocantur: ⁊ non réferunt fructum. Quod autem cécidit in terraȝ bonā: hi ſunt qui in corde bono ⁊ optimo, audientes verbum retinent: ⁊ fructuȝ áfferunt in patientia. Credo. Offerto.

Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: vt non moueantur veſtigia mea: inclina aurem tuam ⁊ exaudi verba mea: mirifica miſericordias tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te domine. Secre.

Oblatum tibi domine ſacrificium viuificet nos ſemper ⁊ muniat. Per. Cōmunio.

Introibo ad altare dei: ad Deum qui lętificat iuuentutem meam. Poſtcō.

Supplices te rogamus omnipotens Deus: vt quos tuis réficis ſacramentis: tibi etiam placitis moribus dignanter deſeruire concedas. Per domium.

¶ Dominica Quiquageſimę: Statio ad ſanctū Petrū Intro.



Sto mihi in Deuȝ protectoreȝ, ⁊ in locum refugij, vt saluuȝ me facias: quoniam firmamentū meū, ⁊ refugium meū es tu: ⁊ propter nomen tuū dux mihi eris, ⁊ enutries me. Ps. In te domine ſperaui non confundar in ęternum: in iuſtitia tua libera me. ℣. Gloria pa. Oratio.

Preces noſtras queſum⁹ domine clemēter exaudi: atq; á peccatorum noſtrorum vinculis abſolutos: ab omni nos aduerſitate cuſtodi. Per dominū.

Epiſtola ad Corinthios. j. Ca. xiij.

Fratres: Si linguis hominū loquar ⁊ angeloruȝ: caritatē autē non habeā factus ſum velut ęs ſonās: aut cymbalū tinniens. Et ſi habúero prophetiā: ⁊ nóuerim myſteria omnia, ⁊ oēm ſcientiam: ⁊ ſi habúero oēm fidem, ita vt monteȝ tránſferam: caritatem autem non habúero: nihil ſum. Et ſi diſtribúero in cibos pauperum omnes facultates meas: ⁊ ſi tradidero corpus meū, ita vt ardeam: caritatem aūt non habúero: nihil mihi prodeſt. Caritas pátiens eſt: benigna eſt. Caritas nō ęmulatur: nō agit pérperam: nō inflatur: nō eſt ambitioſa: nō quęrit, quę ſua ſunt: nō irritatur: non cogitat malum: non gaudet ſuper iniquitate: congaudet aūt veritati. Omnia ſuffert: omnia credit: omnia ſperat: omnia ſuſtinet. Caritas nunquā éxcidit: ſiue prophetię euacuabūtur: ſiue linguę ceſſabūt: ſiue ſciētia deſtruetur. Ex parte enim cognoſcim⁹: ⁊ ex parte prophetamus. Quum aūt venerit quod perfectum eſt: euacuabitur quod ex parte eſt. Quum eſſem paruul⁹, loquebar

vt

vt paruulus:ſapiebam vt paruu
lus:cogitabã vt paruulꝰ. Quan/
do autem factus ſum vir:euacua
ui,quę erant paruuli. Videmus
nunc per ſpeculum in ęnigma/
te: tunc autem facie ad faciem.
Nunc cognoſco ex parte: tunc
autem cognoſcam,ſicut ⁊ cogni/
tus ſũ. Nunc autem manent fi/
des,ſpes,caritas,tria hęc. Maio
autem horum eſt caritas. Grad.

Tu es deus qui facis mirabilia ſolus:
notam feciſti in gentibus virtutẽ tuam.
℣. Liberaſti in brachio tuo populum
tuũ:filios Iſraél ⁊ Ioſéph. Tractus.

Iubilate deo omnis terra:ſeruite dño
in lętitia. ℣. Intrate in cõſpectu eius in
exultatione:ſcitote q dñs ipſe eſt deꝰ.
℣. Ipſe fecit nos, ⁊ non ipſi nos: nos
autẽ populus eius, ⁊ oues paſcuę eius.

Sequentia ſancti Euangelij ſe-
cundum Lucam. xviij. Cap.



IN illo tempo/
re:Aſſum
pſit Ie/
ſus duo/
decim di/
ſcipulos
ſuos:⁊ ait
illis. Ecce
aſcendimus Ieroſolymam:⁊ cõ/
ſummabuntur omnia, quę ſcri/
pta ſunt per prophetas de filio
hominis. Tradetur enim genti/
bus,⁊ illudetur,⁊ flagellabitur, ⁊
conſpuetur. Et poſtquam flagel
lauerint, occident eum:⁊ die ter/
tia reſurget. Et ipſi nihil horum
intellexerunt. Erat autem verbũ
iſtud abſconditum ab eis: ⁊ non
intelligebant,quę dicebãtur. Fa/
ctum eſt autem quum appropin
quaret Ierichó: cęcus quidam
ſedebat ſecus viam mendicans.
Et quum audiret turbaȝ pręter/
euntem: interrogabat quid hoc
eſſet. Dixerunt autem ei: quod
Ieſus Nazarénus tranſiret:⁊ cla
mauit, dicens. Ieſu fili Dauid
miſerere mei. Et qui pręibant in/
crepabant eum vt taceret. Ipſe
veró multo mágis clamabat. Fi/
li Dauid miſerere mei. Stans
aũt Ieſus iuſſit illum adduci ad
ſe. Et quum appropinquaſſet:in
terrogauit illuȝ,dicens. Quid ti/
bi vis faciam? At ille dixit. Do/
mine vt videam. Et Ieſus dixit
illi. Réſpice: fides tua te ſaluũ fe/
cit. Et cõfeſtim vidit: ⁊ ſequebat
illũ magnificãȝ deũ. Et oĩs plebs
vt vidit:dedit laudẽ Deo. Offer.

Bñdictus es dñe, doce me iuſtificatio
nes tuas:benedictus es dñe, doce me
iuſtificationes tuas:in labijs meis pro-
nunciaui oĩa iudicia oris tui. Secre.

HAec hoſtia qs dñe emũdet
nr̃a delicta:⁊ ad ſacrificiuȝ
celebrandũ ſubditorũ tibi corpo
ra mẽteſqȝ ſctificet. Per. Cõm.

Manducauerũt ⁊ ſaturati ſunt nimis:⁊
deſyderiũ eorũ áttulit eis dñs:nõ ſunt
fraudati á deſyderio ſuo. Poſtcõm.

QVęſumus omnipotẽs de/
us:vt qui cęleſtia alimenta
percepimus:per hęc contra om/
nia aduerſa muniamur. Per.

¶ Feria

¶ Feria quarta Cinerum:ante Miſſam benedicūtur cineres facti de ramis benedictis preteriti anni hoc modo:primo cātat añ.

Exaudi nos dñe: quoniā benigna eſt miſericordia tua: ſecundū multitudinē miſerationū tuaruꝫ reſpice nos dñe. ps. Saluū me fac deꝰ: quoniam intrauerunt aquę uſqꝫ ad animam meam. ℣. Gloria pa. Et repetitur añ. Exaudi nos. Deinde dicit Dominus vobiſcum. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus, parce penitētibus: propitiare ſupplicantibus: ⁊ mittere digneris ſanctum angelū tuum de cęlis: qui bene✠dicat: ⁊ ſanctifi✠cet hos cineres: vt ſint remediū ſalubre omnibus nomen ſanctum tuum humiliter implorantibus: ac ſemetipſos pro conſcientia delictorum ſuoruꝫ accuſantibus: atqꝫ ante conſpectum diuinę clemētię tuę facinora ſua deplorantibuꝫ: vel ſereniſſimam pietatem tuam ſuppliciter, obnixeqꝫ flagitantibus: ⁊ pręſta per inuocationem ſanctiſſimi nominis tui: vt quicunqꝫ eos ſuper ſe aſperſerint pro redēptione peccatorum ſuoruꝫ, corporis ſanitatem, ⁊ animę tutelaꝫ percipiant. Per Chriſtum dominū noſtrū. ℟. Amē. Alia oratio. Oremus.

Deus qui non mortem, ſed penitentiā deſyderas peccatorum: fragilitatē conditionis humanę benigniſſime reſpice: ⁊ hos cineres, quos cauſa proferendę humilitatis, atque promerendę venię, capitibus noſtris imponi decernimus: bene✠dicere pro tua pietate dignare: vt qui nos cinerem eſſe: ⁊ ob prauitatis noſtrę meritum, in puluerem reuerſuros cognoſcimꝰ: peccatorum omnium veniam ⁊ pręmia penitentibus repromiſſa miſericorditer conſequi mereamur. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen. ℣. Oremus. Alia oratio.

Deus qui humiliatione flecteris, ſatiſfactione placaris: aurē tuę pietatis inclina precibus noſtris: ⁊ capitibus ſeruorum tuorum, horum cinerum aſperſione attactis, effunde propitius gratiā tuę benedi✠ctionis: vt eos ⁊ ſpiritu compunctionis repleas: ⁊ quę iuſtē poſtulauerint efficaciter tribuas: ⁊ conceſſa perpetua ſtabilitate, intactos manere decernas. Per chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amē. ℣. Oremus. Alia oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus, qui Niniuitis in cinere ⁊ cilicio penitentibus, indulgentię tuę remedia pręſtitiſti: concede propitius: vt ſic eos imitemur habitu, quatenꝰ venię proſequamur obtentu. Per dominum.

Deinde

Deinde aſpergantur cineres aqua benedicta. Expleta bn̄dictione, primo imponitur cinis ſacerdoti celebraturo miſſam p aliquē ſeniorū ſacerdotū alba ſeu cotta indutū, impoſita ēt deſup ſtola: dicentē, Memento homo, quia puluis es, ⁊ in puluerem reuerteris. Poſtea ipſe ſenior flexis genib⁹ accipit cinerez ab ipſo ſacerdote ſimiliter dicente: Memento homo ⁊c. vt dictuz eſt ſupra: deinde miniſtri ⁊ cęteri monachi bini ſubſequuntur, ſecundū ordinē ⁊ dignitatē eorū. Si forte nō adeſſet alius ſacerdos q̄z is qui benedixit cineres: ipſe ſacerdos genib⁹ flexis coram altari ſibiipſi cinerem imponit: deinde cęteris vt ſupra. Interim dū cineres dātur, antiphonę ⁊ R̸ia q̄ inferius ſunt annotata cantantur in choro. Añ. Immutemur habitu in cinere, ⁊ cilicio: ieiunemus ⁊ ploremus ante dn̄m: quia multū miſericors eſt, dimittere peccata noſtra de⁹ noſter. Añ. Iuxta veſtibulū ⁊ altare plorabāt ſacerdotes ⁊ leuitę miniſtri dn̄i, dicētes: parce dn̄e, parce populo tuo: ⁊ ne diſſipes ora canentiū te dn̄e. R̸. Emendemus in melius, quę ignoranter peccauim⁹: ne ſubito pręoccupati die mortis, quęramus ſpaciū pęnitentię, ⁊ inuenire nō poſſimus. Attende dn̄e ⁊ miſerere: quia peccauimus tibi. V̸. Adiuua nos de⁹ ſalutaris noſter: ⁊ propter honorē nominis tui dn̄e libera nos. Attende. V̸. Gloria. Attende. Dato cinere: atq̄z lotis manib⁹ ſacerdos cōfeſtim anteq̄z Introit⁹ incipiatur á cātorib⁹ in choro, dicit Dn̄s vobiſcū. R̸. Orem⁹. Orō.

CONcede nobis domine pręſidia militię chriſtianę ſanctis inchoare ieiunijs: vt contra ſpirituales nequitias pugnaturi: cōtinentię muniamur auxilijs. Per Chriſtum dn̄m noſtrum.

Deinde dicitur Miſſa: Statio ad ſanctā Sabinam. Introitus.

MIſereris omniuz dn̄e: ⁊ nihil odiſti eorum quę feciſti: diſſimulās pctā hominū propter pęnitentiaz: ⁊ parcens illis: quia tu es dominus de⁹ noſter. ps. Miſerere mei deus, miſerere mei: quoniam in te confidit anima mea. V̸. Gloria patri. Oratio.

PRęſta dn̄e fidelibus tuis: vt ieiuniorū veneranda ſolennia: ⁊ cōgrua pietate ſuſcipiant: ⁊ ſecura deuotione pcurrāt. Per.

Ab hac die vſq̄z ad Dominicam de paſſione poſt orationem diei dicuntur orationes A cunctis ⁊ Oñs ſempiterne de⁹, qui viuo⁊.

Lectio Ioelis Prophetę.ij.Ca.

HAec dicit dn̄s. Conuertimini ad me in toto corde veſtro: in ieiunio, ⁊ fletu, ⁊ planctu: ⁊ ſcindite corda veſtra, ⁊ non veſtimenta veſtra: ⁊ cōuertimini ad dn̄m Deuz veſtrū: quia benignus ⁊ miſericors eſt: patiens ⁊ multę miſericordię: ⁊ pręſtabilis

ſuper

ſuper malitia. Quis ſcit ſi cõuertatur ⁊ ignoſcat de⁹: ⁊ relinquat poſt ſe benedictionem? Sacrificiuꝫ ⁊ libamen dño Deo noſtro. Canite tuba in Sión: ſanctificate ieiuniũ: vocate cętũ: congregate populũ: ſanctificate eccleſiam: coadunate ſenes: cõgregate paruulos: ⁊ ſugẽtes vbera. Egrediatur ſponſus de cubili ſuo: ⁊ ſponſa de thalamo ſuo. Inter veſtibulũ ⁊ altare plorabunt ſacerdotes miniſtri dñi, ⁊ dicent. Parce dñe, parce populo tuo: ⁊ ne des hereditateꝫ tuã in opprobrium: vt dominent eis nationes. Quare dicũt in populis: vbi eſt deus eorum? Zelatus eſt dñs terram ſuam: ⁊ pepercit populo ſuo. Et reſpõdit dñs: ⁊ dixit populo ſuo. Ecce ego mittam vobis frumentum, ⁊ vinum, ⁊ oleum: ⁊ replebimini in eis: ⁊ non dabo vos vltra opprobrium in gentibus: dicit dñs omnipotens. Gradua.

Miſerere mei deus miſerere mei: quoniam in te cõfidit anima mea. ℣. Miſit de cęlo ⁊ liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me. Tractus.

Domine non ſecundum peccata noſtra, quę fecimus nos: neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatuꝫ noſtrarum antiquarũ: cito anticipent nos miſericordię tuę: quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: ⁊ propter gloriaꝫ nominis tui domine libera nos: ⁊ propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Supraſcriptus tract⁹ ab hac die dicitur. ij. ⁊ iiij. ac vj. feria. vſque ad iiij. feriam maioris hebdomadę: niſi propri⁹ aſſignetur: etiã ſi plura gradualia cantata fuerint.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheũm. vj. Cap.



In illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Quũ ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritę triſtes. Exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunãtes. Amen dico vobis: receperũt mercedem ſuam. Tu aũt cum ieiunas, vnge caput tuum, ⁊ faciẽ tuam laua: ne videaris hominibuꝫ ieiunãs: ſed patri tuo qui eſt in abſcõdito: ⁊ pater tuus qui videt in abſcõdito, reddet tibi. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra: vbi erugo ⁊ tinea demolitur: ⁊ vbi fures effodiũt ⁊ furantur. Theſaurizate aũt vobis theſauros in cęlo: vbi neqꝫ erugo, neqꝫ tinea demolitur: ⁊ vbi fures nõ effodiunt nec furantur. Vbi enim eſt theſaur⁹ tuus: ibi eſt ⁊ cor tuum. Offerto.

Exaltabo te dñe: quoniã ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſup me: dñe clamaui ad te, ⁊ ſanaſti me. Secr.

Fac nos quęſumus domine his muneribus offerendis con-

cōuenienter aptari:quibꝰ ipſius venerabilis ſacramenti celebramus exordium. Per. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Et dī quotidie vſqȝ ad Dñicā palmarū niſi in Miſſa de feſto, ſi occurrerit. Commu. Qui meditabitur in lege domini die ac nocte, dabit fructum ſuum in tempore ſuo. Poſtcōmu.

PErcepta nobis domine prebeant ſacramenta ſubſidiū: vt ⁊ tibi grata ſint nr̄a ieiunia: ⁊ nobis proficiāt ad medelā. Per. Notandū ꝙ vltima oratio q̄ precedit orōnē ſup populuȝ finitur per oīa ſecula ſeculorum. R. Amē. Deinde abſolute dicit ſacerdos Oremus. Poſtea diaconus ſi in officio diaconatus ſeruiat dicit. Humiliate capita veſtra Deo. Alioquin ipſe ſacerdos dicat. Et hic modꝰ ſeruat̄ tm̄modo ī Miſſa de feria vſqȝ ad quartam feriā maioris hebdomade incluſiue. Sequitur orō ſup populuȝ orō.

INclinātes ſe dn̄e maieſtati tue propitiatus intende: vt qui diuino munere ſunt refecti, celeſtibus ſemp nutriant̄ auxilijs. Per.

¶ Feria quinta: Statio ad ſanctum Gregorium. Introitus.

DVm clamarē ad dominū exaudiuit vocē meā ab his qui appropinquāt mihi: ⁊ humiliauit eos, qui eſt ante ſecula, ⁊ manet ī eternum: iacta cogitatum tuum in domino: ⁊ ipſe te enutriet. Ps. Exaudi deus orationem meam: ⁊ ne deſpexeris deprecationē meā: intende mihi ⁊ exaudi me. V. Gloria. Orō.

DEus qui culpa offenderis: penitentia placaris: preces populi tui ſupplicātis propitius reſpice: ⁊ flagella tue iracundie, que pro peccatis noſtris meremur, auerte. Per dominum no.

Lcō Iſaie prophete. xxxviij. Ca.

IN diebus illis: Egrotauit Ezechias vſqȝ ad morteȝ: ⁊ introiuit ad eum Iſaias filius Amós propheta, ⁊ dixit ei. Hec dicit dominꝰ. Diſpone domui tue: quia morieris tu, ⁊ non viues. Et conuertit Ezechias faciem ſuam ad parietem: ⁊ orauit ad dominum, ⁊ dixit. Obſecro domine: memēto queſo quomodo ambulauerim coram te in veritate, ⁊ in corde perfecto: ⁊ quod bonum eſt in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno: ⁊ factum eſt verbum domini ad Iſaiam dicens. Vade ⁊ dic Ezechie. Hec dicit dominus Deus Dauid patris tui: Audiui orationeȝ tuam: ⁊ vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciam ſuper dies tuos quindecim annos: ⁊ de manu regis Aſſyrioruȝ eruam te, ⁊ ciuitatem iſtam: ⁊ protegam eam: ait dominus omnipotens. Graduale.

Iacta cogitatum tuum in domino: ⁊ ipſe te enutriet. V. Dum clamarem ad dominum exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquant mihi.

Sequētia

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. viij. Cap.



IN illo tempore: Cum introiſſet Ieſus Capharnaū: acceſſit ad eū Centurio, rogans eū ⁊ dicens. Domine puer me⁹ iacet in domo paralyticus: ⁊ male torquetur. Et ait illi Ieſus. Ego veniam ⁊ curabo eū. Et reſpondens Centurio ait. Dñe nō ſum dignus, vt intres ſub tectū meum: ſed tantū dic verbo: ⁊ ſanabitur puer meus. Nam ⁊ ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus: habens ſub me milites: ⁊ dico huic vade, ⁊ vadit: ⁊ alio veni, ⁊ venit: ⁊ ſeruo meo fac hoc, ⁊ facit. Audiens autē Ieſus miratus eſt: ⁊ ſequētib⁹ ſe dixit. Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in Iſrael. Dico autem vobis: ꝙ multi ab oriente ⁊ occidente venient: ⁊ recumbent cum Abraam, Iſaac, ⁊ Iacob in regno celorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentium. Et dixit Ieſus Centurioni. Vade: ⁊ ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora. Offer. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubeſcam; neque irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi qui te expectant non confundentur. Secreta.

Sacrificijs preſentibus domine queſumus intende placatus: vt ⁊ deuotioni noſtre proficiant ⁊ ſaluti. Per do. Commu. Acceptabis ſacrificium iuſtitie, oblationes ⁊ holocauſta, ſuper altare tuum domine. Poſtcommunio.

Celeſtis doni benedictione percepta, ſupplices te deus omnipotēs deprecamur: vt hoc idē nobis ⁊ ſacramēti cauſa ſit, ⁊ ſalutis. Per. Sup populū orō.

Parce domine, parce populo tuo: vt dignis flagellationibus caſtigatus: in tua miſeratione reſpiret. Per dominum.

¶ Feria ſexta: Statio ad ſanctos Ioannē ⁊ Paulū. Introi.

Audiuit domin⁹, ⁊ miſertus eſt mihi: dominus factus eſt adiutor meus. ps. Exaltabo te dñe quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me. V. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

Inchoata ieiunia queſum⁹ domine benigno fauore proſequere: vt obſeruantiam quam corporaliter exhibemus: mentibus etiam ſynceris exercere valeamus. Per dominum noſtrū.

Lectio Iſaie Prophete. lviij.

Haec dicit dñs de⁹. Clama, ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuā: ⁊ annuncia populo

meo ſcelera eorum: ⁊ domui Ia-
cób peccata eorũ. Me étenim de
die in diem querunt: ⁊ ſcire vias
meas volunt: quaſi gens que iu-
ſtitiam fecerit: ⁊ que iudiciũ Dei
ſui nó dereliquerit. Rogant me
iudicia iuſtitie: ⁊ appropinquare
Deo volũt. Quare ieiunauim⁹,
⁊ nõ aſperiſti: humiliauimus ani
mas noſtras, ⁊ neſciſti: Ecce in
die ieiunij veſtri inuenitur vo-
luntas veſtra: ⁊ omnes debito-
res veſtros repétitis. Ecce ad li-
tes ⁊ contentiones ieiunatis: ⁊
percútitis pugno impié. Nolite
ieiunare ſicut vſqꝫ ad hãc diem:
vt audiatur in excelſo clamor ve-
ſter. Nunquid tale eſt ieiunium
quod elegi, per dië affligere ho-
miné aĩam ſuã: Nunquid cõtor-
quére quaſi círculũ caput ſuuꝫ: ⁊
ſaccũ ⁊ cinerem ſtérnere: Nun-
quid iſtud vocaui ieiuniuꝫ, ⁊ dië
acceptabilé dño: Nonne hoc eſt
magis ieiuniũ qđ elegi: Diſſol-
ue colligatiões impietatis: ſolue
faſciculos deprimentes: dimitte
eos qui confracti ſunt, liberos: ⁊
omne on⁹ diſrumpe: frange eſu-
riẽti pané tuũ: ⁊ egenos vagóſqꝫ
induc in domũ tuã: quum vide-
ris nudũ óperi eum: ⁊ carné tuã
ne deſpéxeris. Tunc erumpet
quaſi mane lumen tuũ: ⁊ ſanitas
tua citius orietur: ⁊ anteibit facië
tuam iuſtitia tua: ⁊ gloria domi-
ni cólliget te. Tunc inuocabis, ⁊
dñs exaudiet: Clamabis, ⁊ dicet:
ecce ádſum: quia miſericors ſum
dominus deus tuus. Gradua.
Unam petij á domino, hanc requiram:
vt inhabitem in domo Domini. ℣.
Ut videam voluntatem Domini: ⁊
próptegar á templo ſancto eius.

Secundum Mattheum. v. Ca.



In illo tépore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Audiſtis qꝛ dictuꝫ eſt antiquis: Diliges proximũ tuum: ⁊ odio habebis inimicũ tuũ. Ego aũt dico vobis: Diligite inimicos veſtros: benefacite his qui oderũt vos: ⁊ orate pro perſequentib⁹ ⁊ calumniantibus vos: vt ſitis filij patris veſtri qui in celis eſt: qui ſolé ſuũ oriri facit ſuper bonos ⁊ malos, ⁊ pluit ſuper iuſtos, ⁊ iniuſtos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt: quã mercedé habebitis: Nonne ⁊ publicani hoc faciunt: Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantùm: quid amplius facietis: Nonne ⁊ éthnici hoc faciunt: Eſtote ergo vos perfecti: ſicut ⁊ pater veſter celeſtis perfect⁹ eſt. Attendite ne iuſtitiã veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: Alioquin mercedem non habebitis apud patré veſtrũ, qui in celis eſt. Quũ ergo facis eleemoſynam: noli tuba canere ante te: ſicut hypocrite faciunt

ciunt in Synagogis, ⁊ in vicis: vt honorificentur ab hominibus. Amē dico vobis: receperūt mercedē ſuā. Te aūt faciente eleemoſynā: neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua: vt ſit eleemoſyna tua in abſcōdito: ⁊ pater tuus qui videt in abſcōdito, reddet tibi. Et quū oratis, non eritis ſicut hypocritę: qui amāt in Synagogis, ⁊ in angulis plateарū ſtantes orare: vt videant ab hominibus. Amē dico vobis: receperūt mercedē ſuā. Tu aūt quū oraueris: intra in cubiculū tuum: ⁊ clauſo oſtio ora patrē tuum in abſcondito: ⁊ pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Offerto. O ñe viuifica me ſecundum eloquium tuum, vt ſciam teſtimonia tua. Secre.

SAcrificium dñe obſeruantię quadrageſimalis offerimus: preſta quęſumus: vt tibi ⁊ mentes noſtras reddat acceptas: ⁊ cōtinentię promptioris nobis tribuat facultatem. Per. Cōmu. Seruite domino in timore: ⁊ exultate ei cum tremore: apprehendite diſciplinā: ne pereatis de via iuſta. Poſtcō.

SPiritum nobis dñe tuę caritatis infunde: vt quos vno pane cęleſti ſatiaſti, tua facias pietate concordes. Per. in vnitate eiuſdem. Super populū oratio.

TVēre domine populū tuū: ⁊ ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit aduerſitas: ſi nulla ei dominetur iniquitas. Per do.

¶ Sabbato: Statio ad ſanctū Triphonem. Et reſumitur officium heſternum. Introitus. Audiuit dominus ⁊ miſert⁹ eſt. cętera oīa per ordinē require in precedēti feria: p̄ter orōnē ⁊ que inferi⁹ ſpecialiter aſſignant. Orō:

ADeſto domine ſupplicationib⁹ noſtris, ⁊ concede: vt hoc ſolenne ieiunium, qđ animis corporibuſq; curandis ſalubriter inſtitutum eſt, deuoto ſeruitio celebremus. Per dominum noſtrū. Lectio Iſaię prophetę. lviij. Ca.

HAec dicit dñs. Si abſtuleris de medio tui catenam: ⁊ deſieris digitum tuum extendere: ⁊ loqui quod non prodeſt: quum effūderis eſurienti animā tuam: ⁊ animam afflictam repleueris: tūc orietur in tenebris lux tua: ⁊ tenebrę tuę erunt ſicut meridies. Et requiem tibi dabit dominus deus tuus ſemper: ⁊ implebit ſplendoribus animam tuam: ⁊ oſſa tua liberabit: ⁊ eris quaſi hortus irriguus: ⁊ ſicut fons aquarum, cuius non deficient aquę: ⁊ ędificabuntur in te deſerta ſeculorum: fundamenta generationis ⁊ generationis ſuſcitabis: ⁊ vocāberis ędificator ſepium: auertens ſēmitas iniquitatum. Si auerteris á ſabbatho pedem tuum: facere voluntatem tuam in die ſancto meo:

ꝛ vocáberis ſabbathũ delicatũ: ꝛ ſanctũ dñi glorioſum: ꝛ glorificaueris eum: dum non facis vias tuas: ꝛ nõ inuenitur volũtas tua, vt loquáris ſermonẽ: tunc delectáberis ſup dño: ꝛ ſuſtóllam te ſuper altitudines terrę: ꝛ cibabo te hereditate Jacób patris tui. Os enim domini locutum eſt.

Secundum Marcum. vi. Cap.



In illo tẽpore: Quum ſero eſſet factũ: erat nauis ĩ medio mari: ꝛ Jeſus ſolus in terra. Et videns diſcipulos ſuos laborátes in remigãdo: erat enim ventus cõtrarius eis: circa quartam vigiliã noctis venit ad eos, ambulans ſupra mare: ꝛ volebat pręterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantẽ ſupra mare: putauerunt phantaſma eſſe: ꝛ exclamauerunt: omnes enim eum viderunt: ꝛ cõturbati ſunt: ꝛ ſtatim locutus eſt cum eis: ꝛ dixit illis. Confidite: ego ſum: nolite timére. Et aſcendit ad illos in nauim: ꝛ ceſſauit ventus. Et plus mágis intra ſe ſtupebant. Non enim intellexerũt de panibus: erat enim cor eorũ obcęcatũ. Et quũ tranſfretaſſent, peruenerũt in terram Genneſaréth: ꝛ applicuerunt. Quumq; egreſſi eſſent de naui: continuo cognouerunt eum. Et percurrẽtes vniuerſam regionẽ illã: cęperunt in grabátis eos qui ſe male habebãt circunferre, vbi audiebãt eum eſſe. Et quocunq; introibat, in vicos vel in villas, aut in ciuitates: in plateis ponebant infirmos: ꝛ deprecabantur eum: vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerẽt. Et quotquot tangebant eũ, ſalui fiebant. Secre.

Suſcipe dñe ſacrificium, cuius te voluiſti dignanter immolatione placari: pręſta quęſum⁹: vt huius operatione mũdati: beneplacitũ tibi noſtrę mentis offeramus affectum. Per. Poſtcõm.

Cęleſtis vitę munere vegetati, quęſumus domine: vt quod eſt nobis in pręſenti vita myſterium, fiat ęternitatis auxilium. Per. Super populum.

Fideles tui deus per tua dona firmentur: vt eãdem ꝛ percipiendo requirant: ꝛ quęrendo ſine fine percipiant. Per domi.

¶ Dominica prima Quadrageſimę: Statio ad ſanctum Joannem in Laterano. Introitus.



Inuocabit me ꝛ ego exaudiã eum: eripiam eum, ꝛ glorificabo eum: longitudine dierum adimplebo eum. Ps.

Qui habitat in adiutorio altiſſimi: in protectione dei cęli commorabitur.

℣. Gloria patri ꝛ filio ꝛ ſpiri. **Oratio.**

DEus qui eccleſiã tuã annua quadrageſimali obſeruatione purificas: p̄ſta familię tuę: vt qđ á te obtinére abſtinẽdo nitit: hoc bonis operib⁹ exequat. Per. **Ep̄la ad Corinth.ij.Ca.vj.**

FRatres: Hortamur vos ne in vacuũ gratiã Dei recipiatis. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te:ꝛ in die ſalutis adiuui te. Ecce nunc tẽpus acceptabile. Ecce nunc dies ſalutis. Nemini dantes vllam offenſionẽ: vt non vituperetur miniſteriũ noſtruz: ſed in oibus exhibeam⁹ noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patiẽtia, in tribulationibus, in neceſſitatib⁹, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionib⁹, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei: per arma iuſtitię á dextris ꝛ á ſiniſtris: per gloriã, ꝛ ignobilitatem: per infamiã, ꝛ bonã famã: vt ſeductores, ꝛ veraces: ſicut qui ignoti, ꝛ cogniti: quaſi morientes, ꝛ ecce viuim⁹: vt caſtigati, ꝛ nõ mortificati: quaſi triſtes, ſemper aũt gaudentes: ſicut egentes, multos aũt locupletantes: tanquã nihil habentes, ꝛ oĩa poſſidẽtes. **Grad.**

Angelis ſuis Deus mãdauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te: ne vnquã offendas ad lapidẽ pedem tuũ. **Tract⁹.**

M.M.

Qui habitat in adiutorio altiſſimi: in protectione Dei cęli cõmorabitur. ℣. Dicet dño ſuſceptor meus es tu: ꝛ refugium meũ: deus meus ſperabo in eum. ℣. Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantium: ꝛ á verbo aſpero. ℣. Scapulis ſuis obumbrabit tibi: ꝛ ſub pennis ei⁹ ſperabis. ℣. Scuto circũdabit te veritas eius: non timebis á timore nocturno. ℣. A ſagitta volante per diem: á negocio perambulante in tenebris: á ruina ꝛ demonio meridiano. ℣. Cadent á latere tuo mille: ꝛ decem milia á dextris tuis: tibi autem nõ appropinquabit. ℣. Quoniam angelis ſuis mandauit de te; vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te: ne vnquã offendas ad lapidẽ pedẽ tuuz. ℣. Super aſpidẽ ꝛ baſiliſcũ ambulabis: ꝛ conculcabis leonẽ ꝛ draconem. ℣. Quoniã in me ſperauit, liberabo eum: prótegam eum: quoniam cognouit nomen meũ. ℣. Inuocabit me, ꝛ ego exaudiã eum: cum ipſo ſum in tribulatione. ℣. Eripiam euz ꝛ glorificabo eum: longitudine dierũ adimplebo eum: ꝛ oſtendam illi ſalutare meum.

Secundum Mattheũ. iiij. Cap.



IN illo tẽpore: Duct⁹ eſt Jeſus in deſertũ á ſpiritu vt tẽtaret á diabolo. Et quum ieiunaſſet quadraginta diebus, ꝛ quadraginta noctib⁹: poſtea eſu

ruit. Et accedēs tentator dixit ei. Si fili⁹ Dei es: dic vt lapides iſti panes fiant. Qui reſpondens dixit. Scriptū eſt: Nō in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tūc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem: ⁊ ſtatuit eum ſuper pinnaculū templi: ⁊ dixit ei. Si fili⁹ Dei es: mitte te deorſū. Scriptum eſt enim: quia angelis ſuis mandauit de te: ⁊ in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidē pedem tuum. Ait illi Jeſus rurſum. Scriptum eſt: Non tentabis dñm Deū tuum. Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde: ⁊ oſtendit ei omnia regna mundi, ⁊ gloriam eorum: ⁊ dixit illi. Hec omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Tunc dixit ei Jeſus. Vade ſatanā: Scriptū eſt enim. Dñm Deū tuū adorabis: ⁊ illi ſoli ſeruies. Tūc reliquit eū diabolus: ⁊ ecce angeli acceſſerūt, ⁊ miniſtrabant ei. Credo. Offerto. Scapulis ſuis obumbrabit tibi dominus: ⁊ ſub pennis eius ſperabis: ſcuto circūdabit te veritas eius. Secre. Sacrificium quadrageſimalis initij ſolenniter immolamus, te domine deprecantes: vt cum epularum reſtrictione carnaliū, á noxijs quoque voluptatibus temperemur. Per. Cōmunio. Scapulis ſuis obumbrabit tibi: ⁊ ſub pennis eius ſperabis: ſcuto circūdabit te veritas eius. Poſtcōmu.

Tui nos dñe ſacramenti libatio ſancta reſtauret: ⁊ á vetuſtate purgatos, in myſterij ſalutaris faciat tranſire cōſortiū. Per.

¶ Feria ſecunda: Statio ad ſanctum Petrū ad vincula. Introi.



Sicut oculi ſeruorum in manibus dominorū ſuorum: ita oculi noſtri ad dominū Deū noſtrū: donec miſereatur nobis: miſerere nobis dñe, miſerere nobis. Ps. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in celis. ℣. Gloria patri. Oratio.

Conuerte nos de⁹ ſalutaris nr̄: ⁊ vt nobis ieiuniū quadrageſimale ꝓficiat: mētes nr̄as celeſtib⁹ inſtrue diſciplinis. Per.

Lcō Ezechielis prophete. xxxiiij.

Hec dicit dñs deus. Ecce ego ipſe requiram oues meas: ⁊ viſitabo illas, ſicut viſitat paſtor gregē ſuum in die, quando fuerit in medio ouium ſuarū diſſipatarū. Sic viſitabo oues meas: ⁊ liberabo eas de oībus locis, in quibus diſperſe fuerant in die nubis ⁊ caliginis. Et educam eas de populis: ⁊ cōgregabo eas de terris: ⁊ inducam eas in terrā ſuam: ⁊ paſcam eas in montibus Iſraël: in riuis ⁊ in cunctis ſedibus terre. In paſcuis vberrimis paſcam eas: ⁊ in montibus excelſis Iſrael erunt paſcua earū. Ibi requieſcēt in herbis virentibus: ⁊ in paſcuis pinguib⁹ paſcentur

ſuper

ſup montes Iſraël. Ego paſcam oues meas: ⁊ ego eas accubáre faciá, dicit dñs Deus. Quod pe rierat requiram: ⁊ quod abiectū fúerat redúcam: ⁊ quod cōfractū fúerat alligabo: ⁊ quod infirmū fúerat conſolidabo: ⁊ quod pin gue ⁊ foꝛte cuſtodiam: ⁊ paſcam illas in iudicio ⁊ iuſtitia, dicit do minus omnipotens. **Gradua.**

Protectoꝛ noſter aſpice deus: ⁊ reſpi ce ſuper ſeruos tuos. ℣. Dñe deus vir tutum exaudi preces ſeruoꝛuʒ tuoꝛum.

Secundum Mattheū. xxv. Ca.



IN illo tépoꝛe: Dixit Je ſus diſci pulis ſu is. Cuʒ venerit fi li⁹ homi nis in ma ieſtate ſua, ⁊ oēs angeli eius cum eo: tunc ſedebit ſup ſedē maieſta tis ſuę: ⁊ cōgregabunt ante eum omnes gētes: ⁊ ſeparabit eos ab inuicē: ſicut paſtoꝛ ſegregat oues ab hędis: ⁊ ſtatuet oues quidem a dextris ſuis: hędos autē á ſini ſtris. Tūc dicet rex his qui á dex tris eius erunt. Venite benedi cti patris mei: poſſidete paratuʒ vobis regnū á cōſtitutione mun di. Eſuriui enim, ⁊ dediſtis mihi manducare: ſitiui, ⁊ dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, ⁊ collegi ſtis me: nudus, ⁊ operuiſtis me: infirmus, ⁊ viſitaſtis me: in car cere eram: ⁊ veniſtis ad me. Tūc reſpondebunt ei iuſti dicentes. Dñe, quádo te vidim⁹ eſurientē, ⁊ pauimus te: ſitientē, ⁊ dedimus tibi potū? Quádo aūt te vidim⁹ hoſpitē, ⁊ collégim⁹ te: aut nudū, ⁊ cooperúimus te? Aut quádo te vidimus infirmū, aut in carcere, ⁊ vénimus ad te? Et reſpondens rex, dicet illis. Amen dico vobis: quádiu feciſtis vni de his fratri bus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet ⁊ his qui á ſiniſtris eius erunt. Diſcedite á me malę dicti in ignē ęternū: qui paratus eſt diabolo ⁊ angelis ei⁹. Eſuriui enim, ⁊ nō dediſtis mihi mandu care: ſitiui, ⁊ non dediſtis mihi potū: hoſpes eram, ⁊ nō collegi ſtis me: nudus, ⁊ non operuiſtis me: infirmus ⁊ in carcere, ⁊ non viſitaſtis me. Tūc reſpondebūt ei ⁊ ipſi dicentes. Dñe quádo te vidimus eſurientē, aut ſitientem, aut hoſpitē, aut nudum, aut infir mum, vel in carcere: ⁊ non mini ſtrauimus tibi? Tunc reſponde bit illis dicēs. Amē dico vobis: quādiu non feciſtis vni de mino ribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſuppliciū ęternū: iuſti autem in vitam ęternam. **Offer.**

Leuabo oculos meos, ⁊ conſyderabo mirabilia tua domine: vt doceas me iuſtificationes tuas: da mihi intelle ctum, vt diſcam mandata tua. **Secre.**

MUnera tibi domine obla ta ſanctifica: noſq; á pec catoꝛuʒ noſtroꝛū maculis emun da.

da. Per dominum. **Cōmunio.** Amen dico vobis: quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis: venite benedicti patris mei, poſſidete preparatū vobis regnū ab initio ſeculi. **Poſtcō.**

SAlutaris tui dñe munere ſatiati, ſupplices exoramus: vt cuius letamur guſtu, renouemur effectu. Per. **Super populum oīo.**

ABſolue queſumus dñe noſtrorum vincula peccatorum: ⁊ quicquid pro eis meremur, propitiatus auerte. Per.

¶ Feria tertia: Statio ad Sanctam Anaſtaſiam. Introitus.

DOmine refugiū factus es nobis á generatione ⁊ progenie: á ſeculo ⁊ in ſeculū tu es. **Ps.** Prius quā montes fierent, aut formaretur terra ⁊ orbis, á ſeculo ⁊ vſque in ſeculum tu es deus. **℣.** Gloria patri ⁊ filio. **Oratio.**

REſpice dñe familiā tuam, ⁊ preſta: vt apud te mens noſtra tui deſyderio fulgeat: que ſe carnis maceratiōe caſtigat. Per.

Lectio Iſaie prophete. lv. Cap.

IN diebus illis: Locutus eſt Iſaias propheta, dicens. Querite dñm dū inueniri poteſt: inuocate eū dum prope eſt. Derelinquat impius viam ſuam: ⁊ vir iniquus cogitationes ſuas: ⁊ reuertatur ad dñm, ⁊ miſerebit̃ eius: ⁊ ad Deum noſtrū: quoniā multus eſt ad ignoſcendū. Nō enim cogitationes mee, cogitationes veſtre: neq; vie mee, vie veſtre, dicit dñs: quia ſicut exaltant̃ celi á terra: ſic exaltate ſunt vie mee á vijs veſtris: ⁊ cogitationes mee á cogitationibus veſtris. Et quomodo deſcēdit imber ⁊ nix de celo: ⁊ illuc vltra nō reuertitur: ſed inebriat terrā, ⁊ infundit eā: ⁊ germinare eā facit: ⁊ dat ſemē ſerēti, ⁊ panē comedenti: ſic erit verbū meū quod egrediet̃ de ore meo. Nō reuertet̃ ad me vacuū, ſed faciet q̄cunq; volui: ⁊ proſperabit̃ in his, ad q̄ miſi illud, ait dñs oīps.

Grad. Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in cōſpectu tuo dñe. **℣.** Eleuatio manuū mearū ſacrificiū veſpertinū.

Secundum Mattheū. xxj. Cap.



IN illo tempore: Cū intraſſet Ieſus Ieroſolymam: cōmota eſt vniuerſa ciuitas, dicēs. Quis eſt hic? Populi aūt dicebant. Hic eſt Ieſus propheta á Nazareth Galilee. Et intrauit Ieſus in tēplū Dei: ⁊ eijciebat oēs vendentes ⁊ ementes in tēplo: ⁊ menſas nummulariorū, ⁊ cathedras vendentiū columbas euertit: ⁊ dixit eis. Scriptum eſt: Domus mea, domus orationis vocabit̃: vos aūt feciſtis illā ſpeluncā latronū. Et acceſſerūt ad eū ceci ⁊ claudi in templo, ⁊ ſanauit eos. Vidētes aūt principes ſacerdotum,

tum, ⁊ ſcribę mirabilia quę fecit: ⁊ pueros clamantes in templo ⁊ dicentes. Hoſanná filio Dauid: indignati ſunt: ⁊ dixerunt ei. Audis quid iſti dicunt? Jeſus autē dixit eis. Utique. Nunquã legiſtis: qꝛ ex oꝛe infantiũ ⁊ lactentiũ perfeciſti laudeʒ? Et relictis illis abijt foꝛas extra ciuitateʒ in Bethàniam: ibiqʒ manſit. Offerto. In te dñe ſperaui: dixi tu es de⁹ me⁹: in manibus tuis tempoꝛa mea. Secre. Oblatis quęſum⁹ dñe placare munerib⁹: ⁊ á cũctis nos defende periculis. Per. Cõmu. Quum inuocarem te, exaudiſti me Deus iuſtitię meę: in tribulatione dilataſti me: miſerere mihi domine, ⁊ exaudi oꝛationem meam. Poſtcõmu. Preſta q̃s oṗs deus: vt illius ſalutaris capiamus effectũ: cuius per hęc myſteria pignus accepimus. Per. Sup populũ. Aſcendant ad te dñe preces noſtrę: ⁊ ab eccleſia tua cunctã repelle nequitiam. Per.

¶ Feria quarta Quatuoꝛ tempoꝛum: Statio ad ſanctam Mariam maioꝛem. Introitus.



Eminiſcere miſerationũ tuaruʒ dñe, ⁊ miſericoꝛdię tuę, quę á ſeculo ſunt: ne vnquã domi nentur nobis inimici noſtri: libera nos Deus Jſraél ex omnibus anguſtijs noſtris. ṗs. Ad te dñe leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubeſcam. ℣. Gloꝛia pa. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oṙo. Preces noſtras quęſumus dñe clementer exaudi: ⁊ contra cũcta nobis aduerſantia dexterã tuę maieſtatis extẽde. Per.

Lectio libri Exodi. xxiiij. Cap. In diebus illis: Dixit domin⁹ ad Moyſén: Aſcẽde ad me in montem, ⁊ eſto ibi: daboqʒ tibi duas tabulas lapideas: ⁊ legem ac mãdata, quę ſcripſi: vt doceas filios Jſraél. Surrexerunt autẽ Moyſés ⁊ Joſué miniſter eius: aſcendenſqʒ Moyſes in montẽ Dei, ſenioꝛib⁹ ait. Expectate hic donec reuertamur ad vos. Habetis Aarón ⁊ Hur vobiſcum: ſiquid natum fúerit quęſtionis, referetis ad eos. Quumqʒ aſcendiſſet Moyſés: operuit nubes montem: ⁊ habitauit gloꝛia dñi ſuper Sinai, tegens illum nube ſex diebus. Septimo aũt die vocauit eum dñs de medio caliginis. Erat autẽ ſpecies gloꝛię dñi, quaſi ignis ardens ſuper verticẽ mõtis, in cõſpectu filioꝛũ Jſraél. Jngreſſuſqʒ Moyſés medium nebulę, aſcendit in monteʒ: ⁊ fuit ibi quadraginta diebus, ⁊ quadraginta noctibus. Graduale. Tribulatiões coꝛdis mei dilatatę ſunt: de neceſſitatibus meis éripe me dñe. ℣. Uide humilitateʒ meam ⁊ laboꝛem meum: ⁊ dimitte omnia peccata mea. Hic dicitur Dominus vobiſcũ.

ſine Flectamus genua. Oratio.

DEuotionē populi tui que-ſumus dñe, benignꝰ intende: vt qui per abſtinentiā macerantur in corpore, ꝑ fructū boni operis reficiantur in mēte. Per.

Lectio libri Regū.tertij.xix.Ca.

IN diebus illis: Venit Elias in Berſabee Juda: ⁊ dimiſit ibi puerū ſuū, ⁊ perrexit in deſertū viā vnꝰ diei. Quumqꝫ veniſſet, ⁊ ſederet ſubter vnā Juniperū: petiuit anime ſue vt moreretur, ⁊ ait. Sufficit mihi dñe: tolle que ſo aiam meā. Neqꝫ enim melior ſum quā patres mei. Proiecitqꝫ ſe, ⁊ obdormiuit in vmbra Juniperi. Et ecce angelus dñi tetigit eum: dixitqꝫ illi. Surge, cómede. Et reſpexit: ⁊ ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis ⁊ vas aque. Comédit ergo ⁊ bibit, ⁊ rurſuꝫ obdormiuit. Reuerſuſqꝫ eſt angelus dñi ſecundo: ⁊ tetigit eum: dixitqꝫ illi. Surge cómede. Grandis enim tibi reſtat via. Qui quum ſurrexiſſet: comédit ⁊ bibit: ⁊ ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus: vſque ad montem dei Oreb. Tractus.

De neceſſitatibus meis éripe me domine: vide humilitatē meaꝫ ⁊ laborem meū: ⁊ dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te dñe leuaui animā meam: deus meus in te cōfido nō erubeſcam: neqꝫ irrideant me inimici mei. ℣. Etenim vniuerſi qui te expectant nō cōfundentur; confundantur oēs facientes vana,

Secundum Mattheum.xij.Ca.



IN illo tēpore: Acceſſerūt ad Jeſuꝫ ſcribe ⁊ phariſei dicentes. Magiſter volumus á te ſignum videre. Qui reſpondens ait illis. Generatio mala ⁊ adultera ſignuꝫ querit: ⁊ ſignum non dabitur ei, niſi ſignuꝫ Jone prophete. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebuſ ⁊ tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terre tribus diebus ⁊ tribus noctibus. Viri Niniuite ſurgent in iudicio cum generatione iſta: ⁊ cōdemnabūt eam: quia penitentiā egerunt in predicatione Jone: ⁊ ecce plus quaꝫ Jonas hic. Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta: ⁊ condemnabit eam: quia venit á finibꝰ terre audire ſapientiaꝫ Salomonis: ⁊ ecce plus quā Salomon hic. Cum aūt immundus ſpiritus exierit ab homine: ambulat per loca árida querens requiem: ⁊ non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domum meam vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantē: ſcopis mundatā, ⁊ ornatam. Tunc vadit, ⁊ aſſumit ſecum ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe: ⁊ intrantes habitant ibi: ⁊ fiunt nouiſſima hominis illius

lius peiora prioribus. Sic erit ⁊ generationi huic peſſimę. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius ⁊ fratres ſtabant foris quęrentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua ⁊ fratres tui foris ſtant quęrentes te. At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait. Quę eſt mater mea: ⁊ qui ſunt fratres mei? Et extendens manum in diſcipulos ſuos dixit. Ecce mater mea ⁊ fratres mei. Quicunqꝫ enim fecerit voluntatem patris mei qui in cęlis eſt: ipſe meus frater, ⁊ ſoror, ⁊ mater eſt. Offértorium.

Meditabor in mandatis tuis, quę dilexi valde: ⁊ leuabo manus meas ad mandata tua, quę dilexi. Secreta.

Hoſtias tibi domine placationis offérimus: vt ⁊ delicta noſtra miſeratus abſoluas: ⁊ nutantia corda tu dirigas. Per dominum noſtrum. Cōmunio.

Intellige clamorem meum: intende voci orationis meę Rex meus, ⁊ Deus meus: quoniam ad te orabo domine. Poſtcommunio.

Tui domine perceptione ſacramenti: ⁊ á noſtris mundemur occultis: ⁊ ab hoſtium liberemur inſidijs. Per domi.

Super populum Oratio.

Mentes noſtras quęſumus domine lumine tuę claritatis illuſtra: vt videre poſſimus, quę agenda ſunt: ⁊ quę recta ſunt agere valeamus. Per dominum noſtruꝫ Jeſum Chri.

¶ Feria. v. Statio ad ſanctum Laurētiū in Paneperna. Intr.

Confeſſio ⁊ pulchritudo in cōſpectu eius: ſanctitas, ⁊ magnificentia in ſanctificatione eius. Ps. Cantate Domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deuotionē populi tui quęſumus dñe benign⁹ intende: vt qui per abſtinentiā macerantur in corpore: per fructū boni operis reficiant in mēte. Per.

Lcō Ezechielis ꝓphetę. xviij. ca.

In diebus illis: Factus eſt ſermo dñi ad me, dicēs. Quid eſt ꝙ inter vos parabolam vértitis in prouerbiū iſtud ī terra Iſraél, dicētes: Patres noſtri comederunt vuam acerbam: ⁊ dentes filiorum obſtupeſcunt? Viuo ego dicit dñs deus: ſi erit vobis vltra parabola hęc in prouerbium in Iſraél. Ecce omnes animę, meę ſunt. Vt anima patris, ita ⁊ anima filij mea eſt. Anima quę peccauerit, ipſa morietur. Et vir ſi fúerit iuſtus, ⁊ fecerit iudicium ⁊ iuſtitiā: in montibus nō comēderit: ⁊ oculos ſuos non leuáuerit ad idóla domus Iſraél: ⁊ vxorem proximi ſui non violáuerit: ⁊ ad mulierē menſtruátam non accéſſerit: ⁊ hominem nō contriſtauerit: pign⁹ debitori ſuo reddiderit:

diderit: per vim nihil rapuerit: panem ſuum eſurienti dederit: ⁊ nuduʒ operuerit veſtimento: ad vſuram non cõmodauerit: ⁊ amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manũ ſuam: iudiciuʒ verum fecerit inter virum ⁊ virum: ⁊ in pręceptis meis ambulauerit: ⁊ iudicia mea cuſtodierit: vt faciat veritatem: hic iuſtus eſt: vita viuet ⁊ non morietur: ait dominus omnipotens. **Grad.**

Cuſtodi me domine vt pupillam oculi: ſub vmbra alarum tuarũ protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant ęquitatem.

Secundum Mattheuʒ. xv. Ca.



In illo tempore: Egreſſus Jeſus ſeceſſit in partes Tyri ⁊ Sidonis: ⁊ ecce mulier Chananea a finibꝰ illis egreſſa, clamauit, dicens ei. Miſerere mei dñe fili Dauid: filia mea male a demonio vexatur. Qui non reſpondit ei verbuʒ. Et accedentes diſcipuli eius rogabant eum, dicentes. Dimitte eam, quia clamat poſt nos. Ipſe autẽ reſpondens ait. Non ſum miſſus niſi ad oues quę perierũt domꝰ Iſrael. At illa venit ⁊ adorauit eum, dicẽs. Domine adiuua me. Qui reſpondẽs ait. Non eſt bonũ ſumere panem filioruʒ, ⁊ mittere canibus. At illa dixit. Etiã dñe. Nam ⁊ catelli edunt de micis, quę cadunt de menſa dñoruʒ ſuorum. Tunc reſpondens Jeſus ait illi. O mulier magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora. **Offerto.**

Immittit angelus domini in circuitu timentium eum, ⁊ eripiet eos: guſtate ⁊ videte, quoniã ſuauis eſt dñs. **Secre.**

Sacrificia domine quęſumus propitius iſta nos ſaluẽt: quę medicinalibuʒ ſunt inſtituta ieiuniis. Per dominum. **Commu.**

Panis quem ego dedero, caro mea eſt pro ſeculi vita. **Poſtcommu.**

Tuorum nos domine largitate donorum, ⁊ temporalibꝰ attolle pręſidiis: ⁊ renoua ſempiternis. Per. **Super populuʒ.**

Da quęſumus dñe populis chriſtianis, ⁊ quę profitentur agnoſcere: ⁊ cęleſte munus diligere quod frequentat. Per.

¶ **Feria ſexta: Statio ad ſanctos. xij. Apoſtolos. Introitus.**

De neceſſitatibuʒ meis eripe me dñe: vide humilitatem meam ⁊ laboreʒ meum: ⁊ dimitte omnia peccata mea. **Ps.** Ad te dñe leuaui animã meam: deus meus in te confido non erubeſcam. ℣. Gloria. **Oratio.**

Eſto domine propitius plebi tuę: ⁊ quam tibi facis eſſe deuotam: benigno refoue miſeratus auxilio. Per dominuʒ no.

Lectio

Lectõ Ezechielis ꝓphete.xviij.ca.

Hec dicit dominus deus. Anima que peccauerit, ipſa morietur. Filius non portabit iniquitatẽ patris: ⁊ pater nõ portabit iniquitateꝫ filij. Juſtitia iuſti ſuper eum erit: ⁊ impietas impij erit ſuper eũ. Si autẽ impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis ſuis, que operatus eſt: ⁊ cuſtodierit vniuerſa precepta mea: ⁊ fecerit iudiciũ ⁊ iuſtitiam: vita viuet ⁊ nõ morietur. Omniũ iniquitatuꝫ eius quas operatus eſt, non recordabor. Jn iuſtitia ſua quã operatus eſt viuet. Nunquid volũtatis mee eſt mors impij, dicit dñs deus: ⁊ non vt conuertat a vijs ſuis ⁊ viuat? Si autem auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua: ⁊ fecerit iniquitatẽ ſecunduꝫ oẽs abominationes, quas operari ſolet impi⁹: nunquid viuet? Omnes iuſtitie eiuꝫ quas fecerat non recordabuntur. Jn preuaricatione qua preuaricatuꝫ eſt, ⁊ in peccato ſuo quod peccauit: in ipſis morietur. Et dixiſtis. Non eſt equa via dñi. Audite ergo domus Jſrael. Nunquid via mea non eſt equa: ⁊ non magis vie veſtre praue ſunt? Cum enim auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua, ⁊ fecerit iniquitatem: morietur in eis. Jn iniuſtitia ſua, quaꝫ operatus eſt morietur. Et quum auerterit ſe impius ab impietate ſua, quaꝫ operatus eſt: ⁊ fecerit iudicium ⁊ iuſtitiam: ipſe animã ſuam viuificabit. Cõſyderãs enim ⁊ auertens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis, quas operatus eſt: vita viuet ⁊ non morietur: ait dominus omnipotens. **Gradua.** Saluum fac ſeruum tuum, deus meus ſperantem in te. ℣. Auribus percipe domine orationem meam.

Secundum Joannem. v. Cap.



In illo tempore: Erat dies feſt⁹ Judeorum: ⁊ aſcẽdit Jeſus Jeroſolymam. Eſt autem Jeroſolymis Probatica piſcina: que cognominatur hebraice Bethſaida: quinque porticus habẽs. Jn his iacebat multitudo magna languentiũ, cecorum, claudorũ, aridorũ: expectantium aque motum. Angelus autem dñi ſecundũ tempus deſcendebat in piſcinam: ⁊ mouebatur aqua. Et qui prior deſcẽdiſſet in piſcinam poſt motionẽ aque: ſanus fiebat a quacunqꝫ detinebatur infirmitate. Erat autẽ quidã homo ibi, triginta ⁊ octo annos habenſ in infirmitate ſua. Hunc ergo quum vidiſſet Jeſus iacentem: ⁊ cognouiſſet quia iam multum tempus haberet: dicit ei. Vis ſanus fieri? Reſpõdit ei languidus. Dñe, hominem non habeo: vt quũ turbata fuerit aqua,

mittat me in piſcinam. Dum venio enim ego: alius ante me deſcendit. Dicit ei Ieſus. Surge, tolle grabátum tuum, ⁊ ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo: ⁊ ſuſtulit grabátum ſuũ, ⁊ ambulabat. Erat autem ſabbathum in illa die. Dicebát ergo Iudęi illi qui ſanus factus fuerat. Sabbathum eſt: nõ licet tibi tollere grabátum tuum. Reſpõdit eis. Qui me ſanũ fecit, ille mihi dixit: tolle grabátum tuũ ⁊ ámbula. Interrogauerunt ergo eum. Quis eſt ille homo qui dixit tibi: tolle grabátum tuũ ⁊ ámbula? Is autem qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet. Ieſus autẽ declinauit á turba conſtituta in loco. Poſtea inuenit eũ Ieſus in templo: ⁊ dixit illi. Ecce ſanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo ⁊ nunciauit Iudęis, q: Ieſus eſſet, qui fecit eũ ſanũ. Offer.

Benedic anima mea dñm: ⁊ noli obliuiſci oẽs retributiones eius: ⁊ renouabitur ſicut aquila iuuent⁹ tua. Secre.

Suſcipe quęſumus domine, munera noſtris oblata ſeruitijs: ⁊ tua pꝛopitius dona ſanctifica. Per domi. Communio.

Erubeſcant ⁊ cõturbentur omnes inimici mei: auertantur retroꝛſum, ⁊ erubeſcant valde velociter. Poſtcõm.

Per huius domine operationem myſterij, ⁊ vitia noſtra purgentur, ⁊ iuſta deſyderia cõpleantur. Per. Super populũ.

Exaudi nos miſericoꝛs deus: ⁊ mentibus noſtris gratię tuę lumen oſtende. Per domi.

¶ Sabbatho: Statio ad ſanctum Petrum. Introitus.



Intret oꝛatio mea in cõſpectu tuo: inclina aurẽ tuã ad pꝛecẽ meã domine. Ps. Domine deus ſalutis meę, in die clamaui ⁊ nocte coꝛã te. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſctõ. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Orõ.

Populum tuum quęſumus domine pꝛopitius reſpice: atq; ab eo flagella tuę iracundię clementer auerte. Per dominũ.

Lcõ libri Deuteronomij. xxvi. c.

In dieb⁹ illis: Oꝛauit Moyſes ad dñm, dicens. Reſpice dñe de ſanctuario tuo ⁊ de excelſo cęloꝛum habitaculo: ⁊ benedic populo tuo Iſraél: ⁊ terram quam dediſti nobis: ſicut iuraſti patribus noſtris dare terram lacte ⁊ melle manantem. Audi Iſraél: hodie dñs deus tuus pꝛęcepit tibi: vt facias mandata eius, atq; iudicia: ⁊ cuſtodias ⁊ impleas ex toto coꝛde tuo: ⁊ ex tota anima tua. Dñm elegiſti hodie: vt ſit tibi Deus: ⁊ ambules in vijs eius: ⁊ cuſtodias ceremonias illius: ⁊ mandata atq; iudicia: ⁊ obedias eius imperio. Et dñs elegit te hodie: vt ſis ei populus peculiáris:

ſicut

ſicut locutus eſt tibi: ⁊ cuſtodias omnia pręcepta ei⁹: ⁊ faciat te excelſiorē cunctis gētib⁹: quas crea uit in laudē, ⁊ nomē, ⁊ gloriā ſuā: vt ſis populus ſanctus dn̄i Dei tui: ſicut locutus eſt tibi. Grad.

Propiti⁹ eſto dn̄e peccatis noſtris: ne quādo dicāt gētes: vbi eſt de⁹ eorū? ℣. Adiuua nos de⁹ ſalutaris noſter: ⁊ propter honorem nōis tui dn̄e libera nos.

Oremus. Flectamus gen. Leua.

Protector noſter aſpice de⁹: vt qui malorum noſtrorum pondere premimur: percepta miſericordia, libera tibi mente famulemur. Per dominum no.

Lectio libri Deuteronomij. xj. c.

In diebus illis: Dixit Moyſes filijs Iſraél. Si cuſtodíeritis mandata, quę ego pręcipio vobis: ⁊ fecéritis ea: vt diligatis dominū Deū veſtrū: ⁊ ambuletis in omnibus vijs eius, adhęrentes ei: diſperdet dn̄s omnes gentes iſtas ante faciem veſtram: ⁊ poſſidebitis eas: quę maiores ⁊ fortiores vobis ſunt. Omnis locus quem calcáuerit pes veſter, veſter erit. A deſerto ⁊ Libano ⁊ flumine magno Euphráte, vſq; ad mare occidentale erunt termini veſtri. Nullus ſtabit contra vos. Terrorem veſtrum ⁊ formidinem dabit dominus deus veſter ſuper omnem terram, quam calcaturi eſtis: ſicut locutus eſt vobis dn̄s deus veſter. Grad.

Protector noſter aſpice de⁹: ⁊ reſpice ſup ſeruos tuos. ℣. Dn̄e deus virtutū exaudi preces ſeruorū tuorū. Orem⁹. Flectamus genua. Leuate. Orō.

Adeſto quęſumus domine ſupplicationibus noſtris: vt eſſe te largiente mereamur ⁊ inter proſpera humiles: ⁊ inter aduerſa ſecuri. Per do.

Lectio libri Machabęorū. ij. c. j.

In diebus illis: Orationem faciebant ſacerdotes, dum offérrēt ſacrificiū pro populo Iſraél, Ionathā inchoante, cęteris autem reſpōdentib⁹, ⁊ dicentibus. Benefaciat vobis deus: ⁊ meminerit teſtamēti ſui, qd̄ locutus eſt ad Abrahám, ⁊ Iſaác ⁊ Iacób: ſeruorū ſuorū fideliū. Et det vobis cor omnibus, vt colatis eū, ⁊ faciatis ei⁹ voluntatē. Adaperiat cor veſtrū in lege ſua, ⁊ in pręceptis ſuis: ⁊ faciat pacē. Exaudiat orationes veſtras: ⁊ recōcilietur vobis: nec vos deſerat in tēpore malo, dn̄s deus noſter. Grad.

Conuertere domine aliquantulum: ⁊ deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis á generatione ⁊ progenie. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Orō.

Preces populi tui quęſum⁹ dn̄e clemēter exaudi: vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur: pro tui nominis gloria miſericorditer liberemur. Per do.

Lectio libri Sapientię. xxxvj. ca.

Miſerere noſtri de⁹ omniū, ⁊ reſpice nos: ⁊ oſtēde nobis lucem miſerationum tuarū: ⁊ immitte timorem tuum ſuper gentes,

gentes,que non exquiſierunt te: ⁊ cognoſcant quia non eſt deus niſi tu: vt enarrēt magnalia tua. Alleua manum tuam ſuper gentes alienas: vt videant potentiā tuā. Sicut enim in conſpectu eorum ſanctificatus es in nobis: ſic in cōſpectu noſtro magnificaberis in illis: vt cognoſcant te, ſicut ⁊ nos cognouimus: quoniā non eſt deus preter te dn̄e. Innoua ſigna, ⁊ immuta mirabilia: glorifica manum, ⁊ brachiū dextrum: excita furorem, ⁊ effunde iram: Extolle aduerſarium, ⁊ affige inimicū. Feſtina tempus, ⁊ memento finis, vt enarrēt mirabilia tua domine deus noſter. Gradua.

O irigatur oratio mea ſicut incenſum in cōſpectu tuo dn̄e. ℣. Eleuatio manuū mearū ſacrificiū veſpertinū. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oro.

Actiones noſtras queſumus domine aſpirando preueni, ⁊ adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra oratio ⁊ operatio, ⁊ a te ſemper incipiat: ⁊ per te cepta finiatur. Per dominum no.

Lectio Danielis pphete.iij.Ca.

In diebus illis: Angelus domini deſcendit cum Azaria ⁊ ſociis eius in fornacem: ⁊ excuſſit flammam ignis de fornace: ⁊ fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem. Flamma autem diffuſa eſt ſuper fornacē cubitis quadraginta nouem: ⁊ incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldeis miniſtros regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino nō tetigit ignis, neqꝫ contriſtauit: nec quicquaꝫ moleſtie intulit. Tunc hi tres quaſi ex vno ore laudabāt, ⁊ glorificabant, ⁊ benedicebant Deū in fornace, dicentes. Hymnus.

Benedictus es dn̄e deus patrum noſtrorū. ℟. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula. ℣. Et benedictū nomen glorie tue quod eſt ſanctū. ℟. Et laudabile ⁊ glorioſum in ſecula. ℣. Benedictus es in templo ſancto glorie tue. ℟. Et laudabilis ⁊. ℣. Benedictus es ſuper thronum ſanctum regni tui. ℟. Et laudabilis ⁊. ℣. Benedictus es ſuper ſceptrū diuinitatis tue. ℟. Et laudabilis ⁊. ℣. Benedictus es qui ſedes ſuper Cherubim intuens abyſſos. ℟. Et laudabilis ⁊. ℣. Benedictus es qui ambulas ſuper pennas vētorū, ⁊ ſup vndas maris. ℟. Et laudabilis ⁊. ℣. Benedicant te oēs angeli ⁊ ſancti tui. ℟. Et laudēt te ⁊ glorificēt in ſecula. ℣. Benedicant te celi, terra, mare ⁊ omnia que in eis ſunt. ℟. Et laudent te, ⁊ glorificēt in ſecula. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. ℟. Et laudabili ⁊ glorioſo in ſecula. ℣. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper, ⁊ ī ſecula ſeculorū amē. ℟. Et laudabili ⁊ glorioſo in ſecula. ℣. Benedictus es dn̄e deus patrū noſtrorum. ℟. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula.

Hic dicitur Dn̄s vobiſcuꝫ, ſine Flectamus genua. Oro.

Deus qui tribus pueris mitigaſti flāmas igniū: cōcede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flāma vitiorū. Per.

Lectio

Lectio epiſtolę beati Pauli apo
ſtoli ad Theſſalonicenſes.j.ca.v.
FRatres: Rogamꝰ vos, coꝛri
pite inquietos: conſolamini
puſillanimes: ſuſcipite infirmos:
patientes eſtote ad oēs. Videte
nequis malū pꝛo malo alicui red
dat: ſed ſemꝑ quod bonuʒ eſt ſe
ctamini inuicē ⁊ in oēs. Semper
gaudete: ſine intermiſſione oꝛa
te: in oibus gratias agite. Hęc eſt
enim volūtas Dei in Chꝛo Jeſu
in oibus vobis. Spirituʒ nolite
extinguere: ꝓphetias nolite ſpēr
nere. Omnia aūt pꝛobate: qđ bo
nuʒ eſt tenete. Ab oi ſpecie mala
abſtinete vos. Ipſe aūt deus pa
cis ſanctificet vos per oia: vt in
teger ſpiritꝰ veſter, ⁊ anima, ⁊ coꝛ
pus, ſine querela in die aduētus
dñi nři Jeſu Chři ſeruet. Trac.
LAudate dñm omnes gentes: ⁊ col
laudate eū omnes populi. ℣. Quoniā
confirmata eſt ſuper nos miſericoꝛdia
eius: ⁊ veritas dñi manet in ęternum.
Secundum Mattheū. xvij. Ca.



IN illo
tēpoꝛe:
Aſſum
pſit Jeſꝰ
Petruʒ ⁊
Jacobuʒ
⁊ Johan
nē fratrē
eius: ⁊ du
xit illos in montē excelſum ſeoꝛ
ſum: ⁊ transfiguratꝰ eſt ante eos:
⁊ reſplenduit facies eius ſicut ſol:
veſtimenta auteʒ eius facta ſunt
alba ſicut nix. Et ecce apparue
runt illis Moyſēs ⁊ Elias cuʒ eo
loquētes. Reſpondens aūt Pe
trus dixit ad Jeſum. Dñe bonū
eſt nos hic eſſe: ſi vis, faciamꝰ hic
tria tabernacula: tibi vnū, Moy
ſi vnum, ⁊ Elię vnū. Adhuc eo lo
quente: ecce nubes lucida obum
bꝛauit eos: ⁊ ecce vox de nube, di
cens. Hic eſt filius meꝰ dilectus:
in quo mihi benē complacui: ip
ſum audite. Et audientes diſci
puli, ceciderūt in faciem ſuam: ⁊
timuerunt valde. Et acceſſit Je
ſus: ⁊ tētigit eos: dixitqʒ. Surgi
te, ⁊ nolite timere. Leuantes au
tem oculos ſuos, neminem vide
runt, niſi ſoluʒ Jeſum. Et deſcen
dentibus illis de monte, pꝛęcepit
eis Jeſus, dicens. Nemini dixe
ritis viſionē: donec filius homi
nis ā moꝛtuis reſurgat. Offerto.
DOmine deus ſalutis meę, in die cla
maui, ⁊ nocte coꝛam te: intret oꝛatio
mea in cōſpectu tuo domine. Secre.
PRęſentibus ſacrificiis quę
ſumus domine ieiunia no
ſtra ſanctifica: vt quod obſeruan
tia noſtra pꝛofitetur extrinſecus,
interius operetur. Per. Cōmu.
DOmine deus meus in te ſperaui: li
bera me ab omnibus perſequentibus
me, ⁊ eripe me. Poſtcommunio.
SAnctificationibus tuis omni
potēs deus, ⁊ vitia noſtra cu
rentur: ⁊ remedia nobis ęterna
pꝛoueniant. Per. Sup populū.
FIdeles tuos deus, benedi
ctio deſyderata confirmet:

que eos ⁊ á tua volũtate nunquã faciat diſcrepare: ⁊ tuis ſemp indulgeat bñficijs gratulari. Per.

¶ Dñica.ij.xl. Statio ad ſanctã Mariam maiorem. Introitus.



Eminiſcere miſerationũ tuarũ domine: ⁊ miſericordie tue: q̃ á ſeculo ſũt: ne vnquã dominentur nobis inimici noſtri: libera nos deus Iſraël ex omnibus anguſtijs noſtris. Ps. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubeſcam. ℣. Gloria. Oratio.

Deus qui cõſpicis omni nos virtute deſtitui: interius exteriuſq; cuſtodi: vt ab omnibus aduerſitatibꝰ muniamur in corpore: ⁊ á prauis cogitationibus mundemur in mente. Per.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes.j.c.iiij.

Fratres: Rogamꝰ vos ⁊ obſecramus in domino Ieſu: vt quemadmodũ accepiſtis á nobis quomodo vos oporteat ambulare ⁊ placere Deo: ſic ⁊ ambuletis, vt abundetis magis. Scitis enim que precepta dederim vobis per dñm Ieſum. Hec eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos á fornicatione: vt ſciat vnuſquiſq; veſtrũ ſuum vas poſſidere in ſanctificatione ⁊ honore: non in paſſione deſyderij, ſicut ⁊ gẽtes, que ignorant Deum. Et ne quis ſupergrediatur, neq; circumueniat in negocio fratrẽ ſuũ: quoniã vindex eſt dñs de his oibus: ſicut predix imus vobis, ⁊ teſtificati ſumus. Non enim vocauit nos deꝰ in immunditiã, ſed i ſanctificationẽ: in Chriſto Ieſu dño noſtro. Gra.

Tribulatiões cordis mei dilatate ſunt: de neceſſitatibus meis éripe me dñe. ℣. Vide humilitatẽ meam, ⁊ laborem meum: ⁊ dimitte oĩa pctã mea. Trac.

Confitemini dño quoniã bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. ℣. Quis loquetur potentias dñi: auditas faciet oẽs laudes eiꝰ. ℣. Beati qui cuſtodiũt iudiciũ: ⁊ faciũt iuſtitiã in omni tẽpore. ℣. Memẽto nři dñe in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari tuo.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. xv.



In illo tempore: Egreſſus Ieſus ſeceſſit in ptes Tyri ⁊ Sidõnis. Et ecce mulier Chananea á finibus illis egreſſa, clamauit, dicẽs ei. Miſerere mei dñe fili Dauid: filia mea male á demonio vexat. Qui nõ reſpõdit ei verbũ. Et accedẽtes diſcipuli eiꝰ, rogabãt eũ, dicẽtes, Dimitte eam: q: clamat poſt nos. Ipſe autem reſpondens ait. Non ſum

miſſus

miſſus, niſi ad oues, quę perierũt domus Iſraël. At illa venit, ⁊ adorauit eum, dicens. Domine adiuua me. Qui reſpondens ait. Non eſt bonũ ſumere panẽ filiorum, ⁊ mittere canibus. At illa dixit. Etiam domine. Nam ⁊ catelli edunt de micis, quę cadunt de menſa dominorũ ſuorum. Tunc reſpondens Jeſus ait illi. O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia eiꝰ ex illa hora. Credo. Offertoriũ.

Meditabor in mandatis tuis, quę dilexi valde: ⁊ leuabo manus meas ad mandata tua, quę dilexi. Secreta.

Sacrificijs pręſentibus domine quęſumus intende placatus: vt ⁊ deuotioni noſtrę proficiant ⁊ ſaluti. Per. Cõmunio.

Intellige clamorẽ meum: intende voci orationis meę rex meꝰ ⁊ deus meus: quoniam ad te orabo dñe. Poſtcõ.

Supplices te rogamꝰ ōps deꝰ: vt quos tuis reficis ſacramentis: tibi etiã placitis moribus dignãter deſeruire cõcedas. Per.

¶ Feria ſecunda: Statio ad ſanctum Clementem. Introitus.

Redime me dñe, ⁊ miſerere mei: pes enim meꝰ ſtetit in via recta: i eccleſijs benedicã dominum. Ps. Iudica me dñe, quoniã ego in innocentia mea ingreſſus ſum: ⁊ in dño ſperans non infirmabor. ℣. Gloria. Oratio.

Pręſta quęſumus omnipotens deꝰ: vt familia tua quę ſe, affligendo carnem, ab alimentis abſtinet: ſectando iuſtitiam a culpa ieiunet. Per dominum.

Lectio Danielis prophetę. ix. ca.

In diebus illis: Orauit Daniel, dicens. Domine deus noſter qui eduxiſti populum tuum de terra Aegypti in manu forti: ⁊ feciſti tibi nomen ſecundum diem hanc: peccauimus, iniquitatem fecimus dñe, in omnem iuſtitiam tuam. Auertatur obſecro ira tua, ⁊ furor tuus a ciuitate tua Jeruſalem: ⁊ a mõte ſancto tuo. Propter peccata enim noſtra, ⁊ iniquitates patrum noſtrorũ, Jeruſalem ⁊ populus tuus in opprobrium ſunt omnibus per circuitum noſtrum. Nunc ergo exaudi deus noſter orationem ſerui tui, ⁊ preces eiꝰ: ⁊ oſtende faciẽ tuã ſuper ſanctuariũ tuũ, quod deſertũ eſt. Propter temetipſum inclina deꝰ meus aurẽ tuam ⁊ audi: aperi oculos tuos, ⁊ vide deſolationẽ noſtram: ⁊ ciuitatem ſuper quam inuocatum eſt nomen tuum. Neque enim in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam: ſed in miſerationibus tuis multis. Exaudi dñe: placare dñe: attẽde ⁊ fac. Ne moreris propter temetipſum deus meus: quia nomen tuũ inuocatũ eſt ſuper ciuitatem hãc, ⁊ ſuper populũ tuum: domine deus noſter. Gradua.

A diutor me⁹, ⁊ liberator me⁹ eſto dñe, ne tardaueris. ℣. Cōfundantur ⁊ reuereant inimici mei, q querunt aiam meá.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Joannem. viij. Cap.



IN illo tépore: Dixit Jeſus turbis Judeorum. Ego vado, ⁊ queretis me: ⁊ in peccato veſtro moriemini. Quo ego vado, vos non poteſtis venire. Dicebát ergo Judei. Nunquid interficiet ſemetipſum: quia dicit, quo ego vado, vos non poteſtis venire? Et dicebat eis. Vos de deorſum eſtis: ego de ſupernis ſum. Vos de mundo hoc eſtis: ego nō ſum de hoc mūdo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis veſtris. Si enim nō credideritis, quia ego ſum: moriemini in peccato veſtro. Dicebát ergo ei. Tu quis es? Dixit eis Jeſus. Principium qui ⁊ loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui ⁊ iudicare: ſed qui miſit me verax eſt: ⁊ ego que audiui ab eo, hec loquor in mundo. Et non cognouerunt, quia patrem eius dicebat Deum. Dixit ergo eis Jeſus. Quum exaltaueritis filiū hominis: tūc cognoſcetis, quia ego ſum: ⁊ á meipſo facio nihil: ſed ſicut docuit me pater, hec loquor. Et qui me miſit mecum eſt: ⁊ nō reliquit me ſolum: quia ego, que placita ſunt ei facio ſemp. Offer.

B enedicam dominum qui mihi tribuit intellectum: prouidebam Deum in conſpectu meo ſemper: quoniam á dextris eſt mihi ne commouear. Secreta.

H Aec hoſtia dñe placatiōis ⁊ laudis, tua nos propitiatione dignos efficiat. Per. Cō.

D ñe dñs noſter, q̄ȝ admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Poſtcō.

H Aec nos cōmunio domine purget á crimine: ⁊ celeſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per domi. Super populum.

A Deſto ſupplicationib⁹ noſtris omnipotens deus: ⁊ quibus fiduciam ſperande pietatis indulges: conſuete miſericordie tribue benign⁹ effectū. Per.

¶ Feria tertia: Statio ad ſanctam Balbinam. Introitus.



Ibi dixit cor meum, queſiui vultū tuum: vultum tuum dñe requirá: ne auertas faciem tuam á me. Ps. Dominus illuminatio mea, ⁊ ſalus mea, quem timebo. ℣. Gloria patri ⁊ fi. Oratio.

P Erfice queſumus domine benignus in nobis obſeruantie ſancte ſubſidium: vt que te autore facienda cognouimus: te operante impleamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtū.

Lectio

Lectio libri Regum.iij.Ca.xvij.

In diebus illis: Factus eſt ſermo dñi ad Eliam Thesbitem dicẽs. Surge ⁊ vade in Sarépħtham Sidonioꝝ: ⁊ manebis ibi. Precepi enim ibi mulieri viduę vt paſcat te. Surrexit ⁊ abijt in Sarépħtham. Quumqȝ veniſſet ad portã ciuitatis: apparuit ei mulier vidua cólligens ligna: ⁊ vocauit eam: dixitqȝ ei. Da mihi páululuȝ aquę in vaſe vt bibam. Quumqȝ illa pérgeret, vt afférret: clamauit poſt tergum eius, dicens. Affer mihi obſecro ⁊ bucellam panis in manu tua. Quę reſpondit. Viuit dñs deus tuus, quia nõ habeo panem: niſi quantum pugillus cápere poteſt farinę in hydria: ⁊ páululum olei in lécytho. En cólligo duo ligna: vt ingrediar, ⁊ faciam illud mihi ⁊ filio meo: vt comedamus ⁊ moriamur. Ad quam Elias ait. Noli timere: ſed vade ⁊ fac ſicut dixiſti. Verúntamen mihi primũ fac de ipſa farinula ſubcinericium panem paruulum: ⁊ affer ad me: tibi autē ⁊ filio tuo facies poſtea. Hęc autem dicit dominus deus Iſraél. Hydria farinę non deficiet: nec lécythus olei minuetur: vſque in diem in qua daturus eſt dominus pluuiam ſuper faciem terrę. Quę abijt ⁊ fecit iuxta verbum Elię. Et comédit ipſe, ⁊ illa, ⁊ domus eius tota. Ex illa die hydria farinę non defécit: ⁊ lécythus olei non eſt imminútus iuxta verbum domini quod locutus eſt in manu Elię. Gradua. Iacta cogitatum tuum in domino, ⁊ ipſe te enutriet. V. Dum clamarem ad dominum, exaudiuit vocem meam, ab his qui appropinquant mihi.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.xxiij.Cap.



In illo tempore: Locutus eſt Ieſus ad turbas, ⁊ ad diſcipulos ſuos, dicẽs. Super cathedrã Moyſi ſederũt ſcribe ⁊ phariſei. Omnia ergo quęcunqȝ dixerint vobis ſeruate ⁊ facite: ſecundũ veró opera eorum nolite facere. Dicunt enim ⁊ nõ faciunt. Alligãt enim onera grauia ⁊ importabilia: ⁊ impónunt in humeros hominũ: digito autẽ ſuo nolũt ea mouére. Omnia veró opera ſua faciunt: vt videantur ab hominibꝰ. Dilátant enim phylactéria ſua: ⁊ magnificant fimbrias. Amant autem primos recúbitus in cęnis: ⁊ primas cathedras in ſynagogis: ⁊ ſalutationes in foro: ⁊ vocari ab hominibus, rabbi. Vos autem nolite vocari, rabbi. Vnus eſt enim magiſter veſter: omnes autem vos fratres eſtis. Et patrẽ nolite vocare vobis ſuper terrã. Vnus eſt enim pater veſter qui in cęlis eſt.

Nec vocemini magiſtri: quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter. Qui autem ſe exaltauerit, humiliabitur: & qui ſe humiliauerit, exaltabitur. Offerto.

Miſerere mihi domine ſecundum magnam miſericordiam tuam: dele domine iniquitatem meam. Secreta.

Sanctificationem tuam nobis domine his myſteriis placatus operare: que nos & a terrenis purget vitiis: & ad celeſtia dona perducat. Per do. Commu.

Narrabo omnia mirabilia tua: letabor & exultabo in te: pſallam nomini tuo altiſſime. Poſtcommunio.

Ut ſacris domine reddamur digni muneribus: fac nos queſumus tuis ſemper obedire mandatis. Per. Super populū.

Propitiare domine ſupplicationibus noſtris: & animarum noſtrarum medere langoribus: vt remiſſione percepta, in tua ſemper benedictione letemur. Per dominum noſtrū.

¶ Feria quarta: Statio ad ſanctam Ceciliam. Introitus.

Ne derelinquas me dñe deus meus: ne diſcedas a me: intende in adiutorium meum dñe virtus ſalutis mee.

Ps. Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. ℣. Gloria patri & filio & ſpiritui ſan. Oro.

Populum tuum domine propitius reſpice: & quos ab eſcis carnalibus precipis abſtinere: a noxiis quoque vitiis ceſſare concede. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat.

Lectio libri Heſther. xiii. Cap.

In diebus illis: Orauit Heſther ad dominum, dicens. Domine deus rex omnipotens, in ditione tua cuncta ſunt poſita: & non eſt qui poſſit tue reſiſtere voluntati. Si decreueris ſaluare nos, continuo liberabimur. Tu enim domine feciſti celum & terram: & quicquid celi ambitu continetur. Tu es dominus omnium: & non eſt qui reſiſtat maieſtati tue. Et nunc domine rex regum, deus Abraham miſerere populo tuo: quia volunt nos inimici noſtri perdere: & hereditatem tuam delere. Ne deſpicias partem tuam, quam redemiſti tibi: ſed exaudi deprecationem noſtram: & propitius eſto ſorti, & funiculo hereditatis tue: & conuerte luctum noſtrum in gaudium: vt viuentes laudemus nomen tuum: & ne claudas ora canentium te, domine Deus noſter. Graduale.

Saluum fac populum tuum domine: & benedic hereditati tue. Verſus.

Ad te domine clamaui, deus meus ne ſileas a me: & ero ſimilis deſcendentibus in lacum.

Secundum Mattheum.xx.Ca.



In illo tempore: Aſcendens Jeſus Jeroſólymã, aſſumpſit duodeciꝫ diſcipulos ſuos ſecretó: ꝛ ait illis. Ecce aſcendimuꝫ Jeroſólymã: ꝛ filius hominis tradetur principibꝰ ſacerdotũ ꝛ ſcribis: ꝛ cõdemnabũt eũ morte: ꝛ tradẽt eum gentibus ad illudendũ, ꝛ flagellandũ, ꝛ crucifigenduꝫ: ꝛ tertia die reſurget. Tunc acceſſit ad euꝫ mater filiorũ Zebedęi cũ filijs ſuis, adorãs ꝛ petenſ aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi. Dic vt ſedeant hi duo filij mei: vnꝰ ad dexterã tuã, ꝛ vnus ad ſiniſtrã tuã, in regno tuo. Reſpondens autẽ Jeſus dixit. Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicẽ, queꝫ ego bibiturus ſum? Dicunt ei. Poſſumus. Ait illis. Calicẽ quidem meũ bibẽtis: ſedẽre autẽ ad dexterã meam, vel ad ſiniſtrã, nõ eſt meuꝫ dare vobis: ſed quibus paratũ eſt à patre meo. Et audiẽtes decẽ indignati ſunt de duobus fratribꝰ. Jeſus aũt vocauit eos ad ſe, ꝛ ait. Scitis quia principes gentiũ dominantur eorũ: ꝛ qui maiores ſunt, poteſtatem exercẽt in eos. Non ita erit inter vos. Sed quicunqꝫ volũerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter: ꝛ qui volũerit inter vos primꝰ eſſe, erit veſter ſerꝰ: ſicut filius hoĩs non venit miniſtrari, ſed miniſtrare: ꝛ dare animã ſuã redemptionẽ pro multis. Offer.

Ad te dñe leuaui animã meã: deꝰ meꝰ in te cõfido nõ erubeſcã: neqꝫ irrideant me inimici mei: étenim vniuerſi qui te expectant nõ confundentur. Secre.

Hoſtias domine queſumuſ quas tibi offerimus propitius reſpice: ꝛ per hęc ſancta commercia, vincula peccatoruꝫ noſtrorum abſolue. Per. Cõm.

Juſtus dñs ꝛ iuſtitiam dilexit: ęquitatem vidit vultus eius. Poſtcõmu.

Sumptis dñe ſacramentis, ad redemptionis ęternę queſumus proficiamus augmentum. Per. Super populum oratio.

Deus innocentię reſtitutor ꝛ amator: dirige ad te tuoruꝫ corda ſeruorũ: vt ſpiritus tui feruore concepto: ꝛ in fide inueniantur ſtabiles, ꝛ in opere efficaces. Per. in vnitate eiuſdem ſpi.

¶ Feria.v. Statio ad ſanctam Mariã trans Tyberim. Jntro.



Deus in adiutorium meũ intende: domine ad adiuuanduꝫ me feſtina: confundanſ ꝛ reuereantur omnes inimici mei: qui quęrunt animam meam. ps. Auertantur retrorſum ꝛ erubeſcant, qui volunt mihi mala. ℣. Gloria pa. Oõ.

Preſta

Prheſta nobis queſumus do
mine auxilium gratię tuę: vt
ieiunijs ⁊ orationibus cõuenien
ter intenti: liberemur ab hoſti
bus mentis ⁊ corporis. Per do
minum noſtrũ Jeſum Chriſtuz
filium tuum, qui tecum viuit ⁊ re
gnat in vnitate ſpũs ſancti Deꝰ.

Lcõ Jeremię prophetę. xvij. ca.

Hec dicit dominus deus.
Maledictus homo qui cõ
fidit in homine: ⁊ ponit carnem
brachium ſuum: ⁊ á dominó re
cedit cor eius. Erit enim quaſi
myrice in deſerto: ⁊ non videbit
quum vénerit bonum: ſed habi
tabit in ſiccitate in deſerto: in ter
ra ſalſúginis ⁊ inhabitabili. Be
nedictus vir qui confidit in do
mino: ⁊ erit dominꝰ fiducia eius:
⁊ erit quaſi lignum, quod tranſ
plantatur ſuper aquas: quod ad
humorem mittit radices ſuas: ⁊
nõ timebit quum vénerit ęſtus:
⁊ erit folium eius viride: ⁊ in tem
pore ſiccitatis nõ erit ſolicitum:
nec aliquando déſinet facere fru
ctum. Prauum eſt cor hominis
⁊ inſcrutabile: quis cognoſcet il
lud? Ego dominus ſcrutanſ cor
da, ⁊ probans renes: qui do vni
cuiqz iuxta viam ſuá: ⁊ iuxta fru
ctum adinuentionum ſuarum,
dicit dñs omnipotens. **Grad.**

Propitius eſto domine peccatis no
ſtris: néquando dicant gentes: vbi eſt
deus eorum. ℣. Adiuua nos deus ſa
lutaris noſter: ⁊ propter honorem no
minis tui domine libera nos.

**Sequentia ſancti Euangelij ſe
cundum Lucam. xvj. Cap.**



In illo
tépore:
Dixit Je
ſus diſci
pulis ſuis
parabolá
hãc. Ho
mo qui
dam erat
diues: ⁊ induebatur purpura ⁊
byſſo: ⁊ epulabatᷣ quotidie ſplen
dide: ⁊ erat quidá mendicus no
mine Lazarus: qui iacebat ad ia
nuam eius, vlceribus plenus: cu
pienſ ſaturari de micis quę cade
bant de menſa diuitis: ⁊ nemo il
li dabat. Sed ⁊ canes veniebant,
⁊ lingebant vlcera eius. Factum
eſt aũt vt moreretur mendícus:
⁊ portaretur ab angeliſ in ſinum
Abrahę. Mortuꝰ eſt aũt ⁊ diueſ:
⁊ ſepultus eſt in inferno. Eleuás
autez oculos ſuos quum eſſet in
tormentis, vidit Abraham a lon
ge: ⁊ Lazarum in ſinu eius: ⁊ ipſe
clamans dixit. Pater Abrahám
miſerere mei: ⁊ mitte Lazarũ: vt
intingat extremum digiti ſui in
aquá: vt refrigeret linguaz meá:
qꝛ crucior in hac flãma. Et dixit
illi Abrahám. Fili recordáre qꝛ
recepiſti bona in vita tua: ⁊ Laza
rus ſimiliter mala. Nunc autem
hic cõſolatur: tu veró cruciaris.
Et in his omnibus inter nos ⁊
vos chaos magnũ firmatuz eſt:
vt hi qui volunt hinc tranſire ad

vos

vos non poſſint: neqȝ inde huc
tranſmeare. Et ait. Rogo ergo
te pater: vt mittas eum in domū
patris mei: habeo enim quinque
fratres, vt teſtetur illis: ne ⁊ ipſi
veniant in locuȝ hunc tormento-
ruȝ. Et ait illi Abrahám. Habét
Moyſén ⁊ prophetas: audiant
illos. At ille dixit. Non pater
Abrahám: ſed ſiquis ex mortuis
ierit ad eos, pęnitentiā agét. Ait
aūt illi. Si Moyſén ⁊ prophetas
non audiunt: neqȝ ſiquis ex mor-
tuis reſurréxerit credent. Offer.

Precatus eſt Moyſés in cōſpectu do-
mini Dei ſui, ⁊ dixit: precatus eſt Moy-
ſés in conſpectu domini Dei ſui, ⁊ di-
xit: quare domine iráſceris populo tuo:
parce irę animę tuę: memēto Abrahám,
Iſaác ⁊ Jacób, quibus iuraſti dare ter-
ram fluentem lac, ⁊ mel: ⁊ placatus fa-
ctus eſt dominus de malignitate quam
dixit facere populo ſuo. Secreta.

PReſenti ſacrificio nomini
tuo, nos dn̄e ieiunia dicáta
ſanctificent: vt quod obſeruātia
noſtra profitetur exterius: inte-
rius operet̄ effectu. Per. Cōm.

Qui manducat carnem meam, ⁊ bibit
ſanguinem meum, in me manet, ⁊ ego
in eo, dicit dominus. Poſtcōmu.

GRatia tua nos quęſumus
dn̄e non derelinquat: quę ⁊
ſacrę nos déditos faciat ſeruitu-
ti: ⁊ tuā nobis opem ſemp̄ acqui
rat. Per do. Super populum.

ADeſto dn̄e famulis tuis: ⁊
perpetuam benignitatem
largire poſcéntibus: vt his qui
te autore ⁊ gubernatore glorian-
tur, ⁊ congregata reſtaures: ⁊ re-
ſtaurata conſerues. Per domi.

¶ Feria ſexta: Statio ad ſan-
ctum Vitalem. Introitus.



Ego aūt cum
iuſtitia appa-
rebo in cōſpe
ctu tuo: ſatia-
bor dum ma-
nifeſtabit̄ glo
ria tua. pſal.
Exaudi dn̄e iu-
ſtitiam meam: intende deprecationem
meam. ℣. Gloria patri ⁊ fi. Oratio.

DA quęſumus omnipotēs
de⁹: vt ſacro nos purifican
te ieiunio, ſyncéris mētib⁹ ad ſan
cta ventura facias puenire. Per.

Lectio libri Geneſis. xxxvij. Ca.

IN diebus illis: Dixit Joſéph
fratribus ſuis. Audite ſomniū
meuȝ quod vidi. Putabam nos
ligare manipulos in agro: ⁊ qua-
ſi conſurgere manipulū meum ⁊
ſtare: veſtroſqȝ manipulos cir-
cunſtantes adorare manipulum
meū. Reſponderūt fratres eius.
Nunquid rex noſter eris, aut ſu-
bijciemur ditioni tuę? Hęc ergo
cauſa ſomniorū atqȝ ſermonuȝ,
inuidię ⁊ odij fómitem miniſtra-
uit. Aliud quoqȝ vidit ſomniū:
quod narrás fratribus ait. Vidi
per ſomniuȝ quaſi ſolé, ⁊ lunam,
⁊ ſtellas vndecim adorare me.
Quod quum patri ſuo ⁊ fratrib⁹
retuliſſet: increpauit euȝ pater, ⁊
dixit. Quid ſibi vult hoc ſomniū
quod

quod vidiſti? Nunquid ego, ⁊
mater tua, ⁊ fratres tui adorabi-
mus te ſuper terram? Inuide-
bant ergo ei fratres ſui: pater ve-
ró rem tácitus conſyderabat.
Quumq; fratres illius in paſcen
dis gregib⁹ patris morarentur
in Sychém: dixit ad eum Iſraél.
Fratres tui paſcũt oues i Sichy-
mis: veni mittã te ad eos. Quo
reſpondẽte, preſto ſũ, ait. Vade
⁊ vide ſi cuncta proſpera ſint er-
ga fratres tuos ⁊ pecora: ⁊ renun
tia mihi quid agatur. Miſſus de
valle Hebrón venit in Sychém:
inuénitq; eum vir errantem in
agro: ⁊ interrogauit quid quęre
ret. At ille reſpondit: Fratres
meos quęro: índica mihi vbi pa
ſcant greges. Dixitq; ei vir. Re-
ceſſerunt de loco iſto. Audiui au
tem eos, dicẽtes: Eamus in Do-
thaim. Perrexit ergo Ioſéph
poſt fratres ſuos: ⁊ inuénit eos
in Dothaim. Qui quũ vidiſſent
eũ procul: antequã accéderet ad
eos, cogitauerunt eum occidere:
⁊ mutuo loquebantur. Ecce ſom
niator venit: venite occidamus
eum: ⁊ mittamus eum in ciſternã
veterẽ: dicemuſq;, fera peſſima
deuorauit eum: ⁊ tũc apparebit
quid illi proſint ſomnia ſua. Au-
diens autem hęc Rubén, nite-
batur liberare eum de manibus
eorum: ⁊ dicebat. Non interficia
mus animã eius: nec effundam⁹
ſanguinẽ ipſius: ſed proijcite eũ
in ciſternam hanc, quę eſt in ſoli-
tudine: manuſq; veſtras ſeruate
innóxias. Hoc autem dicebat,
volens erípere eum de manibus
eorũ: ⁊ réddere patri ſuo. Grad.
Ad dñm quum tribularer clamaui: ⁊
exaudiuit me. ℣. Dñe libera animam
meã á labijs iniquis, ⁊ á lingua doloſa.

Secundum Mattheum. xxj.



In illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis ⁊ turbis Iudęorũ parabolã hãc. Homo quidam erat paterfamilias,
qui plantauit vineã: ⁊ ſepem cir-
cúndedit ei: ⁊ fodit in ea torcular:
⁊ ędificauit turrim in medio ei⁹:
⁊ locauit eã agricolis: ⁊ péregre
profectus eſt. Cum autẽ tempus
fructuũ appropinquaſſet: miſit
ſeruos ſuos ad agricolas: vt acci
perent fructus eius. Et agricolę
apprehenſis ſeruis eius: alium
ceciderunt: alium occiderũt: aliũ
vero lapidauerũt. Iterum miſit
alios ſeruos plures prioribus: ⁊
fecerũt illis ſimiliter. Nouiſſime
autem miſit ad eos filium ſuum,
dicens. Verebuntur filiũ meũ.
Agricolę autem vidẽtes filium,
dixerunt intra ſe. Hic eſt hęres:
venite occidamus eum: ⁊ habebi
mus hęreditátem eius. Et appre
henſum eum, eiecerunt extra vi-
neam: ⁊ occiderunt. Quum ergo
vénerit

venerit dñs vineę: quid faciet agricolis illis? Aiũt illi. Malos male perdet: ⁊ vineã ſuã locabit alijs agricolis: qui reddant ei fructũ temporib⁹ ſuis. Dicit illis Jeſus. Nunquã legiſtis i ſcripturis: lapidẽ quẽ reprobauerunt ędificantes: hic factus eſt in caput anguli: a dño factũ eſt iſtud: ⁊ eſt mirabile in oculis nr̃is? Ideo dico vobis: quia auferetur a vobis regnum dei: ⁊ dabitur genti facienti fructus ei⁹. Et qui ceciderit ſup lapidẽ iſtũ, confringetur: ſuper quẽ vero ceciderit, conteret eũ. Et quũ audiſſent principes ſacerdotũ ⁊ phariſei parabolas ei⁹: cognouerũt quod de ipſis diceret: ⁊ querentes eum tenere: timuerunt turbas: quoniam ſicut prophetam eum habebant. Offer.

Domine in auxilium meum reſpice: confundantur, ⁊ reuereantur qui quęrunt animam meam, vt auferãt eã: domine in auxilium meũ reſpice. Secre.

Hęc in nobis ſacrificia de⁹, ⁊ actione pmaneãt: ⁊ operatione firmentur. Per. Com.

Tu dñe ſeruabis nos: ⁊ cuſtodies nos a generatione hac in ęternũ. Poſtcõ.

Fac nos dñe q̃s accepto pignore ſalutis ęternę, ſic tendere cõgruẽter: vt ad eã peruenire poſſim⁹. Per. Sup populũ.

Da quęſumus dñe populo tuo ſalutẽ mentis ⁊ corporis: vt bonis operibus inhęrendo: tuę ſemper virtutis mereatur protectione defendi. Per.

¶ Sabbatho: Statio ad ſanctos Marcellũ ⁊ Petrũ. Intro.



Ex dñi irreprehenſibilis cõuertẽs animas: teſtimoniũ dñi fidele ſapientiã pręſtãs paruulis. Ps. Celi enarrant gloriã dei: ⁊ opera manuũ eius annunciat firmamentũ. ℣. Gloria. Orõ.

Da q̃s dñe noſtris effectũ ieiunijs ſalutarẽ: vt caſtigatio carnis aſſumpta, ad nr̃arũ vegetationẽ tranſeat animarũ. Per.

Lectio libri Geneſis. xxvii.

In diebus illis: Dixit Rebecca filio ſuo Jacob. Audiui patrem tuum loquentẽ cum Eſaũ fratre tuo: ⁊ dicentem ei. Affer mihi de venatione tua: ⁊ fac cibos vt comedam: ⁊ benedicam tibi coram domino, antequam moriar. Nũc ergo fili mi, acquieſce conſilijs meis: ⁊ pergens ad gregem affer mihi duos hedos optimos: vt faciam ex eis eſcas patri tuo: quibus libenter veſcitur. Quas quũ attuleris ⁊ comẽderit: benedicat tibi priuſquam moriatur. Cui ille reſpõdit. Noſti quod Eſaũ frater meus homo piloſus ſit, ⁊ ego lenis. Si attrectauerit me pr̃ meus, ⁊ ſenſerit: timeo ne putet me ſibi voluiſſe illudere: ⁊ inducat ſuper me maledictionẽ pro benedictione. Ad quem mater. In me ſit, ait iſta male

maledictio fili mi: tantum audi vocem meã: ⁊ pergens affer que dixi. Abijt ⁊ áttulit: deditq; matri. Parauit illa cibos ſicut nóuerat velle patrẽ illius: ⁊ veſtibus Eſaú valde bonis, quas apud ſe habebat domi, induit eum: pelliculaſq; hedorũ circúndedit manibus: ⁊ colli nuda protexit: Deditq; pulmentum: ⁊ panes quos cóxerat trádidit. Quibus illátis, dixit. Pater mi. At ille rñdit. Audio. Quis es tu, fili mi? Dixitq; Jacób. Ego ſum Eſaú primogénitus tuus: Feci ſicut precepiſti mihi. Surge, ſede, ⁊ cómede de venatione mea: vt bñdicat mihi anima tua. Rurſumq; Iſaác ad filium ſuum. Quomodo inquit tam cito inuenire potuiſti fili mi? Qui reſpondit. Voluntas Dei fuit: vt cito mihi occúrreret quod volebam. Dixitq; Iſaác. Accéde huc vt tangam te fili mi: ⁊ probem vtrũ tu ſis filius meus Eſaú an non. Acceſſit ille ad patrem: ⁊ palpato eo, dixit Iſaác. Vox quidem, vox Jacób eſt: ſed manus, manus ſunt Eſaú. Et nõ cognouit eum: quia piloſę man⁹ ſimilitudinẽ maioris expréſſerát. Benedicens ergo illi ait. Tu es filius meus Eſaú? Reſpondit. Ego ſum. At ille. Affer mihi inquit cibos de venatione tua fili mi: vt benedicat tibi anima mea. Quos quũ oblatos comediſſet: óbtulit ei etiã vinũ. Quo hauſto, dixit ad eum. Accéde ad me: ⁊ da mihi oſculum fili mi. Acceſſit, ⁊ oſculatus eſt eum. Statimq; vt ſenſit veſtimentorũ eius fragrantiã: benedicens illi ait. Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit dñs. Det tibi deus de rore cęli, ⁊ de pinguedine terrę, abundantiã frumẽti, vini ⁊ olei: ⁊ ſeruiant tibi populi: ⁊ adorent te tribus. Eſto dñs fratrũ tuorũ: ⁊ incuruentur ante te filij matris tuę. Qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus: ⁊ qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Vix Iſaác ſermonem impléuerat: ⁊ egreſſo Jacób foras, venit Eſaú: coctoſq; de venatione cibos intulit patri, dicens. Surge pater mi: ⁊ cómede de venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua. Dixitq; illi Iſaác. Quis enim es tu? Qui reſpondit. Ego ſum fili⁹ tuus primogenit⁹ Eſaú. Expáuit Iſaác ſtupore vehementi: ⁊ vltra q̃ credi poteſt admirans ait. Quis ergo ille eſt, qui dudum captam venationẽ áttulit mihi: ⁊ comédi ex oĩbus prius quã tu venires? Benedixiq; ei: ⁊ erit benedictus. Auditis Eſaú ſermonibus patris, irrúgijt clamore magno, ⁊ conſternátus ait. Benedic etiam ⁊ mihi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulenter: ⁊ accepit benedictionem tuam. At ille ſubiunxit. Juſté vocatum eſt nomen eius Jacób: ſupplantauit enim me en altera vice. Primogenita mea

ante

ante tulit: ꝛ nunc ſecundo ſurripuit benedictionem meam. Ruꝛſumq; ad patrem, nunquid non reſeruaſti ait ꝛ mihi benedictionem? Reſpondit Iſaac. Dñm tuum illũ conſtitui: ꝛ omnes fratres tuos ſeruituti illius ſubiugaui: frumẽto ꝛ vino ſtabiliui eum: ꝛ tibi poſt hec fili mi vltra quid faciam? Cui Eſau ait. Num vnã inquit tantũ bñdictionẽ habes pater? Mihi quoq; obſecro, vt benedicas. Cumq; eiulatu magno fleret: motus Iſaac dixit ad eũ. In pinguedine terre, ꝛ i roꝛe celi deſup, erit bñdictio tua. Gra. Bonum eſt confiteri domino: ꝛ pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Ad annunciandum mane miſericoꝛdiam tuam: ꝛ veritatem tuam per noctem.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. xv. Cap.



In illo tẽpoꝛe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hãc. Homo quidam habuit duos filios: ꝛ dixit adoleſcẽtioꝛ ex illis patri. Pater da mihi poꝛtionẽ ſubſtantie, que me contingit. Et diuiſit illis ſubſtantiã. Et non poſt multos dies cõgregatis omnibus adoleſcentioꝛ filius peregre pꝛofectus eſt in regionem longinquã: ꝛ ibi diſſipauit ſubſtantiã ſuam, viuendo luxurioſe. Et poſtquã omnia conſummaſſet: facta eſt fames valida in regione illa: ꝛ ipſe cepit egere. Et abijt ꝛ adheſit vni ciuiũ regionis illius: ꝛ miſit illum in villam ſuam, vt paſceret poꝛcos. Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas poꝛci manducabãt: ꝛ nemo illi dabat. In ſe autem reuerſus dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundãt panibus? Ego aũt hic fame pereo. Surgam ꝛ ibo ad patrẽ meum: ꝛ dicam ei. Pater, peccaui in celũ ꝛ coꝛam te: iam non ſum dignus vocari filiꝰ tuus: fac me ſicut vnũ de mercenarijs tuis. Et ſurgens venit ad patrẽ ſuum. Cum autem adhuc longe eſſet: vidit illum pater ipſius: ꝛ miſericoꝛdia motus eſt: ꝛ accurrens cecidit ſuper collum eius: ꝛ oſculatus eſt eum: dixitq; ei filius. Pater, peccaui in celum ꝛ coꝛam te: iam nõ ſum dignus vocari filius tuus. Dixit autẽ pater ad ſeruos ſuos. Cito pꝛoferte ſtolam pꝛimã, ꝛ induite illum: ꝛ date annulum in manum eius: ꝛ calciamẽta in pedes eius: ꝛ adducite vitulum ſaginatum, ꝛ occidite: vt manducemus ꝛ epulemur: quia hic filius meus moꝛtuus erat, ꝛ reuixit: perierat, ꝛ inuentus eſt: ꝛ ceperunt epulari. Erat autem filius eius ſenioꝛ in agro: ꝛ cũ veniret ꝛ appꝛopinquaret domui: audiuit ſymphoniam ꝛ choꝛum: Et vocauit vnũ

de

de ſeruis: ⁊ interrogauit quid hęc eſſent: Iſq; dixit illi. Frater tuus venit: ⁊ occidit pater tuus vitulũ ſaginatum: quia ſaluum illum recepit. Indignatus eſt autem, ⁊ nolebat introire. Pater ergo illius egreſſus, cępit rogare eum. At ille reſpondẽs, dixit patri ſuo. Ecce tot annis ſeruio tibi: ⁊ mandatum tuum nunquã preterivi: ⁊ nunquã dediſti mihi hędum: vt cum amicis meis epularer. Sed poſtquã filius tuus hic, qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus, venit: occidiſti illi vitulum ſaginatum. At ipſe dixit illi. Fili, tu ſemper mecũ es: ⁊ omnia mea tua ſunt. Epulari autem ⁊ gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus fuerat, ⁊ reuixit: perierat, ⁊ inuentus eſt. Offertorium.

Illumina oculos meos, ne vnquã obdormiã in morte: ne quãdo dicat inimicus me⁹ preualui aduerſus eũ. Secre.

His ſacrificiis dñe q̃ſumus cõcede placat⁹: vt qui propriis oramus abſolui delictis: nõ grauemur externis. Per. Cõm.

Oportet te fili gaudere: quia frater tuus mortuus fuerat, ⁊ reuixit: perierat ⁊ inuentus eſt. Poſtcommunio.

Sacramẽti tui dñe diuina libatio penetralia noſtri cordis infundat: ⁊ ſui nos participes potẽter efficiat. Per. Sup populũ.

Familiam tuam queſumus domine continua pietate cuſtodi: vt quę in ſola ſpe gratię cęleſtis innititur: cęleſti etiam protectione muniatur. Per domi.

Dñica .iij. xl. Statio ad ſctm̃ Laurentiũ extra muros. Introi.

Oculi mei ſemper ad dñm: quia ipſe euellet de laqueo pedes meos: reſpice in me, ⁊ miſerere mei: quoniam vnicus ⁊ pauper ſum ego. Ps. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido, non erubeſcam. V. Gloria. Oratio.

Quęſumus oĩpotens deus, vota humiliũ reſpice: atq; ad defenſionẽ noſtrã, dexterã tuę maieſtatis extẽde. Per.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Epheſios. v. Cap.

Fratres: Eſtote imitatores dei ſicut filii cariſſimi: ⁊ ambulate in dilectione, ſicut ⁊ Chriſtus dilexit nos: ⁊ tradidit ſemetipſum pro nobis oblationẽ ⁊ hoſtiã deo in odorem ſuauitatis. Fornicatio aũt, ⁊ omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos: aut turpitudo, aut ſtultiloquiũ, aut ſcurrilitas, quę ad rem non pertinet: ſed magis gratiarum actio. Hoc aũt ſcitote intelligentes: q̃ omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorũ ſeruitus: nõ habet hereditatem in regno Chriſti ⁊ dei. Nemo vos ſeducat inanib⁹ verbis. Propter hęc enim venit ira

dei

Dei in filios diffidentię. Nolite ergo effici participes eorum. Erátis enim aliquando tenebrę: nunc autem lux in domino: Ut filij lucis ambulate. Fructꝰ enim lucis eſt in omni bonitate, ⁊ iuſtitia, ⁊ veritate. **Graduale.** Exurge dñe, nõ preualeat homo: iudicentur gentes in conſpectu tuo. ℣. In cõuertendo inimicũ meũ retrorſum: infirmabunt, ⁊ peribũt à facie tua. **Trac.** Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cęlis. ℣. Ecce ſicut oculi ſeruorum, in manibus dominorum ſuorum. ℣. Et ſicut oculi ancillę in manibus dominę ſuę. ℣. Ita oculi noſtri ad dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri. ℣. Miſerere nobis domine, miſerere nobis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. xj. Cap.



In illo tempore: Erat Jeſuſ eijciens dęmoniũ: ⁊ illud erat mutũ. Et quũ eieciſſet dęmonium, locutus eſt mutus: ⁊ admiratę ſunt turbę. Quidam autem ex eis dixerunt. In Beelzebub principe dęmoniorum eijcit dęmonia. Et alij tentantes, ſignum de cęlo quęrebant ab eo. Ipſe autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis. Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur: ⁊ domus ſupra domũ cadet. Si autem ⁊ Sátanas in ſeipſum diuiſus eſt: quomodo ſtabit regnũ ipſius: quia dicitis in Beelzebub eijcere me dęmonia? Si autẽ ego in Beelzebub eiicio dęmonia: filij veſtri in quo eijciunt? Ideo ipſi iudices veſtri erunt. Porrò ſi in digito Dei eiicio dęmonia: profectò peruénit in vos regnũ Dei. Quum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum: in pace ſunt omnia, quę poſſidet. Si autem fortior illo ſuperueniens vicerit eum: vniuerſa arma eius auferet, in quibus confidebat: ⁊ ſpolia eius diſtribuet. Qui non eſt mecum, aduerſum me eſt: ⁊ qui non colligit mecum, diſpergit. Quum immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquoſa, quęrens requiem: ⁊ non inueniens dicit. Reuertar in domum meam vnde exiui. Et quum venerit: inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam ⁊ ornatam: Et tunc vadit ⁊ aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe: ⁊ ingreſſi habitant ibi: ⁊ fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Factum eſt autem quum hęc diceret: extollens vocem quędam mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te portauit, ⁊ vbera quę ſuxiſti. At ille dixit. Quinimmo beati qui audiunt verbum Dei: ⁊ cuſtodiũt illud. **Credo. Offer.**

Iuſtitię dñi rectę, lętificantes corda: ⁊ iudicia eius dulciora ſuper mel ⁊ fauũ: nam ⁊ ſeruus tuus cuſtodit ea. Secre.

HAec hoſtia domine quęſumus emundet noſtra delicta: ⁊ ad ſacrificium celebranduʒ, ſubditorum tibi corpora menteſqʒ ſanctificet. Per. Cõmu.

Paſſer inuenit ſibi domum, ⁊ turtur nidum: vbi reponat pullos ſuos: altaria tua dñe virtutũ rex meus ⁊ deus meꝰ: beati qui habitant in domo tua, in ſeculum ſeculi laudabunt te. Poſtcõmu.

A Cunctis nos quęſumꝰ domine reatibus ⁊ periculis ꝓpitiatꝰ abſolue: quoſ tãti myſterij tribuis eſſe participes. Per.

¶ Feria ſecunda: Statio ad ſanctum Marcum. Introitus.



N deo laudabo verbuʒ: in domino laudabo ſermonẽ: in deo ſperabo, nõ timebo quid faciat mihi homo. Ps. Miſerere mei deus: quoniã conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me. ℣. Gloria. Oɾõ.

COrdibus noſtris quęſumꝰ domine gratiam tuam benignus infunde: vt ſicut ab eſcis carnalibus abſtinemus: ita ſenſus quoque noſtros a noxijs retrahámus exceſſibus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus.

Lectio libri Regum.iiij. Cap.v.

IN diebus illis: Naamán princeps militię regis Syrię, erat vir magnus apud dñm ſuum, ⁊ honoratus. Per illum enim dedit dñs ſalutem Syrię. Erat autem vir fortis ⁊ diues, ſed leproſus. Porrò de Syria egreſſi fuerant latrúnculi: ⁊ captiuam duxerát de terra Iſrael puellã paruulam: quę erat in obſequio vxoris Naamán: quę ait ad dominã ſuã. Vtinã fuiſſet dñs meus ad prophetam, qui eſt in Samaria: profectò curaſſet eum á lepra quam habet. Ingreſſus eſt itaqʒ Naamán ad dñm ſuuʒ: ⁊ nuntiauit ei, dicens. Sic ⁊ ſic locuta eſt puella de terra Iſraél. Dixitqʒ ei rex Syrię. Vade ⁊ mittaʒ literas ad regem Iſraél. Qui quum profectus eſſet: ⁊ tuliſſet ſecum decem talenta argẽti: ⁊ ſex milia aureos: ⁊ decem mutatória veſtimẽtorũ: détulit literaſ ad regem Iſraél in hęc verba. Quum acceperis epiſtolam hãc: ſcito ꝙ miſerim ad te Naamán ſeruuʒ meum: vt cures euʒ á lepra ſua. Quumqʒ legiſſet rex Iſraél literaſ: ſcidit veſtimenta ſua ⁊ ait. Nunquid deus ſum ego, vt occídere poſſim ⁊ viuificare: quia iſte miſit ad me, vt curem hominem á lepra ſua? Animaduertite ⁊ videte, quòd occaſiónes quęrat aduerſuʒ me. Quod quum audiſſet Eliſeus vir Dei, ſcidiſſe vidélicet regem Iſraél veſtimenta ſua: miſit ad

cum,

eum, dicens. Cur ſcidiſti veſtimenta tua? Veniat ad me: ⁊ ſciat prophetam eſſe in Iſraël. Venit ergo Naaman cum equis ⁊ curribus: ⁊ ſtetit ad oſtium domus Eliſei. Miſitq; ad eum Eliſeus nuntium, dicens. Vade ⁊ lauare ſepties in Jordane: ⁊ recipiet ſanitatem caro tua, atque mundáberis. Iratus Naaman recedebat, dicens. Putabam ꝙ egrederetur ad me: ⁊ ſtans inuocaret nomen domini Dei ſui: ⁊ tangeret manu ſua locum lepre: ⁊ curaret me. Nunquid, non meliores ſunt Abana ⁊ Pharphar fluuij Damáſci omnibus aquis Iſraël: vt lauer in eis ⁊ munder? Quum ergo vertiſſet ſe, ⁊ abiret indignás: acceſſerunt ad eum ſerui ſui: ⁊ locuti ſunt ei. Pater ⁊ ſi rem grandem dixiſſet tibi propheta, certe facere debueras: quanto mágis, quia nunc dixit tibi, lauare, ⁊ mundáberis? Deſcendit ⁊ lauit in Jordane ſepties iuxta ſermonem viri Dei: ⁊ reſtitúta eſt caro eius, ſicut caro púeri paruuli: ⁊ mundatus eſt. Reuerſuſq; ad virum Dei cum vniuerſo comitátu ſuo: venit ⁊ ſtetit coram eo, ⁊ ait. Vere ſcio ꝙ non ſit alius deus in vniuerſa terra: niſi tantum dñs deus Iſraël. Gradua.

Deus vitam meam annuntiaui tibi: poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo. ℣. Miſerere mihi domine, quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.iiij. Cap.



In illo tempore: Dixerũt phariſei ad Jeſum. Quãta audiuim⁹ facta i Capharnaum: fac ⁊ hic in patria tua. Ait aũt. Amen dico vobis: ꝗ nemo ꝓpheta accept⁹ eſt in patria ſua. In veritate dico vobis: multe vidue erát in diebus Elie in Iſraël: qñ clauſum eſt celũ annis trib⁹ ⁊ menſibus ſex: quum facta eſſet fames magna in oĩ terra: ⁊ ad nullam illarũ miſſus eſt Elias: niſi in Sarépththam Sidónie ad mulierem viduã. Et multi leproſi erát in Iſraël ſub Eliſeo propheta: ⁊ nemo eorum mundatus eſt: niſi Naaman Syrus. Et repleti ſunt oẽs in ſynagoga ira, hec audientes: ⁊ ſurrexerũt, ⁊ eiecerũt eũ extra ciuitaté: ⁊ duxerunt illum vſq; ad ſupercilũ montis: ſup qué ciuitas eorũ erat edificata: vt precipitarét eum. Ipſe aũt tránſiens per medium illorum ibat. Offer.

Exaudi deus orationem meam: ⁊ ne deſpéxeris deprecationem meam: intende in me ⁊ exaudi me. Secreta.

Munus quod tibi domine noſtre ſeruitutis offérim⁹: tu ſalutare nobis pérfice ſacramentum. Per domi. Commu.

Quis dabit ex Sion ſalutáre Iſraél: quum auérterit dominus captiuitatem plebis ſuę, exultabit Iacob: ⁊ letabitur Iſraél. Poſtcommunio.

PReſta queſumus ops ⁊ miſericoꝛs deus: vt quod oꝛe contingimus: pura mente capiamus. Per do. Super populuꝫ.

SVbuéniat nobis dñe miſericoꝛdia tua: vt ab imminentibus peccatoꝛum noſtroꝛum periculis, te mereamur pꝛotegénte éripi: te liberante ſaluari. Per.

¶ Feria tertia: Statio ad ſanctam Potentianam. Introitus.



Ego clamaui: quoniá exaudiſti me deus: inclina aureꝫ tuaꝫ: ⁊ exaudi verba mea: cuſtodi me dñe vt pupillam oculi: ſub vmbꝛa alaruꝫ tuarum pꝛótege me. Ps. Exaudi domine iuſtitiam meam: intende depꝛecationem meam. ℣. Gloꝛia. Oꝛatio.

EXaudi nos omnipotens ⁊ miſericoꝛs deus: ⁊ continentię ſalutáris pꝛopitius nobis dona concéde. Per dominum no.

Lectio libꝛi Regum.iiij.Ca.iiij.

IN diebus illis: Mulier quedá clamabat ad Eliſeum pꝛophetam dicens. Seruus tuus vir meus moꝛtuꝰ eſt: ⁊ tu noſti quia ſeruus tuus fuit timens Deum. Et ecce créditoꝛ venit, vt tollat duos filios meos ad ſeruienduꝫ ſibi. Cui dixit Eliſeus. Quid vis vt faciaꝫ tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa reſpondit. Nó habeo ancilla tua quicq̃ꝫ in domo mea: niſi parũ olei quo vngar. Cui ait. Vade ⁊ pete mutuo ab omnibꝰ vicinis tuis vaſa vacua non pauca: ⁊ ingrédere, ⁊ claude óſtiuꝫ tuũ: ⁊ quum intrinſecꝰ fueris tu ⁊ filij tui: mitte inde in omnia vaſa hec: ⁊ quum plena fuerint tolles. Fuit itaqꝫ mulier, ⁊ clauſit óſtiũ ſuper ſe, ⁊ ſup filios ſuos. Illi offerebát vaſa: ⁊ illa infundebat. Quũqꝫ plena fuiſſent vaſa: dixit ad filiũ. Affer mihi adhuc vas. Et ille reſpódit. Non habeo. Stetitqꝫ oleũ. Venit aũt illa, ⁊ indicauit homini dei. Et ille. Vade inquit vende oleum: ⁊ redde creditoꝛi tuo. Tu autem ⁊ filij tui viuite de reliquo. Grad.

Ab occultis meis munda me dñe: ⁊ ab alienis parce ſeruo tuo. ℣. Si mei nó fuerint dominati, tunc immaculatus ero: ⁊ emundaboꝛ á delicto maximo.

Secundum Mattheũ.xviij.Ca.



IN illo tépoꝛe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Si peccáuerit í te frater tuus: vade ⁊ coꝛripe eum inter te ⁊ ipſum ſolum. Si te audierit, lucrátuſ eris fratrem tuum: ſi autem te nó audierit:

dixerit: adhibe tecum adhuc vnū vel duos: vt in ore duorum vel trium teſtiū ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit eos: dic eccleſię: ſi aūt eccleſiā non audierit: ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publicanus. Amen dico vobis: quęcūqꝫ alligaueritis ſuper terrā, erunt ligata ⁊ in cęlo: ⁊ quęcunqꝫ ſolueritis ſuper terrā, erunt ſoluta ⁊ in cęlo. Iterum dico vobis: quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terrā: de omni re quamcunqꝫ petierint, fiet illis a patre meo, qui in cęlis eſt. Ubi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo: ibi ſum in medio eorum. Tunc accedens ad eum Petrus dixit. Dñe, quotiens peccauerit in me frater meus, ⁊ dimittā ei? vſqꝫ ſepties? Dixit illi Ieſus. Nō dico tibi vſqꝫ ſepties: ſed vſque ſeptuagies ſepties. Offertoriū.

Dextera dñi fecit virtutē, dextera domini exaltauit me: non moriar, ſed viuam: ⁊ narrabo opera domini. Secre.

Per hęc veniat quęſumus domine ſacramenta noſtrę redemptionis effectus: qui nos ⁊ ab humanis retrahat ſemper exceſſibus: ⁊ ad ſalutaria dona perducat. Per dominum. Cōmu.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? qui ingreditur ſine macula: ⁊ operatur iuſtitiam. Poſtcōmu.

Sacris dñe myſterijs expiati: ⁊ veniā quęſumus cōſequamur ⁊ gratiā. Per. Super populum.

M.M.

Tua nos domine protectione defende: ⁊ ab omni ſemper iniquitate cuſtodi. Per do.

¶ Feria quarta: Statio ad ſanctum Sixtum. Introitus.



Go autē in domino ſperabo: exultabo ⁊ lętabor in tua miſericordia: q: reſpexiſti humilitatē meam.

Ps. In te dñe ſperaui, non confundar in ęternum: in iuſtitia tua libera me ⁊ eripe me. V. Gloria patri ⁊ fi. Oratio.

Preſta nobis quęſumus domine: vt ſalutarib' ieiunijs eruditi: a noxijs quoqꝫ vitijs abſtinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per do.

Lectio libri Exodi. xx.

Hęc dicit dñs Deus. Honora patrē tuū ⁊ matrem tuam: vt ſis longęuus ſuper terram: quam dñs De' tuus dabit tibi. Non occides: non męchaberis: non furtum facies: non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium: non concupiſces domum proximi tui: nec deſyderabis vxorem eius: non ſeruum: non ancillam: non bouem: non aſinum: nec omnia quę illius ſunt. Cunctus autem populus audiebat voces, ⁊ videbat lampades, ⁊ ſonitū buccinę, montemqꝫ fumigantē: ⁊ perterriti, ac pauore concuſſi ſteterunt procul,

procul,dicentes Moyſi. Loquere tu nobis,⁊ audiémus: Non loquátur nobis dñs: nè forte moriamur. Et ait Moyſes ad populum. Nolite timére: vt enim probaret vos venit deus: ⁊ vt terror illius eſſet in vobis, ⁊ non peccaretis. Stetitq; popul⁹ de longe: Moyſés aũt acceſſit ad caliginé, in qua erat de⁹. Dixitq; prętérea dñs ad Moyſén. Hęc dices filijs Iſraél. Vos vidiſtis q̄ de celo locutus ſum vobis. Non facietis deos argénteos: nec deos áureos faciétis vobis. Altare de terra facietis mihi: ⁊ offerétis ſuper illud holocauſta ⁊ pacifica veſtra, oues veſtras ⁊ boues: in omni loco, in quo memoria fúerit nominis mei. Graduale.

Miſerere mihi dñe: qm̄ infirmus ſum ſana me dñe. ℣. Conturbata ſunt oīa oſſa mea: ⁊ aīa mea turbata eſt valde.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. xv. Cap.



In illo tépore: Acceſſerunt ad Jeſu; ab Jeroſolymis ſcribę ⁊ phariſei, dicétes. Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Non enim lauant manus ſuas, quum pané manducant. Ipſe autem reſpondens, ait illis. Quare ⁊ vos tranſgredimini mandatu; Dei propter traditioné veſtra;? Nam De⁹ dixit. Honóra patré tuum ⁊ matré tuam: ⁊ qui maledixerit patri vel matri, morte moriať. Vos aũt dicitis: Quicunq; dixerit patri vel matri: munus quodcunq; eſt ex me, tibi próderit: ⁊ nó honorificabit patré ſuũ, aut matré ſua;: ⁊ irritum feciſtis mandatũ Dei propter traditionem veſtram. Hypocritę, bené prophetauit de vobis Iſaias, dicens. Populus hic labijs me honórat: cor autẽ eorum longe eſt á me. Sine cauſa autẽ colunt me: docentes doctrinas ⁊ mandata hominum. Et conuocátis ad ſe turbis dixit eis. Audite ⁊ intelligite. Nó quod intrat in os, coinquinat hominem: ſed quod procédit ex ore, hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes diſcipuli eius, dixerunt ei. Scis quia phariſei audito hoc verbo, ſcandalizáti ſunt? At ille reſpondens ait. Omnis plantátio, quam non plantauit pater meus cęleſtis, eradicabitur. Sinite illos: cęci ſunt, ⁊ duces cęcorum. Cęcus autem ſi cęco ducátum pręſtet: ambo in foueam cadunt. Reſpondens autem Petrus dixit ei. Ediſſere nobis parabolam iſtam. At ille dixit. Adhuc ⁊ vos ſine intellectu eſtis? Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit: ⁊ in ſeceſſum emittitur? Quę autem

proce-

procedũt de ore, de corde éxeũt: ⁊ ea coinquinant hominem. De corde enim éxeunt cogitationes male: homicidia: adulteria: fornicationes: furta: falſa teſtimonia: blaſphemie. Hec ſunt, que coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducáre, non coinquinat hominem. Offerto.

Domine fac mecum miſericordiam tuam propter nomen tuum: quia ſuauis eſt miſericordia tua. Secreta.

SVſcipe queſum⁹ domine preces populi tui cum oblationibus hoſtiarum: ⁊ tua myſteria celebrantes ab omnibus nos defende periculis. Per. Cómu.

Notas mihi feciſti vias vite: adimplebis me letitia cũ vultu tuo dñe. Poſtc.

SAnctificet nos domine qua paſti ſumus menſa celeſtis: ⁊ á cunctis erroribus expiátos, ſupernis promiſſionibus reddat acceptos. Per. Super populũ.

COncede queſumus omnipotens deus: vt qui protectionis tue gratiam querimus: liberati á malis omnibus ſecura tibi mente ſeruiamus. Per.

¶ Feria. v. Statio ad ſanctos Coſmam ⁊ Damianum. Intro.

SAluʒ populi ego ſum dicit dominus: de quacũqʒ tribulatione clamáuerint ad me exaudiam eos: ⁊ ero illorum dominus in perpetuum. Ps. Atténdite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verbà oris mei. ℣. Glória. Oratio.

MAgnificet te domine ſanctorum tuorum Coſme ⁊ Damiani beata solénnitas: qua ⁊ illis gloriam ſempiternam: ⁊ opem nobis ineffábili prouidentia contuliſti. Per dominuʒ no.

Lectio Jeremie pphete. vij. ca.

IN diebus illis: Factum eſt verbum dñi ad me, dicens. Sta in porta domus domini: ⁊ predica ibi verbum iſtud, ⁊ dic. Audite verbum domini omnis Juda, qui ingredimini per portaʒ has, vt adorétis dñm. Hec dicit dñs exercituum deuʒ Iſraél. Bonas fácite vias veſtras ⁊ ſtudia veſtra: ⁊ habitabo vobíſcum in loco iſto. Nolite confidere in verbis mendacij diceteʒ: templum domini, templum domini, templuʒ domini eſt. Quoniam ſi benedixéritis vias veſtras, ⁊ ſtudia veſtra: ſi fecéritis iudicium inter virum ⁊ proximum eius: áduene ⁊ pupillo ⁊ vidue non fecéritis calúmniam: nec ſanguineʒ innocentem effudéritis in loco iſto: ⁊ poſt deos alienos non ambulauéritis in malum vobiſmetipſis: habitabo vobiſcum in loco iſto, in terra quam dedi patribuʒ veſtris, a ſeculo ⁊ vſqʒ in ſeculuʒ, ait domin⁹ omnipotens. Grad.

Oculi omnium in te ſperant domine: ⁊ tu das illis eſcam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam, ⁊ imples omne animal benedictione.

Secundum Lucam.iiij.Cap.



IN illo tẽpore: Surgens Jeſus de ſynagoga introiuit in domum Simonis. Socrus autẽ Simonis tenebatur magnis febribus: ⁊ rogauerunt illum pro ea: ⁊ ſtans ſuper illam imperauit febri: ⁊ dimiſit illam: ⁊ continuo ſurgẽs miniſtrabat illis. Quum ſol aũt occidiſſet: omnes qui habebant infirmos varijs langoribus, ducebãt illos ad Jeſuʒ. At ille ſingulis manus impónens, curabat eos. Exibant aũt demonia á multis clamantia ⁊ dicentia: quia tu es filius Dei. Et increpans non ſinebat ea loqui: quia ſciebãt ipſum eſſe Chriſtum. Facta aũt die egreſſus ibat in deſertũ locuʒ: ⁊ turbę requirebant eum: ⁊ venerunt vſqꝫ ad ipſum: ⁊ detinebant illum: ne diſcéderet ab eis. Quibus ille ait: quia ⁊ alijs ciuitatibus oportet me euangelizáre verbum Dei: quia ad hoc miſſus ſum. Et erat prędicans in ſynagogis galilęę. Offer. Si ambuláuero in medio tribulationis viuificabis me dñe: ⁊ ſuper iram inimicorum meorũ extendiſti manum tuã: ⁊ ſaluum me fecit dextera tua. Secre. IN tuorum dñe precioſa morte iuſtorum ſacrificiũ illud offérimus: de quo martyriuʒ ſumpſit omne principium. Per. Cõmu. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis: vtinã dirigantur vię meę, ad cuſtodiẽdas iuſtificationes tuas. Poſtcõ. Sit nobis domine ſacramenti tui certa ſaluatio: quę cuʒ beatorum martyrũ tuorum Coſmę ⁊ Damiani meritis implorátur. Per domi. Super populum. Subiectum tibi populuʒ quęſumus domine, propitiatio cęleſtis amplificet: ⁊ tuis ſemper ſaciat ſeruíre mandatis. Per do.

¶ Feria.vj. Statio ad ſanctum Laurentium in Lucina. Introi.

Fac mecum dñe ſignuʒ in bonũ: vt videant qui me odérũt ⁊ cõfundátur: quoniaʒ tu domine adiuuiſti me, ⁊ conſolatus es me. Ps. Inclina domine aurem tuam, ⁊ exaudi me: quoniam inops ⁊ pauper ſum ego. V. Gloria patri ⁊ filio. Oõo. IEiunia noſtra quęſumus domine benigno fauore proſéquere: vt ſicut ab alimentis abſtinemus in corpore: ita á vitijs ieiunemus in mente. Per dominũ.

Lectio libri Numeri.xx.Cap.

IN diebus illis: Conuenerunt filij Iſraél aduerſum Moyſén ⁊ Aarón: ⁊ verſi in ſeditionem dixerunt. Date nobis aquaʒ vt bibamus. Ingreſſiqꝫ Moyſés, ⁊ Aarón dimiſſa multitudine ante tabernaculũ fęderis: corruerunt proni

pꝛoni in terram, clamaueruntqꝫ ad dominum, atque dixerunt. Domine deus exaudi clamoꝛem populi huius, ⁊ aperi eis theſaurum tuum fontem aque viue: vt ſatiati ceſſet murmuratio eoꝛuꝫ. Et apparuit gloꝛia domini ſuper eos: Locutuſqꝫ eſt dominus ad Moyſén, dicens. Tolle virgam, ⁊ cóngrega populum tu ⁊ Aarón frater tuus: ⁊ loquimini ad petram coꝛam eis: ⁊ illa dabit aquas. Quūqꝫ eduxéritis aquā de petra: bibet omnis multitudo ⁊ iumenta eius. Tulit ergo Moyſés virgaꝫ, que erat in conſpectu domini: ſicut pꝛeceperat ei: congregata multitudine ante petram: dixitqꝫ eis. Audite rebélles ⁊ incréduli. Num de petra hac vobis aquā potérimus eiicere? Cumqꝫ eleuaſſet Moyſés manuꝫ percútiens virga bis ſilicem: egreſſe ſunt aque largiſſime: ita vt populus bíberet ⁊ iumenta. Dixitque dominus ad Moyſén ⁊ Aarón. Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificarétis me coꝛam filijs Iſraél: non introducétis hos populos in terram quam dabo eis. Hec eſt aqua contradictionis: vbi iurgati ſunt filij Iſraél contra dñm: ⁊ ſanctificatus eſt in eis. Gradua.

In deo ſperauit coꝛ meum, ⁊ adiutus ſum: ⁊ reflóꝛuit caro mea: ⁊ ex voluntate mea confitebor illi. Verſus. Ad te domine clamaui, deus meus ne ſileas; ne diſcedas á me.

Secundum Joannem.iiij.Cap.



In illo tépoꝛe: Venit Jeſus i ciuitateꝫ Samarie, q̄ dicit Sychár: iuxta pꝛediū quod dedit Jacób Joſéph filio ſuo. Erat autem ibi fons Jacób. Jeſus ergo fatigátus ex itinere, ſedebat ſic ſuper fonté. Hoꝛa autem erat quaſi ſexta. Venit mulier de Samaria haurire aquaꝫ. Dicit ei Jeſus. Da mihi bíbere. Diſcipuli autem eius abierant in ciuitaté: vt cibos émerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritána. Quomodo tu Judeus quuꝫ ſis, bibere á me poſcis: que ſum mulier Samaritána? non enim coutuntur Judei Samaritánis. Reſpódit Jeſus ⁊ dixit ei. Si ſcires donuꝫ Dei: ⁊ quis eſt qui dicit tibi, da mihi bibere: tu fóꝛſitan petiſſes ab eo: ⁊ dediſſet tibi aquam viuam: Dicit ei mulier. Dñe neque in quo háurias habes: ⁊ púteus altus eſt: vnde ergo habes aquā viuā? Nunquid tu maioꝛ es patre noſtro Jacób: qui dedit nobis hunc púteum: ⁊ ipſe ex eo bibit, ⁊ filij eius, ⁊ pécoꝛa eius? Reſpondit Jeſus ⁊ dixit ei. Omnis qui bíberit ex aqua hac, ſítiet iterum. Qui autē bíberit ex aqua, quam ego dabo ei: non

non ſitiet in eternum. Sed aqua
quaꝫ ego dabo ei: fiet in eo fons
aque ſalientiſ in vitam eternam.
Dicit ad euꝫ mulier. Dñe, da mi
hi hanc aquá, vt non ſitiam: neqꝫ
veniam huc haurire. Dicit ei Je
ſus. Vade voca virum tuum: ⁊
veni huc. Reſpondit mulier ⁊ di
xit. Non habeo virum. Dicit ei
Jeſus. Bene dixiſti, quia non ha
beo viruꝫ. Quinque enim viros
habuiſti: ⁊ hunc quem habes nó
eſt tuus vir. Hoc vere dixiſti.
Dicit ei mulier. Dñe, vt video
propheta es tu. Patreſ noſtri in
monte hoc adorauérunt: ⁊ vos
dicitis, quia Jeroſólymis eſt ló
cus: vbi adorare oportet. Dicit
ei Jeſus. Mulier crede mihi,
quia venit hora: quando neqꝫ in
monte hoc, neqꝫ in Jeroſólymiſ
adorabitis patrem. Vos adora
tis quod neſcitis: nos adoramꝰ
quod ſcimus: quia ſalus ex Ju
deis eſt. Sed venit hora, ⁊ nunc
eſt: quando veri adoratores ado
rabunt patrem in ſpiritu ⁊ veri
tate. Nam ⁊ pater tales querit,
qui adorent eum. Spiritus eſt
deus: ⁊ eos qui adorant eum, in
ſpiritu ⁊ veritate oportet adora
re. Dicit ei mulier. Scio, quia
Meſias venit, qui dicitur Chri
ſtus. Quum ergo venerit: ille no
bis annunciabit omnia. Dicit ei
Jeſuſ. Ego ſum qui loquor tecū.
Et continuo venerunt diſcipuli
eius: ⁊ mirabantur, quia cuꝫ mu
liere loquebatur. Nemo tamen
dixit: quid queris: aut quid ló
queris cum ea? Reliquit ergo
hydriam ſuam mulier: ⁊ abijt in
ciuitaté: ⁊ dixit illis hominibus.
Venite ⁊ videte hominé, qui di
xit mihi omnia quecunqꝫ feci.
Nunquid ipſe eſt Chriſtꝰ? Exié
runt ergo de ciuitate, ⁊ veniebát
ad eum. Jntérea rogabant eum
diſcipuli eius, dicentes. Rabbí
mandúca. Jlle autem dixit eis.
Ego cibum habeo manducare,
quem vos neſcitis. Dicebant er
go diſcipuli eius ad inuicé. Nun
quid aliquis áttulit ei manduca
re? Dicit eis Jeſus. Meus cibꝰ
eſt: vt faciam voluntaté eius qui
miſit me: vt perficiaꝫ opus eius.
Nóne vos dicitis, q̄ adhuc qua
tuor menſeſ ſunt, ⁊ meſſis venit?
Ecce dico vobis: leuáte oculos
veſtros, ⁊ vidéte regiones, quia
albe ſunt iam ad meſſem. Et qui
metit mercedé áccipit: ⁊ cóngre
gat fructuꝫ in vitam eternam: vt
⁊ qui ſéminat ſimul gaudeat ⁊
qui metit. Jn hoc enim eſt ver
bum verum: quia aliuſ eſt qui ſé
minat: ⁊ alius eſt qui metit. Ego
miſi vos métere: quod vos non
laboraſtis. Alij autem laboraue
runt: ⁊ vos in laboreſ eorū introi
ſtis. Ex ciuitate aūt illa multi cre
diderūt in eum Samaritanorū,
propter verbum mulieris teſti
monium perhibentis: quia dixit
mihi omnia quecunqꝫ feci. Quū
veniſſent ergo ad illū Samaritá
ni: rogauerūt euꝫ vt ibi manéret:
⁊ manſit

⁊ manſit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eũ propter ſermonem eiuſ: ⁊ mulieri dicebant: Quia non iam propter tuá loquélá credimuſ. Ipſi enim audiuimus, ⁊ ſcimus quia hic eſt verè ſaluator mundi. Offerto. Intẽde voci orationis meę rex meꝰ ⁊ deus meꝰ: qm̃ ad te orabo dñe. Secr.

REſpice dñe propitiꝰ ad munera, quę ſacramus: vt ⁊ tibi grata ſint: ⁊ nobis ſalutaria ſemper exiſtant. Per. Cõmu. Qui biberit aquam quam ego dabo ei, dicit dominus: fiet in eo fons aquę ſalientis in vitam ęternam. Poſtcõ.

HVius nos domine perceptio ſacramenti mundet á crimine: ⁊ ad cęleſtia regna perdúcat. Per. Super populum.

PReſta quęſumus oĩpotens deꝰ: vt qui in tua protectione cõfidimꝰ: cuncta nobis aduerſantia te adiuuáte vincamꝰ. per.

¶ Sabbatho: Statio ad ſanctam Suſannam. Introitus.

VErba mea auribuſ pércipe domine, intellige clamoreſ meum: intende voci orationis meę. ps. Rex meus ⁊ deus meus. ℣. Gloria pa. Oratio.

PReſta quęſumus oĩpotens deꝰ: vt qui ſe affligendo carneſ, ab aliméтis ábſtinẽt: ſectádo iuſtitiam á culpa ieiunent. Per.

Lectio Danielis ꝓphetę.xiij.ca.

IN diebus illis: Erat vir in Babylone: ⁊ nomen eiꝰ Joachim: ⁊ accepit vxoreſ nomine Suſannam filiam Helchię: pulchrá nimis ⁊ timenté Deum. Parenteſ enim illiuſ, quum eſſent iuſti, erudierunt filiam ſuam ſecundũ legem Moyſi. Erat aũt Joachim diues valde: ⁊ erat ei pomárium vicinum domui ſuę: ⁊ ad ipſum confluebát Judę: eo ꝙ eſſet honorabilior omnium. Et cõſtituti ſunt duo ſenes iudices in anno illo: de quibus locutus eſt dominus: quia egreſſa eſt iniquitaſ de Babylóne á ſenioribus iudicibus: qui videbantur régere populum. Iſti frequentabant domum Joachim: ⁊ veniebant ad eos omneſ qui habebát iudicia. Quum auté populus reuertiſſet poſt meridiem: ingrediebatur Suſánna: ⁊ deambulabat in pomário viri ſui: ⁊ videbant eam ſenes quotidie ingredientem, ⁊ deambulantem: ⁊ exarſerunt in cõcupiſcentiá eius: ⁊ auerterunt ſenſum ſuũ: ⁊ declinauerunt oculos ſuos: vt nõ viderent cęlum: neqꝫ recordarentur iudiciorum iuſtorũ. Factum eſt auteꝫ quum obſeruarent diem aptum: quando eam poſſent inuenire ſolam: ingreſſa eſt aliquando ſicut heri ⁊ nudiuſtertius cum duabus ſolis puellis: voluitqꝫ lauari in pomário: (Aeſtus quippe erat) ⁊ nõ erat ibi quiſquá pręter duos ſenes

nes abſconditos cōtemplantes eam. Dixit ergo puellis. Afferte mihi oleum ꝛ ſmigmata: ꝛ oſtia pomárij cláudite vt lauer. Quū autem egreſſe eſſent puellę: ſurrexerunt duo ſenes, ꝛ accurrérunt ad eam: ꝛ dixerunt. Ecce oſtia pomárij clauſa ſunt: ꝛ nemo nos videt: ꝛ in cōcupiſcentia tui ſumus: Quamobꝛem aſſentire nobis: ꝛ commiſcére nobíſcum. Quod ſi nólueris: dicemuſ teſtimonium contra te: quòd fuerit tecum iuuenis: ꝛ ob hanc cauſam emiſeris puellas á te. Ingémuit Suſánna ꝛ ait. Anguſtię ſunt mihi úndiq̄ʒ. Si enim hoc égero, moꝛs mihi eſt: ſi autem non egero, non effúgiam manuſ veſtras. Sed melius eſt mihi abſque opere incídere in manuſ veſtras: quam peccare in conſpectu domini. Et exclamauit voce magna Suſánna: exclamauerūt autem ꝛ ſenes aduerſus eam: ꝛ cucúrrit vnus, ꝛ apéruit óſtia pomárij. Quum autem audiſſent clamoꝛem in pomário fámuli domus: irruerunt per poſticum: vt vidérent quidnam hoc eſſet. Poſtquam autem ſenes locuti ſunt: erubuerunt ſerui vehementer: quia nunquam dictuſ fúerat ſermo huiuſcémodi de Suſánna. Et facta eſt dies cráſtina. Quumq̄ʒ veniſſet populuſ ad virum eius Joachim: venerunt ꝛ duo pꝛesbyteri pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſánnam: vt interficerent eam: ꝛ dixerunt coꝛam populo. Mittite ad Suſánnam filiam Helchię, vxoꝛem Joachim. Et ſtatim miſerūt: ꝛ venit cum parentibus, ꝛ filijs, ꝛ vniuerſis cognatis ſuis. Flebant igitur ſui, ꝛ oēs qui nóuerant eam. Conſurgentes aūt duo pꝛesbyteri in medio populi: poſuerunt manuſ ſuas ſup caput eius. Quę flens ſuſpexit ad cęluʒ (erat enim coꝛ eius fiduciā habens in dño) ꝛ dixerūt pꝛesbyteri. Quū deambularémus in pomário ſoli: ingreſſa eſt hęc cum duabus ſolis puellis: ꝛ clauſit óſtia pomárij: ꝛ dimiſit á ſe puellas: venitq̄ʒ ad eam adoléſcens, qui erat abſcónditus, ꝛ cōcúbuit cum ea. Poꝛrò nos quum eſſemuſ in ángulo pomárij: videntes iniquitatē cucúrrimus ad eos: ꝛ vídimus eos páriter cōmiſcéri. Et illum quidem nequíuimuſ compꝛehéndere: qꝛ foꝛtioꝛ nobis erat: ꝛ aperto óſtio exíliuit. Hanc autē quum appꝛehendiſſémus, interrogauimus quiſnam eſſet adoleſcēs: ꝛ noluit indicare nobiſ. Huius rei teſtes ſumus. Crédidit eis omnis multitudo, quaſi ſenioꝛibus populi ꝛ iudicibus: ꝛ condemnauerunt eam ad moꝛtem. Exclamauit aūt voce magna Suſánna ꝛ dixit. Deus ęterne qui abſconditoꝛuʒ es cógnitoꝛ: qui noſti omnia antequā fiant: tu ſcis quoniam falſum contra me tulerunt teſtimonium: ꝛ ecce móꝛioꝛ: quum nihil

hoꝛum

horum fécerim, quę iſti malitioſe cópoſuerūt aduerſum me. Exaudiuit aūt dominus vocem eius. Quumq; duceretur ad mortē: ſuſcitauit dñs ſpiritum púeri iunioris, cui nomé Daniel: ⁊ exclamauit voce magna ⁊ dixit. Mundus ego ſum á ſánguine huius. Et cóuerſus eſt omnis populus ad eū, ⁊ dixit. Quis eſt iſte ſermo, quem tu locutus es? Qui quum ſtaret in medio eorum ait. Sic fátui filij Iſraél, nó iudicátes, neq; quod verum eſt cognoſcentes, códemnáſtis filiā Iſraél? Reuertímini ad iudiciū: quia falſum teſtimonium locuti ſunt aduerſus eam. Reuerſus eſt ergo populus cum feſtinatione: ⁊ dixit ad eos Daniel. Separate eos ab ínuicē procul: ⁊ diiudicabo eos. Quum ergo diuiſi eſſent alter ab altero: vocauit vnū de eis: ⁊ dixit ad eū. Inueteráte dierum malorū: nūc venerūt peccata tua: quę operabáris prius, iudicās iudicia iniuſta: innocentes opprímens: ⁊ dimittens nóxios: dicēte domino. Innocenté ⁊ iuſtum non interfícies. Nūc ergo ſi vidiſti eam: dic ſub qua arbore víderis eos colloquētes ſibi. Qui ait. Sub Schino. Dixit aūt Daniel. Recte mētitus es in caput tuū. Ecce angelus dñi accepta ſententia ab eo, ſcindet te medium. Et amóto eo, iuſſit venire aliū: ⁊ dixit ei. Semē Chanáam ⁊ non Iuda, ſpecies decepit te: ⁊ cócupiſcētia ſubuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus Iſraél: ⁊ illę timentes loquebantur vobis. Sed non filia Iuda ſuſtinuit iniquitaté veſtram. Nunc ergo ſi vidiſti eam, dic mihi ſub qua arbore comprehéndeEris eos loquentes ſibi. Qui ait. Sub Prino. Dixit autē ei Daniel. Recte mentitus es ⁊ tu in caput tuum. Manet enim angelus dñi gladiū habés: vt ſecet te medium, ⁊ interficiat vos. Exclamauit itaq; omnis cętus voce magna: ⁊ benedixérunt Deū, qui ſaluat ſperantes in ſe. Et conſurrexerunt aduerſus duos ſeniores (conuicerat enim eos Daniel ex ore ſuo, falſū dixiſſe teſtimóniū) fecerūtq; eis ſicuti male égerāt aduerſus proximum: ⁊ interfecerunt eos: ⁊ ſaluatus eſt ſanguis innóxius in die illa. Graduale.

Si ámbulem in medio vmbrę mortis non timebo mala: quoniam tu mecum es domine. ℣. Uirga tua ⁊ báculus tuus ipſa me conſolata ſunt.

Secundum Joannem. viij. Ca.



In illo tempore: perréxit Jeſus in monté olivéti: ⁊ dilúculo iterū venit i templum: ⁊ omnis populus venit ad eū: ⁊ ſedens docebat eos. Addúcunt aūt ſcribę ⁊ phariſęi mulierem

rem in adulterio deprehenſaȝ: ꝛ ſtatuerunt eam in medio: ꝛ dixerunt ei. Magiſter, hec mulier modo deprehenſa eſt in adulterio. In lege autem Moyſes mádauit nobis huiuſmodi lapidáre. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum: vt poſſent accuſare eum. Jeſus autem inclinanȝ ſe deorſum, digito ſcribebat in terra. Cum autem perſeuerarēt interrogãtes eum: erexit ſe, ꝛ dixit eis. Qui ſine peccato eſt veſtrum: primus in illã lapidem mittat: ꝛ iterum ſe inclinans, ſcribebat in terra. Audientes autem hec, vnus poſt vnum exibant: incipientes á ſeniorib⁹: ꝛ remanſit Jeſus ſolus, ꝛ mulier in medio ſtans. Erigēs autem ſe Jeſus dixit ei. Mulier, vbi ſunt qui te accuſabant? Nemo te condemnauit? Que dixit. Nemo domine. Dixit autem Jeſus. Nec ego te cõdemnabo. Vade ꝛ iam ámplius noli peccare. Offerto.

Greſſus meos dirige domine ſecundum eloquium tuum: vt non dominetur mei omnis iniuſtitia. Secreta.

Concede queſum⁹ omnipotens deus: vt huius ſacrificij munus oblatum, fragilitatem noſtram ab omni malo purget ſemp ꝛ muniat. Per. Cóm.

Nemo te condemnauit mulier? Nemo domine: nec ego te condemnabo: iam ámplius noli peccare. Poſtcó.

Queſum⁹ omnipotens de⁹: vt inter eius membra numeremur, cuius corpori communicáuimus ꝛ ſanguini. Qui tecum. Super populum.

Pretende domine fidelibus tuis dexteram celeſtis auxilij: vt te toto corde perquirant, ꝛ que digne póſtulant, cónſequi mereantur. Per dominum no.

¶ Dñica.iiij.xl. Statio ad ſanctaȝ Crucé in Jeruſalé. Introi.



Letáre Jeruſalem: ꝛ cóuentuȝ facite oés qui diligitis eam: gaudete cũ letitia qui in triſtitia fuiſtis: vt exultetis, ꝛ ſatiemini ab vberibus conſolationis veſtre. Ps. Letatus ſum in his, que dicta ſunt mihi: in domum domini ibimus. ℣. Gloria. Oratio.

Concede queſum⁹ oipotés deus: vt qui ex merito nr̃e actioniȝ affligimur, tue gratie cõſolatione reſpirémus. Per do.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Galatas.iiij.Cap.

Fratres: Scriptũ eſt: quoniã Abrahám duos filios habuit: vnũ de ancilla, ꝛ vnũ de libera. Sed qui de ancilla ſecundum carnem natus eſt: qui autem de libera, per repromiſſionem: que ſunt per allegoriam dicta. Hec enim ſunt duo teſtamenta. Vnũ quidé in monte Siná, in ſeruitutem génerans: que eſt Agár. Siná enim mons eſt in Arabia: qui coniun-

coniunct⁹ eſt ei, quę nūc eſt Jeruſalē: ꝛ ſeruit cū filijs ſuis. Illa aūt quę ſurſum eſt Jeruſalem, libera eſt: quę eſt mater nr̄a. Scriptum eſt enim. Letáre ſterilis quę non paris: erúmpe ꝛ clama quę non párturis: quia multi filij deſertę, magis q̄ꝫ eius quę habet virum. Nos aūt fratres ſecundū Iſaác, promiſſionis filij ſum⁹. Sed quo modo tūc is qui ſecūdū carnē natus fuerat, pſequebat̄ eū, qui ſecundū ſpūm: ita ꝛ nunc. Sed quid dicit ſcriptura? Eijce ancillā, ꝛ filiū ei⁹. Nō enim erit hęres fili⁹ ancillę, cū filio liberę. Itaqꝫ frēs nō ſum⁹ ancillę filij, ſed liberę: qua libertate, chr̄s nos liberauit. Gra.

Letat⁹ ſum in his q̄ dicta ſunt mihi: in domū dn̄i íbim⁹. ℣. Fiat pax in virtute tua: ꝛ abundātia in turrib⁹ tuis. Tract.

Qui cōfidūt in dn̄o ſicut mons Sión: non cōmouebitur in ęternū, qui habitat in Jeruſalem. ℣. Montes in circúitu eius: ꝛ dominus in circúitu populi ſui ex hoc nunc ꝛ vſque in ſeculum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Joannem. vi. Cap.



In illo tēpore: abijt Jeſus trans mare galileę, qđ eſt Tiberíadis: ꝛ ſequebatur eum multitudo magna: quia videbant ſigna quę faciebat ſuper his qui infirmabant̄. Subijt ergo in montē Jeſus: ꝛ ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. Erat autem proximū paſcha dies feſtus Judęorū. Quum ſubleuaſſet ergo oculos Jeſus: ꝛ vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eū: dixit ad Philippum. Unde emémus panes, vt mandúcent hi? Hoc autē dicebat, tentans eum: ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. Reſpondit ei Philippus. Ducentorū denariorum panes non ſufficiunt eis: vt vnuſquiſqꝫ módicum quid accípiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis ei⁹, Andreas frater Simonis Petri. Eſt puer vnus hic: qui habet quinque pánes hordeáceos, ꝛ duos piſces. Sed hęc quid ſunt inter tantos? Dixit ergo Jeſus. Facite homines diſcúmbere. Erat aūt fęnum multū in loco. Diſcubuerunt ergo viri, numero quaſi quinque milia. Accepit ergo Jeſus panes: ꝛ quum gratias egiſſet: diſtribuit diſcumbentibus: ſimiliter ꝛ ex piſcibus quantū volebát. Ut autē impleti ſunt: dixit diſcipulis ſuis. Colligite quę ſuperauerunt fragmenta, ne péreant. Collegerunt ergo, ꝛ impleuerūt duodecim cóphinos fragmentorum, ex quinque panibus hordeáceis: quę ſuperfuerūt his qui manducauerant. Illi ergo homines quum vidiſſent quod Jeſus fecerat ſignum, dicebāt: quia hic eſt vere' propheta: qui venturus

eſt

eſt in mundum. Offertorium.
Laudate dominuꝫ, quia benignus eſt: pſallite nomini eius, quoniam ſuaue eſt: omnia quecunqꝫ voluit fecit in celo ⁊ in terra. Credo. Secreta.

Sacrificijs preſentibus domine queſumus intende placatus: vt ⁊ deuotioni noſtre proficiant ⁊ ſaluti. Per domi. Cōmu.

Jeruſalem, que edificatur, vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſuꝫ. Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus dñi, ad confitendū nomini tuo dñe. Poſtcō.

Da nobis queſumus miſericors de⁹: vt ſancta tua quibus inceſſanter explémur, ſyncéris tractemus obſequijs: ⁊ fideli mente ſémper ſumamus. Per.

¶ Feria.ij. Statio ad ſanctos quatuor Coronatos. Introit⁹.

Deus in nomine tuo ſaluum me fac: ⁊ in virtute tua iudica me: deus exaudi orationeꝫ meā. Ps. Auribus pércipe verba oris mei. V. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui. Oratio.

Preſta queſumus oṗs deus: vt obſeruationes ſacras ánnua deuotione recolentes: ⁊ corpore tibi placeam⁹ ⁊ mēte. Per.

Lectio libri Regum tertij. ca.iij.

In diebus illis: Venerunt due mulieres meretrices ad regem Salomonem: ⁊ ſteterunt coram eo. Quaruꝫ vna ait. Obſecro mi dñe: ego ⁊ mulier hec habitabamus in domo vna: ⁊ péperi apud eaꝫ in cubiculo. Tertia vero die poſtquam ego péperi, péperit ⁊ hec. Et erámus ſimul: nulluſqꝫ alius in domo nobiſcum, exceptis nobis duabus. Mortuus eſt autē filius mulieris huius nocte: (dórmiens quippe oppreſſit eum:) ⁊ conſurgens intempéſte noctis ſilentio: tulit filiuꝫ meum de latére meo ancille tue dormiētis: ⁊ collocauit in ſinum ſuum: Suum autē filium, qui erat mortuus, poſuit in ſinū meū. Cūqꝫ ſurrexiſſem mane, vt darē lac filio meo: appáruit mortuus. Quē diligentius intuens clara luce: deprehendi non eſſe meū, quem genúeram. Reſponditqꝫ altera mulier. Non eſt ita: ſed fili⁹ tuus mórtuus eſt: meus autem viuit. E contrário illa dicebat. Mentiris: filius quippe meus viuit: ⁊ filius tuus mortuus eſt. Atqꝫ in hunc modum contendebant coram rege. Tunc rex ait. Hec dicit, filius meus viuit, ⁊ filius tuus mortuus eſt: ⁊ iſta reſpōdet: non: ſed filius tuus mortuus eſt, ⁊ filius meus viuit. Dixit ergo rex. Afferte mihi gladium. Cuumqꝫ attuliſſent gladium coram rege: Diuidite inquit infanteꝫ viuum in duas partes: ⁊ date dimidiam partem vni, ⁊ dimidiam partem alteri. Dixit auteꝫ mulier, cuius filius erat viuus, ad regem, (commóta ſunt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo) obſecro domine: date illi infantem viuum: ⁊ nolíte in-

te interficere eum. E contrário il
la dicebat. Nec mihi, nec tibi, ſed
diuidatur. Reſpondit rex, ⁊ ait.
Date huic infantem viuum: ⁊
non occidatur. Hęc eſt enim ma
ter eius. Audiuit itaque omnis
Iſraël iudicium quod iudicaſſet
rex: ⁊ timuerunt regem: viden-
tes ſapientiam Dei eſſe in eo, ad
faciendum iudicium. Gradua.
Eſto mihi in deũ protectorẽ, ⁊ in locũ
refugij: vt saluũ me facias. ℣. Deus in
te ſperaui: dñe nõ confundar in ęternũ.
Secundum Joannem. ij. Cap.



IN illo tépore: Prope erat Paſcha Judeorũ: ⁊ aſcendit Jeſus Jeroſólymam: ⁊ inuénit in téplo vendentes oues, ⁊ boues, ⁊ columbas: ⁊ nummulários ſedétes. Et quum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiécit de templo: oues quoq; ⁊ boues: ⁊ nummulariorum effúdit ęs: ⁊ menſas ſubuértit: ⁊ his qui columbas vendebant dixit. Auférte iſta hinc: ⁊ nolíte facere domũ patris mei, domum negociatiónis. Recordati vero ſunt diſcipuli eius, quia ſcriptum eſt: Zelus domus tuę comedit me. Reſponderunt ergo Judei, ⁊ dixerũt ei. Quod ſignũ oſtendis nobis, quia hęc facis?

Reſpódit Jeſus, ⁊ dixit eis. Solnite templũ hoc: ⁊ in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Judęi. Quadraginta ⁊ ſex annis ędificatũ eſt templum hoc: ⁊ tu in tribus diebus excitabis illud? Jpſe autem dicebat de templo corporis ſui. Quum ergo reſurrexiſſet á mortuis: recordati ſunt diſcipuli eius, quia hoc dicebat de corpore ſuo: ⁊ crediderũt ſcripturę, ⁊ ſermóni quem dixit Jeſus. Quum autẽ eſſet Jeroſólymis in Paſcha in die feſto, multi crediderũt in nomine eius: videntes ſigna eius, quę faciebat. Jpſe autem Jeſus non credebat ſemetipſum eis: eó q ipſe noſſet omnes: ⁊ quia opus ei non erat, vt quis teſtimonium perhibéret de homine. Jpſe enim ſciebat, quid eſſet in homine. Offer.
Jubilate Deo omnis terra: iubilate Deo omnis terra: ſeruite dño in lętitia: intrate in cõſpectu eius in exultatione: quia dominus ipſe eſt deus. Secre.
OBlatum tibi domine ſacrificium viuificet nos ſemper ⁊ múniat. Per do. Cómu.
Ab occultis meis múda me dñe: ⁊ ab alienis parce ſeruo tuo. Poſtcómu.
SVmptis domine ſalutaribus ſacramentis: ad redemptionis ęternę quęſumus proficiamus augmentum. Per dominũ noſtrum. Super populum.
DEprecationem noſtrã quęſumus domine benignus exaudi: ⁊ quibus ſupplicandi pręſtas

ſtas affectum: tribue defenſionis auxilium. Per dominum.

¶ Feria.iij.Statio ad ſanctum Laurentium in damaſo.Introi.



Xaudi deus orationẽ meam: ⁊ ne deſpexeris deprecationem meam: intende in me, ⁊ exaudi me. ps.

Contriſtatus ſuz in exercitatione mea: ⁊ cõturbatus ſum á voce inimici: ⁊ á tribulatione peccatoris. ℣. Gloria. Oĩo.

Sacrę nobis queſumus domine obſeruationis ieiunia: ⁊ pię conuerſationis augmentuz: ⁊ tuę propitiationis continuum pręſtent auxilium. Per dominũ.

Lectio libri Exodi.xxxij.Cap.

In diebus illis: Locutꝰ eſt dñs ad Moyſén, dicens. Deſcende de monte: quia peccauit populꝰ tuus: quẽ eduxiſti de terra Aegypti. Receſſerunt cito de via: quã oſtendiſti eis: feceruntq; ſibi vitulum conflatilẽ, ⁊ adorauerunt: atq; immolantes ei hoſtias dixerunt. Iſti ſunt dij tui Iſraél: qui te eduxerunt de terra Aegypti. Rurſumq; ait dñs ad Moyſén. Cerno ꝙ populus iſte durę ceruicis ſit: dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos: ⁊ déleam eos: faciamq; te in gentem magnã. Moyſés autem orabat dominum Deũ ſuum, dicens. Cur dñe iráſcitur furor tuus contra populuz tuum, quem eduxiſti de terra Aegypti in fortitudine magna, ⁊ in manu robúſta? Ne queſo dicát Aegyptij: cállidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, ⁊ delére t de terra. Quieſcat ira tua: ⁊ eſto placabilis ſuper nequitia populi tui. Recordáre Abrahám, Iſaác ⁊ Iſraél ſeruorũ tuorum: quibus iuraſti per temetipſum, dicés. Multiplicabo ſemen veſtruz ſicut ſtellas cęli: ⁊ vniuerſam terram hanc, de qua locutuſ ſum dabo ſemini veſtro: ⁊ poſſidebitis eam ſemper. Placátuſq; eſt dominus: ne faceret malum quod locutꝰ fuerat aduerſus populũ ſuum: ⁊ miſertus eſt populo ſuo dñs deus noſter. Grad.

Exurge dñe fer opem nobis: ⁊ libera nos propter nomen tuũ. ℣. Deꝰ auribus noſtris audiuimꝰ: patres noſtri annuntiauerũt nobis, opus quod operatꝰ es in diebus eorũ, ⁊ in diebꝰ antiquis.

Secundum Ioannem. vij. Ca.



In illo tépore: Iam die feſto mediáte aſcédit Ieſuſ in téplũ: ⁊ docebat: ⁊ mirabãtur Iudęi dicentes. Quomodo hic literas ſcit, quum non didicerit? Reſpondit eis Ieſuſ, ⁊ dixit. Mea doctrina non eſt mea: ſed eiuſ qui miſit me. Siquis volúerit

rit voluntatẽ eius facere: cognoſcet de doctrina mea: vtrum ex Deo ſit, an ego á meipſo loquar. Qui á ſemetipſo loquitur gloriã propriã querit: Qui autem querit gloriam eius qui miſit illum: hic verax eſt: ⁊ iniuſtitia in illo nõ eſt. Nonne Moyſés dedit vobiꝭ legẽ: ⁊ nemo ex vobis facit legẽ? Quid me queritis interficere? Reſpondit turba ⁊ dixit. Demónium habes. Quis te querit interficere? Reſpondit Jeſus, ⁊ dixit eis. Vnuꝫ opus feci, ⁊ omnes mirámini. Proptérea Moyſés dedit vobis circunciſioneꝫ: non quia ex Moyſé eſt: ſed ex patribus: ⁊ in ſabbatho circunciditis hominem. Si circunciſionẽ áccipit homo in ſabbatho: vt nõ ſoluatur lex Moyſi: mihi indignámini, quia totuꝫ hominẽ ſanum feci in ſabbatho? Nolite iudicare ſecundũ faciẽ: ſed iuſtum iudiciuꝫ iudicate. Dicebãt ergo quidam ex Jeroſólymiꝭ. Nonne hic eſt quẽ querunt Judei interficere? Ecce palam loquitur, ⁊ nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouerunt principes: qꝛ hic eſt Chriſtus? Sed hunc ſcimus vnde ſit. Chriſtus autẽ quũ vénerit, nemo ſcit vnde ſit. Clamabat ergo docens in templo Jeſus, ⁊ dicens. Et me ſcitis: ⁊ vnde ſim ſcitis: ⁊ á meipſo nõ veni: ſed eſt veruꝭ qui miſit me: queꝫ vos neſcitis. Ego ſcio eum: ⁊ ſi dixero quia neſcio eum: ero ſimilis vobis mendax.

M.M.

Sed ſcio euꝫ, quia ab ipſo ſum: ⁊ ipſe me miſit. Querebant ergo euꝫ apprehéndere: ⁊ nemo miſit in illum manus: quia nondũ venerat hora eius. De turba auteꝫ multi crediderũt in eum. **Offer.**

Expectans expectaui dominum: ⁊ reſpexit me: ⁊ exaudiuit deprecationem meam: ⁊ immiſit in os meum canticum nouum: hymnuꝫ deo noſtro. **Secre.**

Hec hoſtia domine queſumus, emundet noſtra delicta: ⁊ ad ſacrificium celebrandũ, ſubditorum tibi corpora, menteſq; ſanctificet. Per. **Cõmu.**

Letabimur in ſalutari tuo: ⁊ in nomine dei noſtri magnificabimur. **Poſtcõ.**

Huius nos domine perceptio ſacramenti mundet á crimine, ⁊ ad celeſtia regna perducat. Per. **Super populum.**

Miſerere domine populo tuo: ⁊ continuis tribulationibus laborantem, propitius reſpiráre concede. Per domi.

¶ **Feria quarta: Statio ad ſanctum Paulum. Introitus.**

Dum ſanctificatus fuero in vobis: cõgregabo vos de vniuerſis terris: ⁊ effundam ſuper vos aquã mundaꝫ: ⁊ mundabímini ab omnibus inquinamentis veſtris: ⁊ dabo vobis ſpiritum nouum. **Ps.** Benedicam dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. **℣.** Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpi. Oremus.

Flectamus genua. Leuate. Orõ.

DEus qui ⁊ iuſtis pꝛemia meritoꝝ: ⁊ peccatoꝛibus per ieiunium veniam pꝛebes: miſerere ſupplicibus tuis: vt reatus noſtri cõfeſſio indulgentiam valeat percipere delictoꝛum. Per.

Lcõ Ezechielis ꝓphetę.xxxvj.c.

HAec dicit dñs deus. Sanctificabo nomen meũ magnum: quod pollutum eſt inter gẽtes: quod polluiſtis in medio earuꝫ: vt ſciant gentes: quia ego dñs: quum ſanctificatuſ fuero in vobis coꝛam eis. Tollam quippe vos de gentibus: ⁊ congregabo vos de vniuerſis terris: ⁊ adducam vos in terram veſtram: ⁊ effundã ſuper vos aquã mundã: ⁊ mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris: ⁊ ab omnibus idolis veſtriſ mũdabo vos: ⁊ dabo vobis coꝛ nouum: ⁊ ſpiritum nouũ ponã in medio veſtri: ⁊ auferam coꝛ lapideuꝫ de carne veſtra: ⁊ dabo vobis coꝛ carneũ: ⁊ ſpiritum meum ponã in medio veſtri: ⁊ faciam vt in pꝛeceptis meis ambulẽtiſ: ⁊ iudicia mea cuſtodiatis, ⁊ operemini: ⁊ habitabitis in terra, quam dedi patribus veſtris: ⁊ eritis mihi in populum: ⁊ ego ero vobis in Deũ: dicit dñs omnipotens. Grad.

Venite filij audite me: timoꝛẽ dñi docebo vos. ℣. Accedite ad eũ, ⁊ illuminamini: ⁊ facies veſtrę nõ confundẽtur.

Hic dicitur Dominus vobiſcũ. ſine Flectamus genua. Oratio.

PReſta queſumus omnipotens deus: vt quos ieiunia votiua caſtigant: ipſa quoqꝫ deuotio ſancta lętificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cęleſtia capiamuſ. Per dominum.

Lectio Iſaię pꝛophetę.j. Cap.

HAec dicit dñs. Lauamini: mundi eſtote: auferte malum cogitationuꝫ veſtrarum ab oculis meis: quieſcite agere peruerſe: diſcite benefacere: quęrite iudicium: ſubuenite oppꝛeſſo: iudicate pupillo: defendite viduã: ⁊ venite ⁊ arguite me, dicit dominus. Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: Et ſi fuerint rubꝛa quaſi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis ⁊ audieritis me, bona terrę comedetis: dicit dominus omnipotens. Gradua.

Beata gens cuius eſt dñs deus eoꝝ: populuſ quẽ elegit dñs in hereditatem ſibi. ℣. Verbo domini cęli firmati ſunt: ⁊ ſpiritu oꝛis eius omnis virtus eoꝝ.

Secundum Ioannem.ix. Cap.



IN illo tempore: Pręteriens Ieſus, vidit hominẽ cęcũ á natiuitate: ⁊ interrogauerunt eũ diſcipuli eius. Rabbi: quis peccauit: hic aut parentes eius: vt cęcus naſceretur? Reſpon-

Reſpondit Jeſus. Neq3 hic pec-
cauit, neq3 parentes eius: ſed vt
manifeſtentur opera Dei in illo.
Me opoꝛtet operari opera eius
qui miſit me:donec dies eſt. Ve-
nit nox:quádo nemo poteſt ope-
rari. Quámdiu in mũdo ſum:lux
ſum mundi. Hęc quum dixiſſet,
éxpuit in terram: ⁊ fecit lutum ex
ſputo: ⁊ liniuit lutum ſuper ocu-
los eius,⁊ dixit ei. Vade ⁊ laua in
natatória Siloé: quod interpꝛe-
tatur miſſus. Abijt ergo ⁊ lauit:⁊
venit videns. Itaq3 vicini,⁊ qui
viderát eum pꝛius: quia mendi-
cus erat: dicebát. Nonne hic eſt
qui ſedebat, ⁊ mendicábat? Alij
dicebant,quia hic eſt: alij autem,
nequaquam:ſed ſimilis eius eſt.
Ille vero dicebat:quia ego ſum.
Dicebant ergo ei. Quomodo
aperti ſunt tibi oculi? Reſpõdit.
Ille homo,qui dicitur Jeſus,lu-
tum fecit:⁊ vnxit oculos meos:⁊
dixit mihi: vade ad natatóriam
Siloe,⁊ laua: ⁊ abij, ⁊ laui, ⁊ vidi.
Dixerunt ergo ei. Vbi eſt ille?
Ait,neſcio. Addúcunt eũ ad pha
riſęos,qui cęcus fúerat. Erat aũt
ſabbathum,quando lutum fecit
Jeſus,⁊ apéruit oculos ei⁹. Ite-
rum ergo interrogabant eũ pha
riſei,quomodo vidiſſet. Ille au-
tem dixit eis. Lutum poſuit mi-
hi ſuper oculos: ⁊ laui, ⁊ video.
Dicebant ergo ex phariſeis qui-
dam. Non eſt hic homo á Deo:
qui ſabbathum nõ cuſtodit. Alij
aũt dicebant. Quomodo poteſt

homo peccatoꝛ hęc ſigna face-
re? Et ſchiſma erat inter eos. Di-
cunt ergo cęco iterum. Tu quid
dicis de eo qui aperuit oculos
tuos? Ille autem dixit:quia pꝛo-
pheta eſt. Non crediderũt ergo
Judęi de illo:quia cęcus fuiſſet, ⁊
vidiſſet: donec vocauerunt pa-
rentes eius qui viderat: ⁊ inter-
rogauerunt eos dicentes. Hic
eſt filius veſter, quẽ vos dicitis,
quia cęcus nat⁹ eſt? Quomodo
ergo nunc videt? Reſponderũt
eis parentes eius, ⁊ dixerunt.
Scimus, quia hic eſt fili⁹ noſter:
⁊ quia cęcus natus eſt: Quomo-
do autē nunc videat neſcimus:
aut quis ei⁹ aperuit oculos nos
neſcimus. Ipſum interrogate,
ętaté habet: ipſe de ſe loquatur.
Hęc dixerũt parentes eius:quia
timebát Judęos. Jam enim cõ-
ſpiráuerát Judęi: vt ſiquis eum
confiteretur Chꝛiſtũ:extra ſyna-
gogam fieret. Pꝛoptérea paren
tes eius dixerunt: quia ętaté ha-
bet,ipſum interrogate. Vocaue-
runt ergo rurſum hominem qui
fuerat cęcus:⁊ dixerũt ei. Da glo
riam Deo. Nos ſcimus,quia hic
homo peccatoꝛ eſt. Dixit ergo il
le. Si peccatoꝛ eſt neſcio: vnum
ſcio:quia quum eſſem cęcus,mo
do video. Dixerunt ergo illi.
Quid fecit tibi? Quomodo ape-
ruit tibi oculos? Reſpondit eis.
Dixi vobis iam,⁊ audiſtis. Quid
iterum vultis audire? Nunquid
⁊ vos vultis diſcipuli eius fieri?

Maledixerūt ergo ei, ꝛ dixerūt. Tu diſcipulus illius ſis: nos autem Moyſi diſcipuli ſumꝰ. Nos ſcimus quia Moyſi locutus eſt deus: hunc autem neſcimus vnde ſit. Reſpondit ille homo, ꝛ dixit eis. In hoc enim mirabile eſt: quia vos neſcitis vnde ſit: ꝛ apéruit oculos meos. Scimus autē quia peccatores deus nō audit: ſed ſiquis dei cultor eſt, ꝛ voluntatem eius facit: hunc exaudit. A ſeculo non eſt auditum: quia apéruit quis oculos ceci nati. Niſi eſſet hic homo á Deo, non poterat facere quicquā. Reſpondérunt ꝛ dixerūt ei. In peccatis natus es totus: ꝛ tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Jeſus quia eiecerunt eum foras: ꝛ quum inueniſſet eum dixit ei. Tu credis in filiū Dei? Reſpondit ille, ꝛ dixit. Quis eſt domine, vt credam in eum? Et dixit ei Jeſus. Et vidiſti eum: ꝛ qui loquitur tecum ipſe eſt. At ille ait. Credo domine. Et prócidens adorauit eum. Offertoriū.

Benedicite gentes dn̄m deū noſtruꝫ: ꝛ obaudite vocem laudis eius: qui poſuit animā meā ad vitā: ꝛ non dedit cōmouéri pedes meos: benedictus dn̄s, qui nō amóuit deprecationem meam, ꝛ miſericordiam ſuam á me. Secre.

Supplices te rogamus omnipotens deuſ: vt his ſacrificijs peccata noſtra mundentur: quia tunc verā nobis tribuis ꝛ mētis ꝛ corporis ſanitatē. Per. Com.

Lutum fecit ex ſputo dominus: ꝛ liniuit oculos meos: ꝛ abij, ꝛ laui, ꝛ vidi: ꝛ credidi Deo. Poſtcommunio.

Sacramenta quę ſumpſimus domine deus noſter, ꝛ ſpiritualibus nos rēpleant alimentis: ꝛ corporalibus tueantur auxilijs. Per. Super populum.

Pateant aures miſericordię tuę domine precibus ſupplicantium: ꝛ vt petentibus deſyderata concedas: fac eos quę tibi ſunt placita poſtulare. Per.

¶ Feria quinta: Statio ad ſanctum Syluestrum. Introitus.



Aetetur cor querētiū dominuꝫ: querite dominuꝫ ꝛ confirmámini: querite faciez eius ſemper. Ps. Confitemini domino, ꝛ inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. ℣. Gloria patri ꝛ filio. Oratio.

Preſta queſumus omnipotens deus: vt quos ieiunia votiua caſtigant: ipſa quoqꝫ deuotio ſancta lętificet: vt terrenis affectibus mitigatis: facilius cęleſtia capiamuſ. Per dominum.

Lectio libri Reguꝫ quarti ca. iiij.

In diebus illis: Venit mulier Sunamitis ad Eliſeuꝫ in montem Charmēli. Quumqꝫ vidiſſet eam vir dei decontra, ait ad Giezi puerū ſuū. Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occurſum

eius:

eius: ⁊ dic ei. Recte ne agitur circa te, ⁊ circa virum tuum, ⁊ circa filium tuum? Que reſpondit: Recte. Quumqꝫ veniſſet ad virum Dei in montem, appꝛehendit pedes eius: Et acceſſit Giezi: vt amouéret eá: ⁊ ait homo Dei. Dimitte illam. Anima enim ei⁹ in amaritudine eſt: ⁊ dñs celauit á me: ⁊ non indicauit mihi. Que dixit illi. Nunquid petiui filiuz á dño meo? Nunquid nõ dixi tibi: ne illudas me? Et ille ait ad Giezi. Accinge lumbos tuos: ⁊ tolle báculum meum in manu tua: ⁊ vade. Si occúrrerit tibi homo, nõ ſalútes eum: ⁊ ſi ſalutáuerit te quiſpiam, non reſpóndeas illi: ⁊ pones baculum meũ ſuper faciẽ pueri. Pórro mater pueri ait. Viuit dñs, ⁊ viuit anima tua, nõ dimittã te. Surrexit ergo, ⁊ ſecutus eſt eam. Giezi autẽ pꝛecéſſerat ante eos: ⁊ poſúerat báculum ſuper faciem púeri: ⁊ non erat ei vox, neqꝫ ſenſus. Reuerſuſqꝫ eſt Giezi in occurſuz eius: ⁊ nunciauit ei, dicens. Non ſurrexit puer. Ingreſſus eſt ergo Eliſeus domum: ⁊ ecce puer, moꝛtuus iacebat in léctulo eius: ingreſſuſqꝫ clauſit óſtium ſuper ſe, ⁊ ſup púerum: ⁊ oꝛauit ad dñm: ⁊ aſcendit, ⁊ incúbuit ſuper puerũ: poſuitqꝫ os ſuum ſuper os eius: ⁊ oculos ſuos ſuper oculoꝫ eius: ⁊ manus ſuas ſuper manus eius: ⁊ incuruauit ſe ſup eum: ⁊ calefacta eſt caro pueri. At ille reuerſus deambulauit in domo ſemel huc atqꝫ illuc: ⁊ aſcendit, ⁊ incúbuit ſuper eum: ⁊ oſcitáuit puer ſépties: aperuitqꝫ oculos ſuos. At ille vocauit Giezi, ⁊ dixit ei. Voca ſunamitem hanc. Que vocata, ingreſſa eſt ad eum. Cui ait. Tolle filiũ tuum. Venit autem illa, ⁊ cóꝛruit ad pedes eius: ⁊ adoꝛauit eum ſuper terram: tulitqꝫ filium ſuum, ⁊ egreſſa eſt. Eliſeus vero reuerſus eſt in Gálgala. Graduale.

R. éſpice dñe in teſtamentũ tuuz: ⁊ animas páuperũ tuoꝛum ne obliuiſcaris in finẽ. V. Exurge dñe iudica cauſaz tuã: memoꝛ eſto oppꝛobꝛij ſeruoꝛum tuoꝛũ.

Secundum Lucam. vii. Cap.



IN illo tépoꝛe: Ibat Ieſuz in ciuitatez, que vocatur Naim: ⁊ ibát cum illo diſcipuli ei⁹: ⁊ turba copioſa. Quum autem appꝛopinquaret poꝛte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſue. Et hec vidua erat: ⁊ turba ciuitatis multa cum illa. Quam quum vidiſſet Ieſus, miſericoꝛdia motuꝫ ſuper eam dixit illi. Noli flere. Et acceſſit, ⁊ tétigit lóculum (hi autem qui poꝛtabant ſtetérunt) ⁊ ait. Adoleſcens, tibi dico ſurge. Et reſédit qui erat moꝛtuus: ⁊ cepit loqui: ⁊ dedit illum ma-

triſuę. Accepit autem omnes timor: ⁊ magnificabant Deum, dicentes: Quia propheta magnus ſurrexit in nobis: ⁊ quia deus viſitauit plebem ſuam. Offerto.

Domine in adiutorium meum feſtina: confundantur omnes aduerſum me: qui cogitant ſeruis tuis mala. Secre.

PUrifica nos miſericors de⁹: vt eccleſię tuę preces, quę tibi gratę ſunt, pia munera deferentes: fiant expiátis mentibus gratiores. Per domi. Cómu.

Domine memorabor iuſtitię tuę ſolius: de⁹ docuiſti me á iuuentute mea: ⁊ vſqȝ in ſenectam ⁊ ſénium deus ne derelinquas me. Poſtcómunio.

COeleſtia dona capientibus quęſumus dñe non ad iudicium prouenire patiaris: quę fidelibus tuis ad remedium prouidiſti. Per dominum noſtrum Jeſum Chri. Super populum.

POpuli tui deus inſtitutor ⁊ rector: peccata quib⁹ impugnatur expelle: vt ſemp tibi plácitus: ⁊ tuo munímine ſit ſecur⁹.

¶ Feria ſexta: Statio ad ſanctum Euſebium. Introitus.



Editatio cordis mei in cõſpectu tuo ſemper: dñe adiutor me⁹, ⁊ redemptor me⁹. ps. Celi enarrãt gloriam Dei: ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria pa. Oratio.

DEus qui ineffabilib⁹ mundum rénouas ſacramentis: pręſta quęſumus: vt eccleſia tua ęternis proficiat inſtitútis: ⁊ temporalibus non deſtituatur auxilijs. Per dominũ noſtrum.

Lectio libri Regũ tertij.ca.xvij.

IN dieb⁹ illis: Aegrotauit fili⁹ mulieris matrisfamilias: ⁊ erat langor fortiſſimus: ita vt non remanéret in eo hálitus. Dixit ergo ad Eliam. Quid mihi ⁊ tibi vir Dei? Ingreſſus es ad me, vt rememorarent̃ iniquitates meę: ⁊ interficeres filiũ meum? Et ait ad eam Elias. Da mihi filiũ tuũ. Tulitqȝ eum de ſinu illíus: ⁊ portauit in cęnaculuȝ vbi ipſe manebat: ⁊ poſuit ſuper lectum ſuum: ⁊ clamauit ad dñm, ⁊ dixit. Dñe deus meus: etiam ne viduam apud quam ego vtcunqȝ ſuſtentor afflixiſti: vt interficeres filiuȝ eius? Et expandit ſe, atqȝ menſus eſt ſuper púerum tribus vicibus: clamauitqȝ ad dominum, ⁊ dixit. Domine deus meus: reuertatur óbſecro anima pueri huius in viſcera eius. Exaudiuit autem dñs vocem Elię: ⁊ reuerſa eſt anima púeri intra eum, ⁊ reuixit. Tulitqȝ Elias púerum: ⁊ depoſuit euȝ de cęnaculo in inferiorem domum: ⁊ trádidit matri ſuę: ⁊ ait illi. En viuit filius tuus. Dixitqȝ mulier ad Eliam. Nunc in iſto cognoui, quoniam vir Dei es tu: ⁊ verbum domini in ore tuo verum eſt. Gradua.

Bonum

Bonum eſt cõfidere in domino: quam confidere in homine. ℣. Bonũ eſt ſperare in dño: quã ſperare in principibus.

Secundum Joannem. xj. Cap.



In illo tẽpore: Erat quidam langués Lazarꝰ á Bethánia: de caſtello Marię ⁊ Marthę ſororum eius. Maria aũt erat, quę vnxit dñm vnguento: ⁊ extérſit pedes eius capillis ſuis: cuius frater Lazarus infirmabatur. Miſerunt ergo ſorores eius ad euꝫ, dicentes. Domine, ecce quem amas infirmatur. Audiens autem Jeſus, dixit eis. Infirmitas hęc non eſt ad mortem: ſed pro gloria Dei: vt glorificetur filius Dei per eam. Diligebat aũt Jeſus Martham, ⁊ ſororem eius Mariam, ⁊ Lazarũ. Vt ergo audiuit, quia infirmabatur: tunc quidẽ manſit in eodem loco duobꝰ diebus. Deinde poſt hęc dicit diſcipulis ſuis. Eamus in Judęam iterum. Dicunt ei diſcipuli. Rabbí, nunc quęrebãt te Judęi lapidáre: ⁊ iteruꝫ vadis illuc? Reſpondit Jeſus. Nonne duodecim horę ſunt diei? Si quis ambuláuerit in die, non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si aũt ambuláuerit in nocte, offendit: quia lux nõ eſt in eo. Hęc ait: ⁊ poſt hęc dicit eis. Lazarus amicus noſter dormit: ſed vado vt á ſomno excitem eum. Dixerunt ergo diſcipuli eius. Dñe ſi dormit ſaluus erit. Dixerat autẽ Jeſus de morte eius: illi autem putauerunt: quia de dormitione ſomni diceret. Tunc ergo dixit eis Jeſus manifeſte. Lazarus mortuus eſt: ⁊ gaudeo propter vos: vt credatis: quoniam nõ eram ibi: ſed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus ad condiſcipulos. Eamus ⁊ nos, ⁊ moriamur cum eo. Venit itaqꝫ Jeſus, ⁊ inuénit eum quatuor dies iam in monumento habentẽ. Erat autẽ Bethánia iuxta Jeroſólymaꝫ quaſi ſtadijs quindecim. Multi autem ex Judęis venerãt ad Marthã ⁊ Mariam: vt cõſolarentur eas de fratre ſuo. Martha ergo, vt audiuit quia Jeſus venit: occurrit illi: Maria aũt domi ſedebat. Dixit ergo Martha ad Jeſum. Dñe ſi fuiſſes hic, frater meus nõ fuiſſet mortuus. Sed ⁊ nunc ſcio: quia quęcunqꝫ popóſceris á Deo, dabit tibi deus. Dicit illi Jeſus. Reſurget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio, quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die. Dicit ei Jeſus. Ego ſum reſurrectio ⁊ vita. Qui credit in me, etiã ſi mortuus fuerit, viuet: ⁊ omnis qui viuit ⁊ credit in me, non morietur in ęternum. Credis hoc? Ait illi. Vtique dñe. Ego crédidi quia

quia tu es Chriſtus filius Dei vi ui:qui in hunc mundum veniſti. Et quum hęc dixiſſet: abijt ⁊ vocauit Mariã ſororẽ ſuaʒ ſilentio, dicens. Magiſter adeſt, ⁊ vocat te. Illa aũt vt audiuit,ſurrexit cito:⁊ venit ad eum. Nondũ enim venerat Jeſus in caſtellũ:ſed erat adhuc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha. Judęi ergo qui erãt cuʒ ea in domo,⁊ cõſolabantur eam:quum vidiſſent Mariã, qꝛ cito ſurrexit ⁊ exijt: ſecuti ſunt eam dicentes:quia vadit ad monumentum:vt ploret ibi. Maria ergo quum veniſſet vbi erat Jeſus: vidẽs eum cecidit ad pedes eius:⁊ dixit ei. Dñe ſi fuiſſes hic, non eſſet mortuus frater meus. Jeſus ergo vt vidit eam plorantem:⁊ Judęos qui venerant cum ea plorantes: infremuit ſpiritu, ⁊ turbauit ſemetipſum: ⁊ dixit. Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei. Dñe veni ⁊ vide. Et lachrymatꝰ eſt Jeſus. Dixerunt ergo Judęi. Ecce quomodo amabat eum. Quidam autẽ ex ipſis dixerunt. Nõ poterat hic, qui aperuit oculos cęci nati, facere, vt ⁊ hic non moreretur? Jeſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo, venit ad monumentũ. Erat aũt ſpelunca: ⁊ lapis ſuperpoſitus erat ei. Ait Jeſus. Tollite lapidem. Dicit ei Martha ſoror eius qui mortuus fuerat. Dñe iam fętet:quatriduanꝰ enim eſt. Dicit ei Jeſus: Nonne dixi tibi,quoniã ſi credideris, videbis gloriã Dei? Tulerũt ergo lapidẽ. Jeſus autem eleuatis oculis ſurſum dixit. Pater gratias ago tibi, quoniã audiſti me. Ego auteʒ ſciebam quia ſemper me audis:ſed propter populum qui circunſtat dixi:vt credant, qꝛ tu me miſiſti. Hęc quuʒ dixiſſet: voce magna clamauit. Lazare veni foras. Et ſtatim prodijt qui fuerat mortuus ligatꝰ manꝰ ⁊ pedes inſtitis: ⁊ facies illiꝰ ſudario erat ligata. Dicit eis Jeſus. Soluite eum,⁊ ſinite abire. Multi ergo ex iudęis qui venerãt ad Mariã ⁊ Marthã,⁊ viderãt quę fecit Jeſus,crediderũt in eum. Offer.

Populum humilem ſaluũ facies dñe: ⁊ oculos ſuperboruʒ humiliabis: quoniaʒ quis deus pręter te dñe? Secre.

Munera nos domine quę ſumus oblata purificent: ⁊ te nobis iugiter faciant eſſe placatum. Per dominum. Comu.

Vidẽs dñs flentes ſorores Lazari ad monumentum,lachrymatus eſt coram Judęis:⁊ clamabat, Lazare veni foras: ⁊ prodijt ligatis manibꝰ ⁊ pedibus:qui fuerat quatriduanꝰ mortuus. Poſtco.

Hęc nos q̃s dñe participatio ſacramẽti, ⁊ a proprijs reatibus indeſinenter expediat: ⁊ ab omnibus tueatur aduerſis. Per do. Super populum orõ.

Da quęſumus omnipotens Deus: vt qui infirmitatis noſtrę conſcij,de tua virtute confidimus: ſub tua ſemper pietate gaudeamus. Per dominũ no.

¶ Sabba-

¶ Sabbatho: Statio ad ſanctũ Nicolaum in carcere. Introitus.

Sitientes venite ad aquas, dicit dominus: ⁊ qui non habetis precium, venite ⁊ bibite cum lętitia. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. ℣. Gloria patri. Oratio.

Fiat dñe queſumus per gratiam tuaꝫ fructuoſus noſtrę deuotionis affectus: quia tunc nobiꝫ proderũt ſuſcepta ieiunia: ſi tuę ſint placita pietati. Per.

Lectio Iſaię prophetę. xlix. Ca.

Hec dicit dñs. In tempore placito exaudiui te: ⁊ in die ſalutis auxiliatus ſum tui: ⁊ ſeruaui te: ⁊ dedi te in fędus populi: vt ſuſcitares terram: ⁊ poſſideres hęreditates diſſipatas: vt diceres his qui vincti ſunt, exite: ⁊ his qui in tenebriꝫ, reuelamini. Super vias paſcentur: ⁊ in omnibus planis paſcua eoruꝫ. Non eſurient neqꝫ ſitient amplius: ⁊ non percutiet eos ęſtus aut ſol: quia miſerator eorũ reget eos: ⁊ ad fontes aquarũ portabit eos. Et ponaꝫ omnes montes meos in viam: ⁊ ſemitę meę exaltabuntur. Ecce iſti delonge venient: ⁊ ecce illi ab aquilone ⁊ mari: ⁊ iſti de terra auſtrali. Laudate cęli, ⁊ exultet terra: iubilate monteꝫ laudem: quia conſolatuꝫ eſt dñs populum ſuum: ⁊ pauperũ ſuorum miſerebitur. Et dixit Sion. Dereliquit me dñs: ⁊ dñs oblitus eſt mei. Nũquid obliuiſci poteſt mulier infantẽ ſuum: vt nõ miſereat filio uteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit: ego tamen non obliuiſcar tui: dicit dñs omnipotẽs. Grad.

℣. Tibi domine derelictus eſt pauper: pupillo tu eris adiutor. ℣. Ut quid domine receſſiſti longe? deſpicis in opportunitatibus in tribulatione: dum ſuperbit impius, incenditur pauper.

Secundum Ioannem. viii.



In illo tempore: Dicebat Ieſuſ turbis iudeorum. Ego ſum lux mundi. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vitę. Dixerunt ergo ei Phariſei. Tu de teipſo teſtimoniũ perhibes: teſtimonium tuum non eſt verum. Reſpõdit Ieſus, ⁊ dixit eis. Et ſi ego teſtimoniũ perhibeo de meipſo, verum eſt teſtimoniũ meũ: quia ſcio vnde veni: ⁊ quo vado. Vos auteꝫ neſcitis vnde venio, aut quo vado. Vos ſecundũ carnem iudicatis: ego non iudico quemquã. Et ſi ego iudico, iudicium meũ verum eſt: quia ſolus non ſum: ſed ego ⁊ qui miſit me pater. Et in lege veſtra ſcriptum eſt: quia duorum hominuꝫ teſtimoniũ

monium verum eſt. Ego ſum qui teſtimonium perhíbeo de meipſo: ⁊ teſtimonium pérhibet de me, qui miſit me pater. Dicebant ergo ei. Ubi eſt pater tuus? Reſpondit Jeſus. Neqꝫ me ſcitis: neqꝫ patrem meum. Si me ſcirétis: forſitan ⁊ patrem meum ſcirétis. Hec verba locutus eſt Jeſus in Gazophylácio, docens in templo: ⁊ nemo apprehendit eum: quia nondum vénerat hora eius. Offertorium.

Factus eſt dominus firmamentum meum, ⁊ refugium meum, ⁊ liberator meus: ſperabo in eum. Secreta.

Oblationibus noſtris quęſumus domine, placáre ſuſceptis: ⁊ ad te noſtras etiam rebélles compélle propitius voluntates. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtuꝫ filium. Cómu.

Dñs regit me, ⁊ nihil mihi décrit: in loco páſcuę ibi me collocauit: ſup aquã refectionis educáuit me. Poſtcom.

Hec nos domine quęſumus ſancta purificent: ⁊ operationis ſuę remedio, tibi faciant eſſe placátos. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpi. Super populum.

Deus qui ſperantibus in te miſereri potius eligis quã iraſci: da nobis digne flere mála quę fecimus: vt tuę conſolationis gratiam inuenire valeamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecũ.

Dñica de paſſione: Statio ad ſanctum Petrum. Introit⁹.



Judica me deus, ⁊ diſcerne cauſam meaꝫ de gente non ſancta: ab homine iniquo, ⁊ doloſo éripe me: quia tu es deus me⁹, ⁊ fortitudo mea. Ps. Emitte lucem tuam ⁊ veritatem tuam: ipſa me deduxerunt, ⁊ adduxerunt in montem ſanctum tuum, ⁊ in tabernacula tua. ℣. Gloria patri ⁊ filio. non dicitur ad introituꝫ vſqꝫ ad paſcha: niſi in miſſa de feſto ſi occurrerit: ſed finito pſalmo abſolute repetitur introitus. Oratio.

Quęſumus omnipotẽs de⁹ familiam tuam propitius réſpice: vt te largiente regatur in corpore: ⁊ te ſeruante cuſtodiatur in mente. Per do. Ab hac die vſqꝫ ad feriam quintam cenę domini poſt orationeꝫ dici dicitur oratio Eccleſię tuę vel Deus omnium fidelium. Epiſtola ad Hebreos. ix. Cap.

Fratres: Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorũ bonoruꝫ per ámplius, ⁊ perfectius tabernaculum non manufactuꝫ: ideſt non huius creationis: Neqꝫ per ſanguinem hircorum aut vitulorum: ſed per propriũ ſanguinem introiuit ſemel in ſancta: ęterna redemptione inuenta. Si enim ſanguis hircorum ⁊ taurorum, ⁊ cinis

cinis vitulę aſperſus inquinátos ſanctificat ad emundationē carnis: quāto magis ſanguis Chriſti: qui per ſpiritū ſanctū ſemetipſum óbtulit immaculatū Deo: emundabit cōſcientiā noſtrā ab operibus mortuis, ad ſeruiendū Deo viuenti? Et ideo noui teſtaméti mediátor eſt: vt morte intercedēte in redēptionē earū preuaricationū, q̄ erāt ſub priori teſtamento: repromiſſionē accípiant, qui vocati ſūt ęterne hęreditatis: in Chriſto Jeſu dn̄o noſtro. **Gra.**

Eripe me domine de inimicis meis: doce me facere voluntatem tuam. ℣. Liberator meus de gentibus iracundis: ab inſurgentibus in me exaltabis me: á viro iniquo erípies me. **Tract⁹.**

Sępe expugnauerunt me á iuuentute mea. ℣. Dicat nunc Jſraél, ſępe expugnauerunt me á iuuentute mea. ℣. Etenim nō potuerunt mihi: ſupra dorſum meū fabricauerunt peccatores. ℣. Prolongauerunt iniquitatem ſibi: dn̄s iuſtus concídet ceruices peccatorum.

Secundum Joannem. viij: Ca.



IN illo tempore: Dicebat Jeſus turbis Judęorū, ⁊ principibus ſacerdotum. Quis ex vobis árguet me de peccato? Si veritatē dico vobis: quare nō creditis mihi? Qui ex Deo eſt: verba Dei audit. Propterea vos nō auditis: quia ex Deo nō eſtis. Reſponderūt ergo Judei, ⁊ dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritánus es tu: ⁊ dęmoniū habes? Reſpondit Jeſus. Ego dęmoniū non habeo: ſed honorífico patrē meū: ⁊ vos inhonoraſtis me. Ego autem non quęro gloriam meam: eſt, qui quęrat, ⁊ iudicet. Amen amen dico vobis: ſiquis ſermonem meum ſeruáuerit: mortem non videbit in ęternū. Dixerunt ergo Judei. Nunc cognóuimus, quia dęmoniū habes. Abrahám mortuus eſt, ⁊ prophetę: ⁊ tu dicis: ſiquis ſermonem meum ſeruáuerit: mortem non guſtabit in ęternum. Nunquid tu maior es patre noſtro Abrahám, qui mortu⁹ eſt? Et prophetę mortui ſunt. Quem teipſū facis? Reſpondit Jeſus. Si ego glorifico meipſum: gloria mea nihil eſt. Eſt pater meus, qui glorificat me: quē vos dicitis, quia De⁹ veſter eſt: ⁊ non cognouiſtis eum. Ego autem noui eū: ⁊ ſi dixero quia neſcio eum: ero ſimilis vobis mendax. Sed ſcio eum: ⁊ ſermonem ei⁹ ſeruo. Abrahám pater veſter exultauit vt vidéret diem meū: vidit ⁊ gauiſus eſt. Dixerunt ergo Judęi ad eū. Quinquaginta annos nōdū habes, ⁊ Abrahám vidiſti? Dixit eis Jeſus. Amen amē dico vobis: antequā Abrahám fieret, ego ſum. Tulerūt ergo lapides Judęi: vt iácerent in eum.

eum. Jeſus autē abſcondit ſe: ⁊ exiuit de templo. Credo. Offer.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: retribue ſeruo tuo: vt viuam ⁊ cuſtodiam ſermones tuos: viuifica me ſecundum verbum tuū domine. Secr.

HAec munera q̄ſumus dñe, ⁊ vincula noſtrę prauitatis abſoluant: ⁊ tuę nobis miſericordię dona concilient. Per. Cōm.

Hoc corpus, quod pro vobis tradetur: hic calix noui teſtamenti eſt in meo ſanguine, dicit dominus: hoc facite, quotienſcunque ſumitis, in meam commemorationem. Poſtcommunio.

ADeſto nobis domine de⁹ noſter: ⁊ quos tuis myſterijs recreaſti: perpetuis defende preſidijs. Per dominum no.

¶ Feria ſecunda: Statio ad ſanctum Chryſogonum. Introit⁹.



Iſerere mihi domine, quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. ps. Cōculcauerūt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduerſum me. Oratio.

SAnctifica quęſumus domine noſtra ieiunia: ⁊ cunctarum nobis indulgentiam propitius largire culparum. Per domi.

Lectio Jonę prophetę.iij.Cap.

IN diebus illis: Factum eſt verbum domini ad Jonam prophetam ſecundò, dicens. Surge ⁊ vade in Niniuen ciuitatem magnam: ⁊ prędica in ea prędicationem quam ego loquar ad te. Et ſurrexit Jonas, ⁊ abijt in Niniuē, iuxta verbū domini. Et Niniuē erat ciuitas magna, itinere dierū trium. Et cępit Jonas introire in ciuitatem, itinere diei vnius: ⁊ clamauit ⁊ dixit. Adhuc quadraginta dies, ⁊ Niniuē ſubuertet̃. Et crediderunt viri Niniuitę domino: ⁊ prędicauerunt ieiunium: ⁊ veſtiti ſunt ſaccis á maiore vſque ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Niniuē: ⁊ ſurrexit de ſolio ſuo: ⁊ abiēcit veſtimentum ſuum á ſe: ⁊ indutus eſt ſacco: ⁊ ſedit in cinere: ⁊ clamauit ⁊ dixit: in Niniuē ex ore regis ⁊ principum eius, dicens. Homines, ⁊ iumenta, boues; ⁊ pecora, non guſtent quicquam: nec paſcantur: ⁊ aquam non bibant: ⁊ operiantur ſaccis homines, ⁊ iumenta: ⁊ clament ad dominum in fortitudine: ⁊ conuertatur vir á via ſua mala: ⁊ ab iniquitate, quę eſt in manibus eorum. Quis ſcit ſi conuertatur, ⁊ ignoſcat deus: ⁊ reuertatur á furore irę ſuę: ⁊ non peribimus? Et vidit deus opera eorum: quia conuerſi ſunt de via ſua mala: ⁊ miſertus eſt populo ſuo: dominus deus noſter. Graduale.

Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. ℣. Deus in nomine tuo ſaluum me fac: ⁊ in virtute tua iudica me.

Secun-

Secundum Joannem. vij. Ca.



In illo tempore: Miſerūt principes ⁊ phariſei miniſtros: vt apprehenderēt Jeſuꝫ. Dixit ergo eis Jeſus. Adhuc modicum tempus vobiſcū ſum: ⁊ vado ad eū qui miſit me. Quęretis me, ⁊ non inuenietis: ⁊ vbi ſum ego, vos non poteſtis venire. Dixerunt ergo Judęi ad ſemetipſos. Quo hic iturus eſt: quia non inueniemus eū? Nunquid in diſperſionē gentium iturus eſt: ⁊ docturus gētes? Quis eſt hic ſermo quē dixit: quęretis me, ⁊ non inuenietis: ⁊ vbi ſum ego, vos non poteſtis venire? In nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis, ſtabat Jeſus, ⁊ clamabat, dicens. Si quis ſitit veniat ad me: ⁊ bibat. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura: flumina de ventre eiꝰ fluent aquę viuę. Hoc autem dixit de ſpiritu, queꝫ accepturi erāt credētes in euꝫ. Offer.

Domine conuertere, ⁊ eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. Secreta.

Concede nobis domine deꝰ noſter: vt hęc hoſtia ſalutaris, ⁊ noſtrorum fiat purgatio peccatoruꝫ: ⁊ tuę propitiatio maieſtatis. Per dominuꝫ. Cōmu.

Dñs virtutū, ipſe eſt rex glię. Poſtc.

Sacramenti tui quęſumus domine participatio ſalutaris: ⁊ purificationem nobis tribuat, ⁊ medelaꝫ. Per do. Sup populū.

Da quęſumus domine populo tuo ſalutem mentis ⁊ corporis: vt bonis operibus inhęrendo: tua ſemper mereatur protectione defendi. Per domi.

¶ Feria tertia: Statio ad ſanctum Cyriacum. Introitus.



Expecta dominum: viriliter age, ⁊ cōfortetur cor tuuꝫ: ⁊ ſuſtine dominū. Ps. Dominus illuminatio mea, ⁊ ſalus mea, quem timebo? Oratio.

Noſtra tibi quęſumus domine ſint accepta ieiunia: quę nos, ⁊ expiando gratia tua dignos efficiant: ⁊ ad remedia perducant ęterna. Per domi.

Lectio Danielis prophetę. xiiij.

In diebus illis: Congregati ſunt Babylonij ad regem: ⁊ dixerunt ei. Trade nobis Danielem: qui Bel deſtruxit: ⁊ draconē interfecit. Alioquin interficiemus te, ⁊ domū tuaꝫ. Vidit ergo rex ꝙ irruerent in eum vehementer: ⁊ neceſſitate cōpulſus tradidit eis Danielem. Qui miſerunt eum in lacum leonum: ⁊ erat ibi ſex diebus. Porro in lacu erant leones ſeptem: ⁊ dabantur eis quotidie duo corpora, ⁊ duę oues.

oues. Et tunc non data ſunt eis: vt deuorarent Danielem. Erat aũt Abacuc propheta in Iudea: ⁊ ipſe coxerat pulmentum: ⁊ intriuerat panes in alueolo: ⁊ ibat in campū, vt ferret meſſoribus. Dixitq; angelus dñi ad Abacuc. Fer prandiũ quod habes in Babylonem Danieli: qui eſt in lacu leonum. Et dixit Abacuc. Dñe Babylonem non vidi: ⁊ lacum neſcio. Et apprehendit eū angelus dñi in vertice eius: ⁊ portauit eum capillo capitis ſui: poſuitq; eum in Babylonẽ ſuper lacū in impetu ſpiritus ſui: ⁊ clamauit Abacuc, dicẽs. Daniel ſerue dei, tolle prandium quod miſit tibi deus. Et ait Daniel. Recordat⁹ enim es mei dñe de⁹ meus: ⁊ nõ dereliquiſti diligentes te: Surgenſq; Daniel comedit. Porro angelus dñi reſtituit Abacuc cõfeſtim in locū ſuum. Venit ergo rex die ſeptima, vt lugeret Danielem: ⁊ venit ad lacum, ⁊ introſpexit: ⁊ ecce Daniel ſedẽs in medio leonum: ⁊ exclamauit rex voce magna, dicens: Magnus es dñe deus Danielis. Et extraxit eum de lacu: illos autem qui perditionis eius cauſa fuerant: intromiſit in lacū: ⁊ deuorati ſunt in momento coram eo. Tũc rex ait. Paueant omnes habitantes in vniuerſa terra Deum Danielis: quia ipſe eſt liberator ⁊ ſaluator: faciens ſigna, ⁊ mirabilia in celo, ⁊ in terra: qui liberauit Danielem de lacu leonum. Grad. Diſcerne cauſã meã dñe: ab homine iniquo ⁊ doloſo eripe me. ℣. Emitte lucẽ tuã ⁊ veritatẽ tuã: ipſa me deduxerunt: ⁊ adduxerũt in montẽ ſanctũ tuū.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Joannem.vij.Cap.



In illo tempore: Ambulabat Jeſus in Galileã. Nõ enim volebat i Judeam ambulare: q2 querebant eū Judei interficere. Erat autẽ in proximo dies feſtus Judeorum ſcenophegia. Dixerunt aũt ad eum fratres eius. Tranſi hinc, ⁊ vade in Judeam: vt ⁊ diſcipuli tui videant opera tua, que tu facis. Nemo quippe in occulto quicq̃ facit: ⁊ querit ipſe in palam eſſe. Si hec facis, manifeſta teipſum mundo. Neq; enim fratres eius credebãt in eum. Dicit ergo eis Jeſus. Tempus meum nondū aduenit: tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum. Non poteſt mundus odiſſe vos: me autem odit: quia ego teſtimoniũ perhibeo de illo: quia opera eius mala ſunt. Vos aſcendite ad diem feſtũ hunc: ego autem non aſcendam ad diem feſtum iſtum: quia tempus meū nondũ impletum eſt. Hec quum dixiſſet ipſe manſit in Galilea. Vt autē aſcende-

runt

runt fratres eius: tūc ⁊ ipſe aſcen
dit ad diem feſtum non manife-
ſte: ſed quaſi in occulto. Judei er
go querebant eum in die feſto, ⁊
dicebant. Ubi eſt ille? Et mur-
mur multus erat de eo in turba.
Quidam enim dicebāt: quia bo-
nus eſt: Alij autē dicebant: non,
ſed ſedúcit turbas. Nemo tamen
palam loquebatur de illo, pro-
pter metum Judeorum. Offer.
Sperent in te omnes qui nouerunt no
men tuum domine: quoniam non de-
relinquis querentes te: pſallite domino
qui habitat in Sión: quoniam non eſt
oblitus orationes pauperum. Secre.
Hoſtias tibi domine deféri-
mus immolandas: que no
bis temporalem conſolationem
ſignificent: vt promiſſa non de-
ſperemus eterna. Per dominū
noſtrum Jeſum Chriſtū. Cōm.
Rédime me deus Iſraél ex omnibus
anguſtijs meis. Poſtcōmunio.
Da queſumus omnipotens
deus: vt que diuina ſunt
iugiter exequentes: donis me-
reamur celeſtibus propinquare.
Per dominum noſtrum Jeſum
Chriſtum filiū tuum, qui tecum
viuit ⁊ reg. Super populum.
Da nobis queſumus domi
ne perſeuerantem in tua
voluntate famulátum: vt in die-
bus noſtris ⁊ merito ⁊ numero
populus tibi ſeruiens augeatur.
Per dominum noſtrum Jeſum
Chriſtum filiū tuum, qui tecum
viuit ⁊ regnat in vnitate ſpirit⁹.
M.M.

¶ Feria quarta: Statio ad ſan-
ctum Marcellum. Introitus.
Liberator me
us de genti-
b⁹ iracundis:
⁊ ab inſurgē
tibus in me
exaltabis me:
á viro iniquo
eripies me do
mine. Ps. Díligam te dñe fortitudo
mea: dñs firmamentum meum, ⁊ refu-
gium meum, ⁊ liberator meus. Oro.
Sanctificato hoc ieiunio deus
tuorum corda fidelium miſe-
rator illuſtra: ⁊ quibus deuotio-
nis preſtas affectum: prebe ſup-
plicantibus pium benignus au-
ditum. Per dominū noſtrum.
Lectio libri Leuitici. xix. Cap.
In diebus illis: Locut⁹ eſt dñs
ad Moyſén dicens. Lóquere
ad vniuerſum cetum filiorum
Iſraél: ⁊ dices ad eos. Ego dñs
deus veſter. Nō facietis furtum:
non mentiémini: nec decipiat
vnuſquiſq; proximū ſuū. Non
periurabis in nomine meo: nec
pólluees nomen Dei tui: ego do-
minus. Non facies calúmniam
proximo tuo: nec vi ópprimes
eum. Non morabitur opus mer
cenarij tui apud te vſque mane.
Nō maledices ſurdo: nec coram
ceco pones offendículum: ſed ti-
mebis dominum Deum tuum:
quoniā ego ſum dominus. Non
facies quod iniquum eſt: nec in-
iuſte iudicabis. Non cōſyderes
M perſo-

perſonam páuperis: nec honó-
res vultum potentis. Juſte iudi
ca proximo tuo. Non eris crimi-
nator: nec ſuſurro in populis.
Non ſtabis cõtra ſanguiné pro-
ximi tui: ego dñs. Non óderis
fratrem tuum in corde tuo: ſed
publice árgue eum: ne habeas ſu
per illo peccatum. Non queres
vltionem: nec memor eris iniu-
rie ciuium tuorum. Díliges ami-
cum tuũ ſicut teipſum: ego dñs.
Leges meas cuſtodite: ego enim
ſum dominus deꝰ veſter. **Grad.**
Exaltabo te domine, quoniam ſuſce-
piſti me: nec delectaſti inimicos meos
ſuper me. ℣. Domine deus meus cla
maui ad te, ⁊ ſanaſti me: domine ab-
ſtraxiſti ab inferis animam meam: ſal-
uaſti me á deſcendentibus in lacum.

Secundum Joannem. x. Cap.



IN illo tépore: Facta ſũt Encenia ĩ Jeroſó-lymis: et hyems erat. Et ambula-
bat Jeſus in templo, in porticu
Salomonis. Circundederũt er-
go eum Judei: ⁊ dicebant ei.
Quouſq; animam noſtrã tollis?
Si tu es Chriſtus, dic nobis pa-
lam. Reſpondit eis Jeſus. Lo-
quor vobis, ⁊ nõ creditis. Opera
que ego facio in nomine patris
mei, hec teſtimonium pérhibent
de me. Sed vos non créditis:
quia non eſtis ex ouibus meis.
Oues mee vocem meã audiunt:
⁊ ego cognoſco eas, ⁊ ſequuntur
me. Et ego vitam eternam do
eis: ⁊ non peribunt in eternum:
⁊ non rápiet eas quiſquã de ma-
nu mea. Pater meus quod de-
dit mihi, maius omnibꝰ eſt: ⁊ ne-
mo poteſt rápere de manu pa-
tris mei. Ego ⁊ pater vnũ ſumꝰ.
Suſtulerũt ergo lapides Judei,
vt lapidarét eum. Reſpondit eis
Jeſus. Multa bona opera oſten
di vóbis ex patre meo: propter
quod eorum opus me lapidatis?
Reſponderunt ei Judei. De bõ
no opere non lapidamus te; ſed
de blaſphémia: ⁊ quia tu, homó
quum ſis, facis teipſum Deum.
Reſpondit eis Jeſus. Nõne ſcri
ptũ eſt in lege veſtra: quia ego di
xi dij eſtis? Et ſi illos dixit deos,
ad quos ſermo Dei factꝰ eſt: ⁊ nõ
poteſt ſolui ſcriptura: qué pater
ſanctificauit ⁊ miſit in mundum,
vos dicitis, q: blaſphémas, quia
dixi: filius Dei ſum? Si nõ facio
opera patris mei, nolite credere
mihi. Si auté facio: ⁊ ſi mihi non
vultis credere, operibꝰ credite:
vt cognoſcatis ⁊ credatis: q: in
me eſt pater, ⁊ ego ĩ patre. **Offer.**
Eripe me de inimicis meis deꝰ meꝰ: ⁊
ab ĩſurgẽtibꝰ ĩ me libera me dñe. **Sec.**
ANnue miſericors deus: vt
hoſtias placationis ⁊ lau-
dis ſyncéro tibi deferamus ob-
ſéquio. Per dominum. **Cõmu.**

Lauabo

Lauabo inter innocẽtes manus meas: ⁊ circũdabo altare tuum domine: vt áudiam vocem laudis tuę: ⁊ enarrem vniuerſa mirabilia tua. Poſtcõmu.

Cœleſtis doni benedictione percepta ſúpplices te deus omnipotẽs deprecamur: vt hoc idem nobis, ⁊ ſacramenti cauſa ſit, ⁊ ſalutis. Per. Sup populuꝫ.

Adeſto ſupplicationib⁹ noſtris omnipotens deus: ⁊ quibus fiduciam ſperandę pietatis indulges: conſuetę miſericordię tribue benignus effectũ. Per dominum noſtruꝫ Jeſum.

¶ Feria quinta: Statio ad ſanctuꝫ Appollinarem. Introitus.

Omnia, quę feciſti nobis domine, in vero iudicio feciſti: quia peccauim⁹ tibi: ⁊ mandatis tuis non obediuimus: ſed da gloriã nomini tuo: ⁊ fac nobiſcum ſecundum multitudinẽ miſericordię tuę. Ps. Beati immaculati in via: qui ámbulant in lege domini. Oratio.

Præſta queſumus omnipotens deus: vt dignitas conditionis humanę per immoderantiã ſauciáta: medicinalis parſimónię ſtudio reformétur. Per.

Lectio Danielis prophetę. iij.

In diebus illis: Orauit Dániel ad dominuꝫ, dicens. Domine deus ne deſpicias populũ tuum propter nomen tuum: ⁊ ne diſſipes teſtamentuꝫ tuum: neqꝫ áuferas miſericordiã tuaꝫ ã nobis: propter Abrahám dilectũ tuũ, ⁊ Iſaác ſeruum tuum, ⁊ Iſraél ſanctum tuum: quibus locutus es póllicẽs, ꝙ multiplicares ſemen eorum ſicut ſtellas cęli: ⁊ ſicut arénam, quę eſt in litore maris. Quia domine imminúti ſumus pluſquã omnes gentes: ſumuſqꝫ humiles in vniuerſa terra hodie propter peccata noſtra: ⁊ non eſt in tẽpore hoc princeps ⁊ propheta ⁊ dux: neqꝫ holocauſtũ, neqꝫ ſacrificiũ, neqꝫ oblatio, neqꝫ incenſum, neqꝫ locus primitiarum coram te: vt poſſímus inuenire miſericordiã: ſed in animo cõtrito, ⁊ ſpiritu humilitatis ſuſcipiámur. Sicut in holocauſto arietũ ⁊ taurorum: ⁊ ſicut in milibus agnorũ pínguium: ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie: vt placeat tibi: quoniã non eſt cõfuſio confidentibus in te. Et nunc ſéquimur te in toto corde: ⁊ timémus te: ⁊ quęrimus facieꝫ tuam: ne cõfundas nos: ſed fac nobiſcũ iuxta manſuetudinẽ tuã: ⁊ ſecundum multitudineꝫ miſericordię tuę. Erue nos in mirabilib⁹ tuis: ⁊ da gloriã nomini tuo dñe: ⁊ cõfundant̃ oẽs qui oſtendũt ſeruis tuis mala. Confundantur in omnipotentia tua: ⁊ robur eorũ conteratur: ⁊ ſciant, quia tu es dñs deus ſolus: ⁊ glorioſus ſuper omnẽ terrã: dñe deus noſter. Grad.

Tollite hoſtias ⁊ introite in atria eius: adorate dominum in aula ſancta eius.

℣. Reuelabit dominus condenſa: ⁊ in templo eius omnes dicent gloriam.

Secundum Joannem. viij. Ca.



IN illo tépore: Dicebat Jeſus ad eos qui crediderũt ei. Si vos manſeritis in ſermone meo: vere diſcipuli mei éritis: ⁊ cognoſcétis veritatem: ⁊ veritas liberabit vos. Reſponderũt ei. Semen Abrahę ſum⁹: ⁊ némini ſeruiuimus vnquam. Quomodo tu dicis liberi éritis? Reſpódit eis Jeſus. Amen amé dico vobis: quia omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Seruus autem nó manet in domo in ęternum: filius autem manet in ęternum. Si ergo vos filius liberáuerit: vere liberi éritis. Scio quia filij Abrahę eſtis: ſed quęritis me interficere: quia ſermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem loquor: ⁊ vos quę vidiſtis apud patrem veſtrum facitis. Reſponderunt, ⁊ dixerunt ei. Pater noſter Abrahám eſt. Dicit eis Jeſus. Si filij Abrahę eſtis: opera Abrahę fácite. Nunc autem quęritis me interficere: hominem qui veritaté locutus ſum vobis: quam audiui á Deo. Hoc Abrahám non fecit. Vos fácitis opera patris veſtri. Dixerũt itaq; ei. Nos ex fornicatione non ſumus nati: vnum patrem habemus Deum. Dixit ergo eis Jeſus. Si de⁹ pater veſter eſſet: diligerétis vtiq; me. Ego enim ex Deo proceſſi ⁊ veni. Neq; enim á meipſo veni: ſed ille me miſit. Quare loquélã meam non cognoſcitis? quia nõ poteſtis audire ſermoné meum. Vos ex patre diabolo eſtis: ⁊ deſyderia patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio: ⁊ in veritate non ſtetit: quia non eſt veritas in eo. Quum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: quia mendax eſt, ⁊ pater eius. Ego autem, quia veritatem dico: non creditis mihi. **Offer.**

Super flumina Babylónis illic ſédimus: ⁊ fléuimus dum recordaremur tui Sion. **Secreta.**

DOmine deus noſter, qui in his potius creaturis, quas ad noſtrę fragilitatis ſubſidium condidiſti, tuo quoque nomini munera iuſſiſti dicanda conſtitui: tribue quęſumus, vt ⁊ vitę nobis pręſentis auxilium, ⁊ ęternitatis efficiant ſacramentum. Per dominum noſtrum. **Cóm.**

Memento verbi tui ſeruo tuo dñe, in quo mihi ſpem dediſti: hęc me conſolata eſt in humilitate mea. **Poſtcómu.**

QUod ore ſúmpſimus domine, pura mente capiamus: ⁊ de munere temporali, fiat nobis remedium ſempiternum. Per. **Super populum.**

Eſto

Eſto queſum⁹ domine propitius plebi tuę: vt quę tibi non placent reſpuentes: tuorum potius repleantur delectationibus mandatorum. Per domi.

¶ Feria.vj. Statio ad ſanctum Stephanũ in Cęlio mõte. Intr.



Iſerere mihi domine quoniã tribulor: libera me, et eripe me de manibus inimicorũ meorum, ⁊ á perſequentibus me: domine non confundar: quoniá inuocaui te. Ps. In te dñe ſperaui, nõ confundar in ęternum: in iuſtitia tua libera me. Oratio.

Cordibus noſtris queſum⁹ domine gratiam tuam benignus infunde: vt peccata noſtra caſtigatione voluntaria cohibentes, temporaliter potius maceremur: quam ſupplicijs deputemur ęternis. Per dominũ.

Lectio Ieremię pphetę.xvij.ca.

In dieb⁹ illis: Dixit Ieremias. Domine omnes qui te derelinquunt cõfundentur: recedentes á te, in terra ſcribentur: quoniam dereliquerunt venã aquarum viuentium dñm. Sana me dñe, ⁊ ſanabor: ſaluum me fac, ⁊ ſaluus ero: quoniaꝫ laus mea tu es. Ecce ipſi dicunt ad me. Vbi eſt verbum domini? Veniat. Et ego non ſum turbatus te paſtorem ſequens: ⁊ diem hominis non deſyderaui: tu ſcis. Quod egreſſum eſt de labijs meis, rectum in conſpectu tuo fuit. Non ſis mihi tu formidini: ſpes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me perſequuntur, ⁊ non confundar ego: paueant illi, ⁊ non paueam ego. Induc ſuper eos diem afflictionis: ⁊ duplici contritione cóntere eos, domine deus noſter. Graduale. Pacifice loquebãtur mihi inimici mei: ⁊ in ira moleſti erant mihi. ℣. Vidiſti domine ne ſileas: ne diſcedas á me.

Secundum Ioannem. xj. Cap.



In illo tempore: Collegerũt pótifices et phariſei conciliũ aduerſus Ieſum: ⁊ dicebát. Quid fácimus: quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus eũ ſic: omnes credent in eum: ⁊ venient Romani, ⁊ tollent noſtrũ locuꝫ ⁊ gentẽ. Vnus autē ex ipſis Caiphas nomine: quum eſſet pontifex anni illius: dixit eis. Vos neſcitis quicquã, nec cogitatis: quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo: ⁊ non tota gens péreat. Hoc autem á ſemetipſo nõ dixit: ſed quum eſſet póntifex anni illius prophetauit: quia Ieſus moriturus erat pro gente:

⁊ non tantum pro gente: ſed vt filios Dei qui erant diſperſi, congregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerũt, vt interficerent eum. Jeſus ergo iam non in palam ambulabat apud Judęos: ſed abijt in regionem iuxta deſertum, in ciuitatem, quę dicitur Ephrém: ⁊ ibi morabatur cum diſcipulis ſuis. Offertorium.

Benedictus es domine, doce me iuſtificationes tuas: ⁊ non tradas calumniantibus me ſuperbis: ⁊ reſpondebo exprobrantibus mihi verbuz. Secre.

PReſta nobis miſericors deus: vt digne tuis ſeruire ſemper altaribus mereamur: ⁊ eorum perpetua participatione ſaluari. Per dominum noſtruz Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat. Commu.

Ne tradideris me domine in animas perſequentium me: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui: ⁊ mentita eſt iniquitas ſibi. Poſtcõmunio.

SUmpti ſacramenti domine, perpetua nos tuitio non derelinquat: ⁊ noxia ſemper á nobis cuncta depellat. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. Super populum.

COncede queſumus omnipotens deus: vt qui protectionis tuę gratiam querimus, liberati á malis omnibus, ſecura tibi mente ſeruiamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, ⁊ regnat in vnitate ſpiritus.

Sabbatho: Statio ad ſanctum Joannem ante portam látinam. Reſumitur officiũ heſternũ. Introi. Miſerere mihi dñe, ⁊ cetera oĩa per ordinẽ: preter ea quę hic inferius aſſignant. Orõ.

PRoficiat queſumus dñe, plebs tibi dicáta pię deuotionis affectu: vt ſacris actionibus erudita: quanto maieſtati tuę ſit gratior: tanto donis potioribus augeatur. Per dominuz noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Lectio Jeremię próphetę. xviij.

IN diebus illis: Dixerunt impij Judęi adinuicem. Venite, cogitemus contra iuſtum cogitationes. Non enim peribit lex á ſacerdote: nec conſiliuz á ſapiente: nec ſermo á propheta. Venite, percutiamus eum lingua: ⁊ non attendamus ad vniuerſos ſermones eius. Attende domine ád me: ⁊ audi vocem aduerſariorum meorum. Nunquid réddítur pro bono malum: quia foderunt fóueam animę meę? Recordáre ꝙ ſtéterim in conſpectu tuo: vt lóquerer pro eis bonum: ⁊ auérterem indignationẽ tuam ab eis. Proptérea da filios eorum in famem: ⁊ deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eorum abſque liberis, ⁊ viduę: ⁊ viri earum interficiantur morte. Juuenes eorum confodiantur

gladio

gladio in pꝛelio: audiatur cla-
moꝛ de domibus eoꝛum. Addu-
ces enim ſuper eos latrones re-
pente: quia foderunt foueam, vt
caperent me: ⁊ laqueos abſcon-
derunt pedibus meis. Tu autꝫ
domine ſcis omne conſilium eo-
rum aduerſum me in moꝛtem.
Ne propitieris iniquitati eoꝛuꝫ:
⁊ peccatuꝫ eoꝛum a facie tua non
deleatur. Fiant coꝛruētes in con
ſpectu tuo: in tempoꝛe furoꝛis
tui, domine deus noſter. Grad.
Pacifice loquebantur.

Secundum Joannem. vj.



In illo tēpoꝛe: Dixit Jeſus turbis Judeoꝛuꝫ. Amē amen dico vobis: niſi man-
ducaueritis carnem filij homi-
nis, ⁊ biberitis eius ſanguinem:
non habebitis vitam in vobis.
Qui manducat meam carnem, ⁊
bibit meum ſanguinem, habet
vitam eternam: ⁊ ego reſuſcita-
bo eum in nouiſſimo die. Caro
enim mea vere eſt cibus: ⁊ ſan-
guis meus vere eſt potus. Qui
manducat meam carnem, ⁊ bi-
bit meum ſanguinem: in me ma-
net, ⁊ ego in illo. Sicut miſit me
viuens pater: ⁊ ego viuo pro-
pter patreꝫ: ⁊ qui manducat me:
⁊ ipſe viuet pꝛopter me. Hic eſt
panis qui de celo deſcēdit. Non
ſicut manducauerunt patres ve-
ſtri manna, ⁊ moꝛtui ſunt. Qui
manducat hunc panem, viuet in
eternum. Hec dixit Jeſus in ſy-
nagoga docens ſabbatho in Ca
pharnaum. Multi ergo audien-
tes ex diſcipulis eius, dixerunt:
Durus eſt hic ſermo: ⁊ quis po-
teſt eum audire? Sciens autem
Jeſus apud ſemetipſum, quia
murmurarent de hoc diſcipuli
eius: dixit eis. Hoc vos ſcanda-
lizat? Si ergo videritis filium
hominis vbi erat pꝛius? Spiri-
tus eſt qui viuificat: caro non
pꝛodeſt quicquam. Verba que
ego locutus ſum vobis: ſpiritus
⁊ vita ſunt. Sed ſunt quidam ex
vobis, qui non credunt. Sciebat
enim ab initio Jeſus, qui eſſent
credentes: ⁊ quis traditurus eſ-
ſet eum: ⁊ dicebat. Pꝛopterea di-
xi vobis: quia nemo poteſt veni-
re ad me: niſi fuerit ei datum a pa
tre meo. Ex hoc ergo multi diſci-
puloꝛū eius abierunt retro: ⁊ iam
non cum illo ambulabant. Dixit
ergo Jeſus ad duodecim. Num-
quid ⁊ vos vultis abire? Reſpon
dit ei Simon Petrus. Dñe ad
quē ibimus? Verba vite eterne
habes. Et nos credimꝰ, ⁊ cogno-
uimus, qꝛ tu es Chriſtꝰ filius dei.
Reſpondit ei Jeſus. Nonne ego
vos duodecim elegi: ⁊ vnꝰ ex vo-
bis diabolꝰ eſt? Dicebat autē de
Juda Simonis Iſcariotis. Hic
enim erat eū traditurꝰ, quū eſſet

vnus ex duodecim. Secreta.

A Cunctis nos queſumus domine reatibus ⁊ periculis propitiátus abſolue: quos tanti myſterij tribuis eſſe conſortes. Per do. Poſtcommu.

Diuini muneris largitate ſatiati, queſumus domine deus noſter: vt huius ſemper participatione viuamus. Per dominum. Super populum.

Tueátur queſumus domine dextera tua populū depręcantem: ⁊ purificatum dignáter erudiat: vt cōſolatione pręſenti, ad futura bona proficiat. Per dominum noſtrū Jeſum Chri.

¶ Dñica palmarū: tertia ⁊ ſexta aliquanto maturius ſolito decantata: ſeu aliter dicta: ⁊ oliuarū ramuſculis ſuper altare pręparatis: ſacerdos indutus pluuiali albo vná cum miniſtris ⁊ ceroferarijs e ſacrario procédit: ⁊ quum ad altare peruénerit: antiphonā intonat Aſperges me domine. Finitaq; aſperſione aquę bñdictę more ſolito: mox ſubſequens antiphona á choro decantatur.

Oſanná filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini. O rex Iſraél, oſanná in excelſis.

Qua decantata ſacerdos dicit. Dominus vobiſcū. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Hęc oratio in tono orationū miſſę cantat. Orō.

Deus, quem diligere ⁊ amare iuſtitia eſt: ineffabilis gratię tuę dona in nobis multiplica: ⁊ qui feciſti nos in morte filij tui ſperáre quę crédimus: fac nos eódem reſurgente peruenire quo téndimus. Qui tecum viuit ⁊ re.

Subſcripta lectio cantat in tono epiſtolę ferialis a ſubdiacono.

Lectio libri Exodi. xv. Cap.

In diebus illis: Venerunt filij Iſraél in Elim: vbi erant duodecim fontes aquarū, ⁊ ſeptuaginta palmę: ⁊ caſtrametáti ſunt iuxta aquas. Profectiq; ſunt de Elim: ⁊ venit omnis multitudo filiorum Iſraél in deſertū Sin: qđ eſt inter Elim, ⁊ Sinai: quintodecimo die menſis ſecundi, poſtquam egreſſi ſunt de terra Aegypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorū Iſraél cótra Moyſén ⁊ Aarón in ſolitudine. Dixeruntq; ad eos filij Iſraél. Vtinam mortui eſſemus per manum dñi in terra Aegypti: quando ſedebám⁹ ſuper ollas carniū: ⁊ comedebámus pané in ſaturitate. Cur induxiſtis nos in deſertum iſtud: vt occideretis omnem multitudiné fame? Dixit autem dñs ad Moyſen. Ecce ego pluā vobis panem de cęlo. Egrediatur populus, ⁊ cólligat quę ſufficiūt per ſingulos dies: vt tentem eum, vtrū ambulet in lege mea,

an nó. Die aũt ſexto parẽt quod inferãt: ⁊ ſit duplũ quã colligere ſolebãt per ſingulos dies. Dixeruntq; Moyſes ⁊ Aarón ad oẽs filios Iſraẽl. Véſpere ſcietis q dñs edúxerit vos de terra Aegypti: ⁊ mane videbitis gloriã eius. Deinde cantaẽ pro graduali. ℟.

Collegérunt pontifices ⁊ phariſei conciliũ: ⁊ dicebãt: quid fácimus, quia hic homo multa ſigna facit: ſi dimittim⁹ eũ ſic, oẽs credent in eũ. Ne forte veniant Romani, ⁊ tollãt noſtrũ locũ ⁊ gẽtẽ. ℣. Unus aũt ex illis Caiphas noĩe, quum eſſet póntifex anni illius prophetauit, dicẽs: éxpedit vobis, vt vnus moriatur homo pro pplo: ⁊ nõ tota gens péreat. Ab illo ergo die cogitauerũt interficere eũ, dicẽtes. Ne forte. Vel aliud ℟.

In monte oliueti orauit ad patrẽ: pater ſi fieri põt tranſeat á me calix iſte. Spiritus quidẽ promptus eſt: caro autẽ infirma: fiat voluntas tua. ℣. Vigilate ⁊ orate: vt non intretis in tentationẽ. Spiritus quidem. Póſtea cantatur euãgelium in tono quadrageſimali ſine luminaribus ⁊ incenſo.

Secundum Mattheũ. xxi. Ca.



IN illo tẽpore: Quũ appropinquaſſet ieſus Ieroſólymis, ⁊ veniſſet Bethphage ad montẽ Oliueti: tunc miſit duos diſcipulos ſuos, dicẽs eis. Ite in caſtellũ, quod cõtra vos eſt: ⁊ ſtatim inuenietis aſinam alligatam, ⁊ pullum cum ea: ſóluite ⁊ addúcite mihi. Et ſiquis vobis aliquid dixerit: dicite quia dñs his opus habet: ⁊ confeſtim dimittet eos. Hoc autem totum factum eſt: vt adimpleretur quod dictũ eſt per prophetã dicentẽ. Dicite filiæ Sión: ecce rex tuus venit tibi manſuetus: ſedens ſup aſinam ⁊ pullũ filiũ ſubiugális. Euntes aũt diſcipuli, fecerũt ſicut præceperat illis Jeſus: Et adduxerũt aſinã ⁊ pullũ: ⁊ impoſuerũt ſuper eos veſtimenta ſua: ⁊ eum déſuper ſedére fecerũt. Plúrima aũt turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via. Alij autẽ cædebant ramos de arborib⁹: ⁊ ſternebãt in via. Turbæ aũt quæ præcedebãt, ⁊ quæ ſequebantur, clamabãt, dicentes. Oſanná filio David: benedict⁹ qui venit in nomine dñi.

Deinde oliuarũ rami bñdicunt. Tunc ſacerdos dicit Dñs vobiſcum. ⁊ non vertit ſe ad chorũ vt fit in miſſa. Oremus. Oratio.

Auge fidem in te ſperantiũ deus: ⁊ ſupplicũ preces clementer exaudi: ⁊ veniat ſup nos múltiplex miſericordia tua: Bene ✠ dicantur ⁊ hi pálmites oliuarũ: ⁊ ſicut i figura eccleſiæ multiplicaſti Noe egrediẽtẽ de arca: ⁊ Moyſen exeuntẽ de Aegypto cum filijs Iſraẽl: ita ⁊ nos portantes palmas ⁊ ramos oliuarũ, bonis actibus occurram⁹ obuiam

Chriſto:

Chriſto: ⁊ per ipſuz in gaudium introeámus ęternuz. Qui tecum viuit ⁊ regnat ⁊c. Hic mutat vocem in tono pręfationis ferialis.




Per omnia ſecula ſeculorum.



℟. Amē. ℣. Dominuſ vobiſ-



cum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.



℣. Surſum corda. ℟. Habe-




mus ad dominū. ℣. Gratias




agamus domino deo noſtro.



℟. Dignū ⁊ iuſtum eſt. Vere




dignū ⁊ iuſtuz eſt ęquum ⁊ ſalu-



tare: nos tibi ſemper ⁊ vbique



gratias ágere: domine ſancte:




pater omnipotēs: ęterne deus:



Qui gloriaris in conſilio ſan-



ctorū tuorū: Tibi enim ſeruiūt




creaturę tuę: quia te ſoluz auto-



rem ⁊ deum cognoſcunt: Et o-



mnis factura tua te collaudat:



Et benedicūt te ſancti tui: Quia illud



Cantatur a choro i tono ferialt.
Sanctus, Sanctus, Sanctus, dn̄s deus ſabaóth. Pleni ſunt cęli ꝛ terra gloria tua, oſanná in excelſis. Benedictus qui venit in nomine dn̄i, oſanná in excelſis. Deinde Dominus vobiſcum. ℣. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

PEtimus domine ſancte: pater omnipotens: ęterne deꝰ: vt hanc creaturam oliuę, quam ex ligni materia prodire iuſſiſti: quamqꝫ columba rédiés ad arcá proprio pértulit ore: bene ✠ dicere ꝛ ſancti ✠ ficare digneris: vt quicunqꝫ ex ea accéperint: accipiant ſibi ad protectionem animę ꝛ corporis: fiatqꝫ domine, noſtrę ſalutis remedium, tuęqꝫ gratię ſacramentum. Per Chriſtum dn̄m noſtrum. ℟. Amen. Orō.

DEus qui diſperſa cóngregas, ꝛ congregata conſeruas: qui populis óbuiam Jeſu ramos portantibus benedixiſti: bene ✠ dic etiam ꝛ hos ramos palmę, ꝛ oliuę: quos tui famuli ad honorem nominis tui fideliter ſuſcipiunt: vt in quemcunqꝫ locum introducti fúerint: tuam benedictionem habitatores loci illius conſequantur: ꝛ omni aduerſitate effugáta: déxtera tua prótegat quos redémit Jeſus Chriſtus filius tuus dominus noſter. Qui tecum viuit, ꝛ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſęcula ſęculorum. ℟. Amen. Oratio.

Deus

Deus qui miro diſpoſitionis ordine, ex rebus etiam inſenſibilibus diſpenſationē noſtrę ſalutis oſtendere voluiſti: da queſumus, vt deuota tuorū turma fidelium ſalubriter intelligat, quid myſtice deſignetur in facto: quę hodie cęleſti lumine afflata, redemptori obuiam procedens, palmarum atq₃ oliuarum ramos veſtigijs eius ſubſtrauit. Palmaru₃ ergo rami de mortis principe triumphos expectant: ſurculi vero oliuarū, ſpiritualem vnctionē aduenisse quodāmmodo clamant. Intellexit enim iam tunc illa beata hominum multitudo prefigurari: quia redemptor noſter humanis condolens miſerijs, pro totius mūdi vita, cum mortis principe eſſet pugnaturus: ac moriendo triumphaturus. Et ideo talia obſequens adminiſtrauit: quę in illo ⁊ triumphos victorię: ⁊ miſericordię pinguedinē declararent. Quod nos quoq₃ plena fide ⁊ factu₃ ⁊ ſignificatu₃ retinentes: te dn̄e ſancte: pater omnipotens: eterne deus: per eundē dn̄m noſtrum Jeſum Chriſtu₃ ſuppliciter exoramus: vt in ipſo, atq₃ per ipſum, cuius nos mēbra fieri voluiſti, de mortis imperio victoriam reportantes: ipſius glorioſę reſurrectionis participes eſſe mereamur. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpirit⁹ ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorū. ℟. Amen. Orō.

Deus qui per oliuę ramum pacem terris, columbam nuntiare voluiſti: preſta queſumus: vt hos oliuę, ceterarumq₃ arborū ramos, cęleſti bene✠dictione ſanctifices: vt cuncto populo tuo proficiant ad ſalutem. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen. Oratio.

Bene✠dic queſumus domine hos palmarum ſeu oliuarum ramos: ⁊ preſta: vt quod populus tuus in tua veneratione hodierna die corporaliter agit: hoc ſpiritualiter ſumma deuotione perficiat: de hoſte victoriā reportādo: ⁊ opus miſericordię ſummopere diligendo. Per do.

Hic rami aſperguntur aqua benedicta cum antiphona Aſperges me. ſine cātu ⁊ ſine pſalmo. ⁊ incenſantur. Deinde dicit ſacerdos. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

Deus qui filium tuum dn̄m noſtrū Jeſum Chriſtū pro ſalute noſtra in hunc mundum miſiſti: vt ſe humiliaret ad nos: ⁊ nos reuocaret ad te: cui etiam du₃ Jeruſalem veniret, vt adimpleret ſcripturas: credentiu₃ populorum turba, fideliſſima deuotione, veſtimenta ſua cum ramis palmaru₃ in via ſternebant: preſta queſumus: vt illi viam fidei preparemus: de qua remoto lapide offenſionis, ⁊ petra ſcandali, frondeant apud te opera noſtra iuſtitię ramis: vt eius veſti-

gia ſequi mereamur. Qui tecum
viuit ⁊ regnat. Reſpõſo. Amen:
Diaconus ⁊ ſubdiacon⁹ primũ:
ac ceteri miniſtri altaris: deinde
Monachi, ⁊ primo qui prouectio-
ris ętatis, ſeu dignitatis ſunt, re-
uerenter capite diſcooperto bi-
ni accedẽtes ad altare, accipiunt
a ſacerdote ramoꝫ oliuarũ. Inte-
rim á choro cãtatur antiphona.
Púeri hebręorum portantes ramos
oliuarũ obuiauerunt dño, clamantes ⁊
dicentes: oſanná in excelſis. Alia añ.
Púeri hebręorum veſtimenta proſter
nebant in via: ⁊ clamabant, dicentes:
oſanná filio Dauid: benedictus qui
venit in nomine domini. Quę ſi non
ſufficiãt: repetantur quouſqꝫ ra-
morũ diſtributio finiatur. Dein
de dicit ſacerdos. Dñs vobiſcũ.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.
Omnipotẽs ſempiterne de-
us: qui dñm noſtrum Ie-
ſum Chriſtũ die azymorũ ſuper
pullum aſinę ſedére feciſti: ⁊ tur-
bas populorum veſtimenta, vel
ramos arborum in via ſtérnere,
⁊ oſanná decantare in laudem ip-
ſius docuiſti: da quęſumus: vt il-
lorum innocentiam imitari poſ-
ſimus: ⁊ eorũ meritum cónſequi
mereamur. Per eundem Chri-
ſtum dominũ noſtrũ. ℟. Amẽ.
Poſtea fit proceſſio, ⁊ cantantur
antiphonę ſubſcriptę quouſque
redeunt ad eccleſiam. Antipho.
Quum appropinquaret dominus Ie-
roſólymã, miſit duos ex diſcipulis ſuis,
dicens: ite in caſtellum quod contra
vos eſt: ⁊ inuenietis pullum aſinę alli-
gatum: ſuper quem nullus hominum
ſedit: ſóluite ⁊ addúcite mihi. Siquis
vos interrogáuerit: dicite: opus domi-
ni eſt: Soluentes adduxerunt ad Ie-
ſum: ⁊ impoſuerunt illi veſtimenta ſua:
⁊ ſedit ſuper eum. Alij expandebant ve
ſtimenta ſua in via: alij ramos de arbo-
ribus externebant: ⁊ qui ſequebantur
clamabant: oſanná, benedictus qui ve-
nit in nomine domini: benedictum re-
gnum patris noſtri Dauid: oſanná in
excelſis: miſerere nobis fili Dauid.
Alia aña. Quum audiſſet populus:
quia Ieſus venit Ieroſólymam: accepe
runt ramos palmarum: ⁊ exierunt ei
óbuiam: ⁊ clamabant púeri, dicentes.
Hic eſt qui venturus eſt in ſalutem po-
puli: hic eſt ſalus noſtra, ⁊ redemptio
Iſraél. Quantus eſt iſte, cui throni ⁊
dominationes occurrunt: Noli timé-
re filia Sión: ecce rex tuus venit tibi
ſedens ſuper pullum aſinę, ſicut ſcri-
ptum eſt: Salue rex fabricator mundi:
qui veniſti redimere nos. Alia aña.
Ante ſex dies ſolennis paſchę, quan-
do venit dominus in ciuitatem Ieruſa-
lem: occurrerunt ei púeri: ⁊ in manibus
portabant ramos palmarum: ⁊ clama-
bant voce magna, dicentes: oſanná in
excelſis: benedictus qui veniſti in mul-
titudine miſericordię tuę: oſanná in ex-
celſis. Alia aña. Occurrerunt turbę
cum floribus ⁊ palmis redemptori ób-
uiam: ⁊ victori triumphãti digna dant
obſéquia: filium Dei ore gentes prę-
dicant: ⁊ in laudem Chriſti voces to-
nant per núbila, oſanná in excelſis.
Alia aña. Cum angelis ⁊ púeris fi-
deles

deles inueniamur: triumphatori mortis clamantes: oſanná in excelſis.

Alia antiphona. Turba multa, quę conuenerat ad diem feſtum, clamabat domino: Benedictus qui venit in nomine domini, oſanná in excelſis.

Quum autem peruentum fuerit ad eccleſiam: confeſtim duo cantores pluuialibus induti in eam ingrediuntur: & clauſo oſtio, facieqꝫ conuerſa ad proceſſionem incipiunt. Gloria laus, & totum decantant vſque Iſraél es tu rex. Qui vero foris ſtant mox illud répetunt. Deinde cantores, qui in eccleſia ſunt, reliquos verſus proſequuntur. Et qui foris ſtant poſt duos quoſque verſus elegos reſpondent. Gloria laus & honor tibi ſit rex Chriſte redemptor: Cui puerile decus prompſit oſanná pium.

Hi ſubſcripti ſunt verſus, qui vel in toto, vel in parte decantandi ſunt ad arbitrium ſuperioris. Cantores incipiunt: Gloria laus & honor tibi ſit rex Chriſte redemptor: Cui puerile decus prompſit oſanná pium. Chorus reſpondet Gloria laus. &c. Cantores. Iſraél es tu rex, Dauidis inclyta proles: Nomine qui in domini rex benedicte venis. Chorus. Cui puerile dec⁹ prompſit oſanná piū. Cantores. Cętus in excelſis te laudat cęlicus omnis: Et mortalis homo cuncta creata ſimul. Chorus. Gloria laus & honor tibi ſit rex Chriſte redemptor: Cui puerile decus prompſit oſanná pium. Cantores. Plebs hebręa tibi cum palmis obuia venit: Cum prece, voto, hymnis, ádſumus ecce tibi. Chorus. Cui puerile decus prompſit oſanná pium. Cantores. Hi tibi paſſuro ſoluebant múnia laudis: Nos tibi regnanti pángimus ecce melos. Chorus. Gloria laus & honor. Cantores. Hi placuére tibi, placeat deuotio noſtra: Rex bone, rex clemens, cui bona cuncta placent. Chorus. Cui puerile. Cantores. Fecerat hebręos hos gloria ſanguinis almi: Nos facit hebręos tranſitus ecce pius. Chorus. Gloria laus. Cantores. Sis pius aſcenſor tu: nos & ſimus aſellus: Tecum nos capiat vrbs veneranda Dei. Chorus. Cui puerile. Cantores. Veſtis apoſtolicę rútilo fulgore tegamur: Te bené docta, vt ea noſtra caterua vehat. Chorus. Gloria laus. Cantores. Tegmine ſic animę ſternamus corpora noſtra: Quo per nos ſemper ſit via tuta tibi. Chorus. Cui puerile. Cantores. Sit pia pro palmę nobis victoria ramis: Vt tibi victrici forte canamus ita. Chorus. Gloria laus & honor ſit. Facto ſigno cantoribus per diaconuꝫ fores aperiuntur eccleſię: & ſacerdos incipit. ℟. Ingrediente domino in ſanctam ciuitatem, hebręorum pueri reſurrectioné vitę pronunciantes: Cum ramis palmarum oſanná clamabant in excelſis. ℣. Quumqꝫ audiſſet populus quòd Ieſus veniret Ieroſólymam: exierunt obuiam ei. Cum ramis palmarū oſanná clamabant in excelſis. Et non dicitur Gloria patri.

¶ Dominica in palmis: Statio ad ſanctum Joannem in Laterano. Ad miſſam. Introitus.

DOmine ne longe facias auxilium tuuꝫ á me: ad defenſioneꝫ meam áſpice: libera me de ore leonis: ⁊ á cornibus vnicórnium humilitatem meam. Pſalmus. Deus deus meus réſpice in me: quare me dereliquiſti, longe á ſalute mea verba delictorum meorum. Non dicitur Gloria patri. Oratio.

OMnipotés ſempiterne deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum Saluatorem noſtrum carnem ſúmere, ⁊ crucem ſubire feciſti: concede propitius: vt ⁊ patientię ipſíus habere documenta: ⁊ reſurrectionis conſórtia mereamur. Per eundem dominū. Hęc oratio tantum dicitur. Epiſtola ad Philippenſes. ij. Cap.

FRatres: Hoc ſentite in vobis quod ⁊ in Chriſto Jeſu: qui quum in formą Dei eſſet: non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe ęqualem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens: in ſimilitudinem hominum factus: ⁊ habitu inuentus vt homo: humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod ⁊ deus exaltauit illuꝫ: ⁊ donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Jeſu omne genu flectatur: cęleſtium, terreſtriū, ⁊ infernorū: ⁊ omnis lingua cófiteatur: quia dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Graduale.

Tenuiſti manum dexteraꝫ meam: ⁊ in voluntate tua deduxiſti me: ⁊ cum gloria aſſumpſiſti me. ℣. Quam bonus Iſraél deus rectis corde: mei autem pené moti ſunt pedes: pené effúſi ſunt greſſus mei: quia zelaui in peccatorib⁹, pacem peccatorum videns. Tract⁹.

Deus deus meus réſpice in me: quare me dereliquiſti: ℣. Longe á ſalute mea, verba delictorū meorū. ℣. Deus me⁹ clamabo per diem, nec exaudies: nocte, ⁊ non ad inſipientiam mihi. ℣. Tu auteꝫ in ſancto habitas laus Iſraél. ℣. In te ſperauerunt patres noſtri: ſperauerunt ⁊ liberaſti eos. ℣. Ad te clamauerunt, ⁊ ſalui facti ſunt: in te ſperauerunt, ⁊ nō ſunt confúſi. ℣. Ego autem ſum vermis ⁊ non homo: oppróbrium hominū, ⁊ abiectio plebis. ℣. Omnes qui videbant me, aſpernabantur me: locuti ſunt labijs, ⁊ mouerunt caput. ℣. Sperauit in dño, erípiat eum: ſaluum faciat eum, quoniam vult eum. ℣. Ipſi vero conſyderauerunt ⁊ conſpexerunt me: diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: ⁊ ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. ℣. Libera me de ore leonis: ⁊ á cornibus vnicórnium humilitaté meaꝫ. ℣. Qui timetis dñm laudate eum: vniuérſum ſemen Jacób magnificate eum. ℣. Annuntiabitur dño generatio ventura: ⁊ annuntiabunt cęli iuſtitiaꝫ eius. ℣. Populo qui naſcetur: quem fecit dñs.

Paſſio domini incipitur abſolute, non dicitur Munda cor meū. non petitur benedictio, nō defferuntur luminaria, nec incenſum, non dicitur Dominus vobiſcū. nec reſpōdetur Gloria tibi dñe. Peruento autē ad partem illam que in tono euāgelij legiť: benedictio petitur: ⁊ incenſum atq̨ȝ luminaria portanť, ſicut cōſuetū eſt fieri ad euangeliuȝ. Similiter fit alijs diebus quādo legiť paſſio.

¶ Paſſio dñi noſtri Jeſu Chriſti ſecundū Mattheum. xxvj. ca.



IN illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. ✠ Scitis quia poſt biduū paſcha fiet: ⁊ filius hominis tradetur, vt crucifigatur? C. Tunc congregati ſunt principes ſacerdotum, ⁊ ſeniores populi in atrium principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas: ⁊ conſiliuȝ fecerunt, vt Jeſum dolo tenērēt, ⁊ occiderēt. Dicebant autem. S. Non in die feſto, C. Ne forte tumultus fieret in populo. Cum autē eſſet Jeſus in Bethānia, in domo Simonis leproſi: acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum vnguēnti precioſi: ⁊ effūdit ſuper caput ipſius recumbentis. Videntes auteȝ diſcipuli: indignati ſunt dicentes. S. Vt quid perditio hec? Potuit enim vnguentum iſtud venūndari multo: ⁊ dari pauperibus. C. Sciens autem Jeſus, ait illis. ✠ Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonū operata eſt in me. Nam ſemper pāuperes habebitis vobiſcum: me autem nō ſemper habēbitis. Mittens enim hec, vnguentum hoc in corpus meuȝ: ad ſepeliendum me fecit. Amen dico vobiȝ: vbicunq̨ȝ predicatum fuerit hoc euangelium: in toto mūdo dicetur: ⁊ quod hec fecit in memoriā eius. C. Tūc abijt vn⁹ de duodecim, qui dicit Judas Iſcariotes, ad principes ſacerdotū: ⁊ ait illis. S. Quid vultis mihi dare: ⁊ ego eum vobis tradam? C. At illi conſtituerunt ei triginta argenteos. Et exinde querebat opportunitatem: vt eum trāderet. Prima autem die azymorū acceſſerunt diſcipuli ad Jeſum, dicētes. S. Vbi vis parēmus tibi comēdere paſcha? C. At Jeſus dixit. ✠ Jte in ciuitatem ad quēdam: ⁊ dicite ei. Magiſter dicit. Tempus meum prope eſt: apud te facio paſcha cum diſcipulis meis. C. Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis Jeſus: ⁊ parauerunt paſcha. Veſpere autem facto diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis: ⁊ edentibus illis, dixit. ✠ Amen dico vobis: quia vnuȝ veſtrum me traditurus eſt. C. Et cōtriſtati valde, ceperunt ſinguli dicere.

dicere. S Nunquid egó ſum do
mine? C At ipſe reſpondens ait.
✠ Qui intingit mecum manum
in parópſide: hic me tradet. Fi-
lius quidem hominis vadit: ſi-
cut ſcriptum eſt de illo. Ve au-
tem homini illi: per quem filius
hominis tradetur. Bonum erat
ei: ſi natus non fuiſſet homo il-
le. C Reſpondens auteꝫ Judas,
qui tradidit eum, dixit. S Nun-
quid ego ſum rabbi? C Ait il-
li. ✠ Tu dixiſti. C Cenantibus
autem eis, accepit Jeſus panem:
⁊ benedixit ac fregit: deditqꝫ di-
ſcipulis ſuis, ⁊ ait. ✠ Accipite ⁊
comédite: hoc eſt corpus meum.
C Et accipiens calicem gratias
egit: ⁊ dedit illis, dicens. ✠ Bibi
te ex hoc omnes. Hic eſt enim
ſanguis meus noui teſtamenti:
qui pro multis effundetur in re-
miſſionem peccatoruꝫ. Dico au-
tem vobis: non bibam ámodo
de hoc genimine vitis: vſque in
diem illum: quum illud bibam
vobiſcū nouum in regno patris
mei. C Et hymno dicto, exierūt
in monteꝫ Oliuéti. Tunc dixit il-
lis Jeſus. ✠ Omnes vos ſcánda
luꝫ patiémini in me in iſta nocte.
Scriptum eſt enim. Percútiam
paſtorem: ⁊ diſpergentur oues
gregis. Poſtquā autem reſurré-
xero: precédaꝫ vos in Galileam.
C Reſpondens aūt Petrus, ait
illi. S Et ſi oēs ſcandalizati fue-
rint in te: ego nunquā ſcandali-
zabor. C Ait illi Jeſus. ✠ Amē
M. M.

dicó tibi: quia in hac nocte an-
tequā gallus cantet, ter me nega-
bis. C Ait illi Petrus. S Etiam
ſi oportúerit me mori tecum: nō
te negabo. C Similiter ⁊ om-
nes diſcipuli dixerunt. Tunc ve-
nit Jeſus cum illis in villam, que
dicitur Gethſemani: ⁊ dixit diſci
pulis ſuis. ✠ Sedéte hic, donec
vadam illuc ⁊ orem. C Et aſſum-
pto Petro, ⁊ duobus filijs Zebe
dei, cepit cōtriſtari ⁊ meſtus eſſe.
Tunc ait illis. ✠ Triſtis eſt ani-
ma mea vſque ad mortem. Su-
ſtinéte hic, ⁊ vigilate mecum.
C Et progreſſus puſillum, prócí-
dit in faciem ſuam orans, ⁊ di-
cēs. ✠ Mi pater, ſi poſſibile eſt,
tránſeat á me calix iſte. Verúmta
men non ſicut ego volo: ſed ſi-
cut tu. C Et venit ad diſcipulos
ſuos: ⁊ inuénit eos dormientes.
Et dicit Petro. ✠ Sic? Non po
tuiſtis vna hora vigilare mecuꝫ?
Vigilate ⁊ orate: vt non intretis
in tentationem. Spiritus qui-
dem prómptus eſt: caro autem
infirma. C Iterū ſecundo abijt,
⁊ orauit, dicens. ✠ Pater mi:
ſi non poteſt hic calix tranſíre,
niſi bibam illum: fiat voluntas
tua. C Et venit iterum: ⁊ inué-
nit eos dormientes. Erant enim
oculi eorum grauati. Et relictis
illis, iterum abijt, ⁊ orauit ter-
tio eundem ſermonem dicens.
Tunc venit ad diſcipulos ſuos:
⁊ dixit illis. ✠ Dormite iam ⁊ re-
quiéſcite. Ecce appropinquabit

hora: ⁊ filius hominis tradetur
in manus peccatorum. Surgite,
eam⁹: Ecce appropinquabit qui
me tradet. C Adhuc eo loquen-
te: ecce Judas vnus de duode-
cim venit: ⁊ cum eo turba multa
cū gladijs ⁊ fuſtibus, miſſi á prin
cipibus ſacerdotū, ⁊ ſenioribus
populi. Qui autē trádidit eum,
dedit illis ſignū, dicēs. S Quem-
cunq; oſculatus fuero, ipſe eſt:
tenéte eum. C Et conféſtim acce
dens ad Jeſū dixit. S Aue rab-
bi. C Et oſculatus eſt eum. Di-
xitq; illi Jeſus. ✠ Amice, ad
quid veniſti? C Tūc acceſſerūt,
⁊ manus iniecerunt in Jeſum: ⁊
tenuerunt eum. Et ecce vnus ex
his qui erant cum Jeſu, exten-
dens manum exémit gladium
ſuum: ⁊ percútiens ſeruum prin-
cipis ſacerdotum, amputauit au-
riculam eius. Tunc ait illi Je-
ſus. ✠ Conuerte gladiū tuum
in locū ſuum. Omnes enim qui
accéperint gladium: gladio peri-
bunt. An putas, quia non poſ-
ſum rogare patrem meum: ⁊ ex-
hibebit mihi modo pluſquam
duodecim legiones angelorum?
Quomodo ergo implebuntur
ſcripturę? Quia ſic oportet fie-
ri. C In illa hora dixit Jeſus tur
bis. ✠ Tanquā ad latronem exi
ſtis cum gladijs ⁊ fuſtibus com-
prehéndere me. Quotidie apud
vos ſedebam docens in templo:
⁊ non me tenuiſtis. C Hoc au-
tem totum factū eſt: vt adimple-
rentur ſcripturę prophetarum.
Tunc diſcipuli, omnes relicto eo
fugérunt. At illi tenētes Jeſum,
duxerunt eū ad Caipham prin-
cipem ſacerdotum: vbi ſcribę ⁊
ſeniores conuénerant. Petrus
autem ſequebatur eum a longe
vſq; in átrium principis ſacerdo
tum. Et ingreſſus intro ſedebat
cum miniſtris, vt vidéret finem.
Principes autem ſacerdotum, ⁊
omne concilium, quęrebant fal-
ſum teſtimoniū contra Jeſum:
vt eū morti tráderent: ⁊ non in-
uenerūt: quum multi falſi teſtes
acceſſiſſent. Nouiſſime autē ve-
nerunt duo falſi teſtes, ⁊ dixerūt.
S Hic dixit: Poſſum deſtrúere
templum Dei: ⁊ poſt triduum
reędificáre illud. C Et ſurgens
princeps ſacerdotū ait illi. S Ni-
hil reſpondes ad ea, quę iſti ad-
uerſū te teſtificantur? C Jeſus
autem tacebat. Et princeps ſa-
cerdotum ait illi. S Adiuro te
per deum viuum: vt dicas no-
bis, ſi tu es Chriſtus filius Dei
viui. C Dixit illi Jeſus. ✠ Tu
dixiſti. Verúntamen dico vobis:
ámodo vidébitis filiū hominis
ſedentem á dextris virtutis Dei:
⁊ venientem in nubibus cęli.
C Tūc princeps ſacerdotū ſcidit
veſtimenta ſua, dicens. S Blaſ-
phemauit. Quid adhuc egémus
teſtibus? Ecce nūc audiſtis blaſ-
phémiam. Quid vobis videtur?
C At illi reſpondétes dixerunt.
S Reus eſt mortis. C Tunc ex-
pue-

puerunt in faciem eius: ⁊ cola-
phis eum ceciderunt. Alij au-
tem palmas in faciem eius dede-
runt, dicentes. S. Prophetiza no
bis Chriſte. Quis eſt, qui te per-
cuſſit? Petrus vero ſedebat fo-
ris in átrio. Et acceſſit ad eum
vna ancilla, dicens. S. Et tu cum
Ieſu Galilęo eras. C. At ille ne-
gauit coram omnibus, dicens.
S. Neſcio quid dicis. C. Exeun-
te autem illo ianuam: vidit eum
alia ancilla: ⁊ ait his qui erant
ibi. S. Et hic erat cum Ieſu Na-
zaréno. C. Et iteruz negauit cum
iuramento: quia non noui ho-
minem. Et poſt puſillum acceſſe-
runt qui aſtábant: ⁊ dixerūt Pe-
tro. S. Veré ⁊ tu ex illis es: nam
⁊ loquéla tua manifeſtum te fa-
cit. C. Tunc cępit deteſtári ⁊ iu-
ráre, quia nō nouiſſet hominem.
Et continuo gallus cantauit. Et
recordatus eſt Petrus verbi Ie-
ſu, quod dixerat: priuſquā galluz
cantet: ter me negabis. Et egreſ-
ſus foras, fleuit amáre. Mane au
tem facto: conſiliuz iniérunt om-
nes principes ſacerdotum, ⁊ ſe-
niores populi, aduerſus Ieſum:
vt eum morti traderent. Et vin-
ctum adduxerunt eum: ⁊ tradi-
derunt Póntio Piláto pręſidi.
Tunc videns Iudas qui eum
trádidit: ꝙ damnatus eſſet: pę-
nitentia ductus: réttulit trigin-
ta argénteos principibus ſacer-
dotum ⁊ ſenioribus, dicens.
S. Peccaui tradens ſanguinem

iuſtū. C. At illi dixerunt. S. Quid
ad nos? tu videris. C. Et proie-
ctis argénteis in templo, receſ-
ſit: ⁊ ábiens láqueo ſe ſuſpen-
dit. Principes autem ſacerdo-
tum acceptis argénteis dixerūt.
S. Non licet eos mittere in cor-
bonam: quia precium ſánguinis
eſt. C. Conſilio autem inito: eme
runt ex illis agrum figuli in ſe-
pulturam peregrinorum. Pro-
pter hoc vocat' eſt ager ille Ha-
celdema hoc eſt ager ſánguinis,
vſq; in hodiernum diem. Tunc
impletum eſt, quod dictum eſt
per Ieremiam prophetam, di-
centem. Et acceperunt trigin-
ta argénteos précium appreciá-
ti: quem appreciauerunt á filijs
Iſraél: ⁊ dederunt eos in agrum
figuli: ſicut conſtituit mihi do-
minus. Ieſus autem ſtetit an-
te pręſidem. Et interrogauit euz
pręſes, dicens. S. Tu es Rex
Iudęorum? C. Dicit ei Ieſus.
✠ Tu dicis. C. Et quum accu-
ſaretur á principibus ſacerdo-
tuz ⁊ ſenioribus, nihil reſpondit.
Tunc dicit illi Pilatus. S. Non
audis quanta aduerſum te di-
cunt teſtimonia? C. Et non re-
ſpondit ei ad vllum verbum:
ita vt miraretur pręſes vehemen
ter. Per diem autem ſolennem
conſuéuerat pręſes dimittere po
pulo vnum vinctum, quem vo-
luiſſent. Habebat auté tunc vnū
vinctuz inſignem, qui dicebatur
Barrabás: qui propter ſeditio-

nem miſſus fuerat in carcerem.
Congregatis autē illis dixit Pi
latus. S Quem vultis dimittam
vobis: Barabbā, an Jeſum: qui
dicit Chriſtus? C Sciebat enim
ꝙ per inuidiam tradidiſſent eū.
Sedente autem illo pro tribu
nali: miſit ad illum vxor eius, di
cēs. S Nihil tibi, ⁊ iuſto illi. Mul
ta enim paſſa ſum hodie per vi
ſum propter eum. C Principes
autem ſacerdotū ⁊ ſeniores per
ſuaſerunt populis: vt peterent
Barrabā: Jeſum vero perde
rent. Reſpondens autem pręſes
ait illis. S Quē vultis vobis de
duobus dimitti? C At illi dixe
runt. S Barrabā. C Dicit il
lis Pilatus. S Quid ergo faciā
de Jeſu: qui dicitur Chriſtus?
C Dicunt omnes. S Crucifiga
tur. C Ait illis pręſes. S Quid
enim mali fecit? C At illi magis
clamabāt, dicētes. S Crucifiga
tur. C Videns autem Pilatus,
quia nihil proficeret: ſed magis
tumultus fieret: accepta aqua, la
uit manus coram populo, dicēs.
S Innocens ego ſum á ſangui
ne iuſti huiꝰ: vos videritis. C Et
reſpondens vniuerſus populus
dixit. S Sanguis eius ſup nos,
⁊ ſuper filios noſtros. C Tunc
dimiſit illis Barrabā: Jeſum
autem flagellatum tradidit eis,
vt crucifigeretur. Tunc milites
pręſidis ſuſcipientes Jeſum in
pretorio: cōgregauerunt ad eum
vniuerſam cohortē. Et exuentes
eum, chlamydem coccineam cir
cundederunt ei: ⁊ plectentes co
ronam de ſpinis, poſuerūt ſuper
caput eius: ⁊ arundinē in dexte
ra eius: ⁊ genu flexo ante eum, il
ludebant ei, dicentes. S Aue rex
Judęorum. C Et expuentes in
eum, acceperunt arundinem, ⁊
percutiebant caput eiꝰ. Et poſtquā
illuſerunt ei: exuerunt eum chla
myde: ⁊ induerunt eū veſtimen
tis eius: ⁊ duxerunt eum, vt cru
cifigerent. Exeuntes autem in
uenerunt hominem Cyreneum
venientem obuiam ſibi: nomine
Simonē. Hunc angariauerunt,
vt tolleret crucem eius. Et vene
runt in locum qui dicitur Gol
gotha: quod eſt Caluarię locus:
⁊ dederunt ei vinum bibere cum
felle miſtum. Et quum guſtaſſet,
noluit bibere. Poſtquā autem
crucifixerunt eum: diuiſerunt ve
ſtimenta eius, ſortem mittentes:
vt impleretur quod dictum eſt
per prophetam, dicentem. Diui
ſerunt ſibi veſtimenta mea: ⁊ ſu
per veſtem meam miſerunt ſor
tem. Et ſedentes ſeruabant eum.
Et impoſuerūt ſuper caput eius
cauſam ipſius ſcriptam: Hic eſt
Jeſus Nazarenus rex Judęorū.
Tunc crucifixi ſunt cū eo duo la
trones: vnus á dextris ⁊ vnus á
ſiniſtris. Pretereuntes aūt blaſ
phemabāt eum, mouētes capita
ſua ⁊ dicētes. S Vah qui deſtruis
templum Dei, ⁊ in triduo illud
reędificas. Salua temetipſum.

Si

Si filius Dei es: deſcende de cruce. C. Similiter ⁊ principes ſacerdotum illudentes cum ſcribis, ⁊ ſenioribus, dicebát. S. Alios ſaluos fecit: ſeipſum nõ poteſt saluũ facere. Si rex Iſraël eſt: deſcendat nunc de cruce: ⁊ crédimus ei. Confidit in Deo: liberet eum nunc ſi vult. Dixit enim, quia filius Dei ſum. C. Idipſuꝫ autem ⁊ latrones, qui crucifixi erát cum eo, improperabát ei. A ſexta autem hora ténebrę factę ſunt ſuper vniuerſam terrã vſqꝫ ad horam nonam. Et circa horam nonam clamauit Jeſus voce magna, dicens. ✠ Eli eli lamá ſabathani. C. Hoc eſt. Deus meus, deus meus: vt quid dereliquiſti me? C. Quidam autem illic ſtantes ⁊ audientes, dicebát. S. Eliam vocat iſte. C. Et continuo currens vnus ex eis acceptam ſpóngiam impleuit acéto: ⁊ impóſuit arúndini: ⁊ dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. S. Sine: videamus an veniat Elias liberans eum. C. Jeſus autem iterum clamans voce magna emíſit ſpiritum.

Hic pauſatur aliquantulũ, ⁊ genuflectitur. Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes, á ſummo vſqꝫ deorſuꝫ: ⁊ terra mota eſt: ⁊ petrę ſciſſę ſunt: ⁊ monumenta aperta ſunt: ⁊ multa corpora ſanctorũ, qui dormierant, ſurrexerunt: ⁊ exeuntes de monumentis, poſt reſurrectionem eius venerunt in ſanctam ciuitatem: ⁊ apparuerunt multis. Centúrio autem ⁊ qui cum eo erant cuſtodientes Jeſum: viſo terrę motu, ⁊ his quę fiébant: timuerunt valde, dicentes. S. Vere filius Dei erat iſte. C. Erant autem ibi mulieres multę a longe, quę ſecutę erát Jeſum á Galilęa, miniſtrantes ei: inter quas erat Maria Magdaléne, ⁊ Maria Jacobi, ⁊ Joſéph mater: ⁊ mater filiorum Zebedęi. Quum ſero aũt factum eſſet: venit quidam homo diues ab Arimathia nomine Joſéph: qui ⁊ ipſe diſcipulus erat Jeſu. Hic acceſſit ad Pilatum: ⁊ pétijt corpus Jeſu. Tunc Pilatus iuſſit reddi corpus. Et accepto corpore Joſéph: inuóluit illud in ſindone munda: ⁊ poſuit illud in monumento ſuo nouo: quod exciderat in petra. Et aduóluit ſaxum magnum ad óſtium monumenti, ⁊ abijt. Erat autẽ ibi Maria Magdalene, ⁊ altera Maria, ſedentes contra ſepulchrum.

Hic datur benedictio, defertur incenſum ſine luminaribus, non dicitur Dñs vobiſcum. ⁊ cantatur in tono Euangelij. Quę omnia in alijs paſſionib[9] ſeruantur.

Altera autẽ die, quę eſt poſt paraſceuén: conuenerũt principes ſacerdotũ ⁊ phariſei ad Pilatuꝫ, dicentes. Domine recordati ſumus: quia ſeductor ille dixit ad-

huc viuens: poſt tres dies reſurgam. Jube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſque in diem tertium: ne forte veniant diſcipuli eius, ⁊ furentur eum: ⁊ dicát plebi, Surrexit á mortuis. Et erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis Pilatus. Habetis cuſtódiam: ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes, munierunt ſepulchrum: ſignantes lapidem cum cuſtodibus. Credo in vnum Deum patrem. Offertorium.

Impropérium expectauit cor meum ⁊ miſeriam: ⁊ ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur, ⁊ non fuit: conſolantem me quęſiui, ⁊ non inuéni: ⁊ dederunt in eſcam meam fel: ⁊ in ſiti mea potauerunt me acéto. Secreta.

Concede quęſumus domine: vt oculis tuę maieſtatis munus oblatum, ⁊ gratiam nobis deuotionis obtineat: ⁊ effectum beatę perennitatis acquirat. Per. Prefatio. Aeternę deus. Qui ſalutem humani generis in ligno crucis conſtituiſti. Et dicitur quotidie vſque ad feriam ſextam: ſed non in miſſa de feſto: ſi occurrerit. Communio.

Pater ſi nõ poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illũ: fiat voluntas tua. Poſtcõ.

Per huius domine operationem myſtérij: ⁊ vitia noſtra purgentur: ⁊ iuſta deſyderia cõpleantur. Per dominum noſtrũ Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus.

Feria ſecunda: Statio ad ſanctam Praxédem. Introitus.



Udica domine nocentes me: expúgna impugnátes me: apprehénde arma ⁊ ſcutum, ⁊ exurge in adiutorium meum: dñe virtus ſalutis meę. Ps. Effunde frámeam, ⁊ conclúde aduerſus eos qui perſequuntur me: dic animę meę, ſalus tua ego ſum. Oratio.

Da quęſumus omnipotens deus: vt qui in tot aduerſis ex noſtra infirmitate deficimus: intercedente vnigeniti filij tui paſſione reſpirémus. Per eundem dominum noſtrum.

Lectio Iſaię prophetę. l. Cap.

In diebus illis: Dixit Iſaias. Dominus deus apéruit mihi aurem: ego autem non contradico: retrorſum non ábij. Corpus meum dedi percutientibus, ⁊ genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus ⁊ cõſpuentibus in me. Dominus deus auxiliator meus: ⁊ ideo non ſum confuſus. Ideo poſui faciem meam, vt petram duriſſimam: ⁊ ſcio quoniam non confundar. Iuxta eſt qui iuſtificat me: quis contradicet mihi? Stemus ſimul. Quis eſt aduerſarius meus? accédat ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus: quis eſt, qui condemnet me?

Ecce omnes quaſi veſtimentum contérentur: tinea cómedet eos. Quis ex vobis timens Deũ, audiens vocẽ ſerui eius? Quis ambulauit in tenebris: ⁊ nõ eſt lumẽ ei? Speret in nomine dñi: ⁊ innitátur ſuper dñm deũ ſuũ. Grad. Exurge domine, ⁊ intende iudicium meum, deus meus ⁊ dominus meus in cauſam meã. ℣. Effunde frameã ⁊ cõclúde aduerſus eos q̃ me ꝑſequuntur.

Secundum Joannem. xij.



In illo tẽpore: Ante ſex dies Paſchę venit Jeſus Bethániã: vbi Lazarus fúerat mortuus: quem ſuſcitauit Jeſus. Fecerunt autem ei cęnã ibi: ⁊ Martha miniſtrabat. Lazarus vero vnꝰ erat ex diſcumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi piſtici precioſi: ⁊ vnxit pedes Jeſu: ⁊ extérſit capillis ſuis pedes eius: ⁊ domus impleta eſt ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex diſcipulis eius Judas Iſcariótis, qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentũ non vénijt trecentis denárijs: ⁊ datum eſt egénis? Dixit autem hoc, non quia de egénis pertinébat ad eum: ſed quia fur erat, ⁊ lóculos habens: ea quę mittebantur portabat. Dixit ergo Jeſus. Sinite illam: vt in die ſepulturę meę ſeruet illud. Pauperes enim ſemper habébitis vobiſcum: me autẽ non ſemper habébitis. Cognouit ergo turba multa ex Judęis: quia illic eſſet: ⁊ venerunt, non propter Jeſum tantum: ſed vt Lazarum vidérent, quem ſuſcitauit á mortuis. Cogitauerunt autem principes ſacerdotũ vt ⁊ Lazarum interficerẽt: quia multi propter illum abíbant ex Judeis, ⁊ credebant in Jeſum. In cráſtinum autẽ turba multa, quę conuenerat ad diem feſtum: quum audiſſent, quia venit Jeſus Jeroſólymam: acceperunt ramos palmarũ, ⁊ proceſſerunt óbuiam ei, ⁊ clamabant. Oſanná, benedictus qui venit in nomine domini, rex Iſraél. Et inuenit Jeſus aſéllum, ⁊ ſedit ſuper eum: ſicut ſcriptum eſt. Noli timére filia Sión: ecce rex tuus venit tibi ſedens ſuper pullum aſinę. Hęc non cognouerunt diſcipuli eius primum: ſed quando glorificatus eſt Jeſus: tũc recordati ſunt, quia hęc erant ſcripta de eo: ⁊ hęc fecerunt ei. Teſtimonium ergo perhibébat turba, quę erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento, ⁊ ſuſcitauit eum á mortuis. Proptérea ⁊ óbuiam venit ei turba: quia audierunt eũ feciſſe hoc ſignũ. Phariſęi ergo dixerunt ad ſemetipſos. Videtis, quia nihil proficimus.

Ecce mundus totus poſt eum
abit. Erant aũt Gentiles quidã,
ex his qui aſcẽnderant, vt adora-
rent in die feſto. Hi ergo acceſſe-
runt ad Philippum, qui erat à
Bethſaida Galileę, ⁊ rogabant
eum, dicẽtes. Dñe, volumus Ie-
ſum vidére. Venit Philippus ⁊
dixit Andreę. Andreas rurſuz ⁊
Philippus dixerũt Ieſu. Ieſus
autẽ reſpondit eis, dicens. Venit
hora, vt clarificétur filius homi-
nis. Amen amen dico vobiz: niſi
granum frumenti cadens in ter-
ram mortuum fúerit: ipſum ſo-
lum manet. Si autem mortuum
fúerit: multum fructum affert.
Qui amat animam ſuam, perdet
eam: ⁊ qui odit animam ſuam in
hoc mundo: in vitam ęternam
cuſtódit eam. Siquis mihi mi-
niſtrat: me ſequatur: ⁊ vbi ſum
ego, illic ⁊ miniſter meus erit.
Siquis mihi miniſtráuerit: ho-
norificabit eũ pater meus. Nunc
anima mea turbata eſt. Et quid
dicaz? Pater ſaluifica me ex hac
hora. Sed proptérea veni in ho-
ram hác. Pater clarífica nomen
tuum. Venit ergo vox de cęlo, di
cens. Et clarificaui: ⁊ iterum cla-
rificabo. Turba ergo quę ſtabat
⁊ audierat: dicebat tonitruum fa
ctum eſſe. Alij dicebant: angelus
ei locutus eſt. Reſpondit Ieſus
⁊ dixit. Non propter me hęc vox
venit: ſed propter vos. Nunc iu-
diciuz eſt mundi: nunc princeps
huius mundi eijciétur foras: ⁊
ego ſi exaltatus fúero à terra: om
nia traham ad meipſuz. Hoc au-
tem dicebat, ſignificãs qua mor-
te eſſet moriturus. Reſpondit
ei turba. Nos audiuimus ex le-
ge: quia Chriſtus manet in ęter-
num: ⁊ quomodo tu dicis, opor-
tet exaltari filiũ hominis? Quis
eſt iſte filius hominis? Dixit er-
go eis Ieſus. Adhuc módicum
lumen in vobis eſt. Ambulate
dum lucem habetis: vt non tene
brę vos comprehendant. Et qui
ámbulat in tenebris, neſcit quo
vadat. Dum lucem habetis, cre-
dite in lucem: vt filij lucis ſitis.
Hęc locutus eſt Ieſus: ⁊ ábijt ⁊
abſcondit ſe ab eis. Offertoriũ.
Eripe me de inimicis meis: dñe ad
te cõfugi, doce me fácere voluntatem
tuam: quia deus meus es tu. Secre.
HAec ſacrificia nos omnipo
tens deus potenti virtute
mundatos, ad ſuũ faciant purio-
res venire principiũ. Per. Cõm.
Erubeſcant ⁊ reuereántur ſimul qui
gratulantur malis meis: induantur pu-
dore ⁊ reuerentia qui maligna loquun-
tur aduerſum me. Poſtcommu.
PRębeant nobis domine di-
uinum tua ſancta feruorem:
quo eorum páriter ⁊ áctu dele-
ctémur, ⁊ fructu. Per dominum
noſtrum. Super populum.
ADiuua nos deus ſaluta-
ris noſter: ⁊ ad beneficia
recolenda, quibus nos inſtau-
ráre dignatus es: tribue venire
gaudentes. Per dominum no.

¶ Feria

¶ Feria tertia: Statio ad ſanctam Priſcam. Introitus.

Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti: in quo eſt ſalus, vita, ⁊ reſurrectio noſtra: per quem ſaluati, ⁊ liberati ſumus.

Ps. Deus miſereatur noſtri, ⁊ benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, ⁊ miſereatur noſtri. Oratio.

Omnipotés ſempiterne deus, da nobis ita dominicę paſſionis ſacramenta perágere: vt indulgentiam percípere mereamur. Per eundem dominũ.

Lectio Jeremię prophetę. xi. ca.

In diebꝰ illis: Dixit Jeremias. Domine demonſtraſti mihi, ⁊ cognoui: tu oſtendiſti mihi ſtudia eorũ: ⁊ ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad víctimá: ⁊ nõ cognoui, quia cogitauerũt ſuper me cõſilia, dicentes. Venite mittámus lignũ in pané eius: ⁊ eradámus eum de terra viuentiũ: ⁊ nomen eius nõ memoretur ámplius. Tu autem dñe ſabaóth qui iudicas iuſte: ⁊ probas renes ⁊ corda: videam vltioné tuam ex eis. Tibi enim reuelaui cauſam meam, dñe deus meus. Grad.

Ego autem dum mihi moleſti eſſent, induébam me cilicio: ⁊ humiliabam in ieiunio animam meam: ⁊ oratio mea in ſinu meo conuertetur. ℣. Júdica domine nocentes me: expúgna impugnantes me: apprehende arma ⁊ ſcutum, ⁊ exurge in adiutorium mihi.

Paſſio dñi noſtri Jeſu Chriſti ſecundum Marcum. xiiij. Cap.



In illo tépore: Erat paſcha ⁊ azyma poſt biduum: ⁊ querebát ſummi ſacerdotes ⁊ ſcribę, quomodo Jeſum dolo tenerét ⁊ occiderent. Dicebant enim. S Non in die feſto. C Ne forte tumultus fieret in populo. Et quũ eſſet Jeſus Bethánię in domo Simonis leproſi, ⁊ recúmberet: venit mulier habés alabaſtrũ vnguenti nardi ſpicáti precioſi: ⁊ fracto alabáſtro, effúdit ſuper caput eius. Erát autem quidam indigne ferentes intra ſemetipſos, ⁊ dicétes. S Ut quid perditio iſta vnguenti facta eſt? Poterat enim vnguentum iſtud venúndari pluſquá trecentis denárijs, ⁊ dari pauperibus. C Et fremébant in eam. Jeſus auté dixit. ✠ Sinite eam. Quid illi moleſti eſtis? Bonum opus operata eſt in me. Semper enim pauperes habebitis vobíſcũ: ⁊ quũ volúeritis, poteſtis illis benefacere: me autem nõ ſemper habebitis. Quod habuit hęc fecit: pręuénit úngere corpus meum in ſepultu-

pulturā. Amen dico vobis: vbi-
cunq; predicatum fuerit euange
lium iſtud in vniuerſo mundo: ⁊
quod hec fecit, narrabitur in me-
moriam eius. C Et Judas Jſca-
riotis vnus de duodecim abiit
ad ſummos ſacerdotes, vt prode
ret eum illis. Qui audientes ga-
uiſi ſunt: ⁊ promiſerunt ei pecu-
niā ſe daturos. Et querebat quo-
modo illuz opportune traderet.
Et primo die azymoruz, quando
paſcha immolabant, dicunt ei di-
ſcipuli. S Quo vis eamus, ⁊ pa-
remus tibi, vt manduces paſcha?
Et mittit duos ex diſcipulis ſuis,
⁊ dicit eis. ✠ Jte in ciuitatem: ⁊
occurret vobis homo lagenam
aque baiulans. Sequimini eum:
⁊ quocūq; introierit, dicite dn̄o
domus: quia magiſter dicit: vbi
eſt refectio mea: vbi paſcha cum
diſcipulis meis manducem? Et
ipſe vobis demonſtrabit cenacu
lum grande ſtratum: ⁊ illic para-
te nobis. C Et abierunt diſcipu-
li eius, ⁊ venerunt in ciuitatem: ⁊
inuenerūt ſicut dixerat illis: ⁊ pa-
rauerunt paſcha. Veſpere autez
facto venit cum duodecim: ⁊ di-
ſcumbentibus eis, ⁊ manducan-
tib9, ait Jeſus. ✠ Amen dico vo
bis: quia vnus ex vobis me tra-
det, qui manducat mecū. C At il-
li ceperunt contriſtari, ⁊ dicere
ei ſingillatim. S Nunquid ego?
C Qui ait illis. ✠ Vnus ex duo-
decim, qui intingit mecū manuz
in catino. Et filius quidem ho-
minis vadit, ſicut ſcriptum eſt de
eo. Ve aūt homini illi, per quem
filius hominis tradetur. Bonuz
erat ei, ſi non eſſet natus homo il
le. C Et manducantibus illis, ac-
cepit Jeſus panem: ⁊ benedicēs
fregit, ⁊ dedit eis, ⁊ ait. ✠ Sumi-
te, hoc eſt corpus meū. C Et acce
pto calice, gratias agens dedit
eis. Et biberunt ex illo omnes: ⁊
ait illis. ✠ Hic eſt ſanguis meus
noui teſtamenti: qui pro multis
effundetur. Amen dico vobis: q̄
iam non bibam de genimine vi-
tis vſq; in diem illum: quum il-
lud bibam vobiſcum nouum in
regno Dei. C Et hymno dicto,
exierunt in montem oliuarum: ⁊
ait illis Jeſus. ✠ Omnes vos
ſcandalizabimini in me in nocte
iſta: quia ſcriptuz eſt. Percutiam
paſtorem, ⁊ diſpergentur oues.
Sed poſtquā reſurrexero prece-
dam vos in Galileā. C Petrus
autem ait illi. S Et ſi omnes ſcan
dalizati fuerint, ſed nō ego. C Et
ait illi Jeſus. ✠ Amen dico tibi:
q; tu hodie ī nocte hac priuſquā
bis gallus vocem dederit: ter me
es negaturus. C At ille amplius
loquebatur. S Et ſi oportuerit
me ſimul commori tibi: nō te ne-
gabo. C Similiter autem ⁊ om-
nes dicebant. Et veniunt in pre-
dium, cui nomen Gethſemani: ⁊
ait diſcipulis ſuis. ✠ Sedete hic
donec orem. C Et aſſumpſit Pe
trum ⁊ Jacobum ⁊ Johannem
ſecum: ⁊ cepit pauere ⁊ tedere.
Et

Et ait illis. ✠ Triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad mortem. Suſtinéte hic ⁊ vigiláte. C Et quum proceſſiſſet páululum, prócidit ſuper terram: ⁊ orabat, vt ſi fieri poſſet, transiret ab eo hora: ⁊ dixit. ✠ Abba pater: omnia tibi poſſibilia ſunt: transfer calicem hũc á me. Sed non quod ego volo: ſed quod tu. C Et venit ⁊ inuénit eos dormientes: ⁊ ait Petro. ✠ Simon dormis? Non potuiſti vna hora vigiláre mecum? Vigiláte ⁊ orate: vt non intretis in tentationem. Spiritus quidé promptus eſt: caro autem infirma. C Et iterum ábiens orauit, eundem ſermonem dicens. Et reuerſus dénuo inuénit eos dormientes. Erát enim oculi eorum grauáti: ⁊ ignorabant quid reſpondérent ei. Et venit tertio, ⁊ ait illis. ✠ Dormite iá ⁊ requiéſcite. Sufficit. Venit hora: ecce tradetur filius hominis in manus peccatorũ. Súrgite eamus: ecce qui me tradet, ꝓpe eſt. C Et adhuc eo loquente, venit Judas Iſcariotes vnus ex duodecim: ⁊ cum eo turba multa: cum gladijs ⁊ lignis: miſſi á ſummis ſacerdotibus, ⁊ ſcribis, ⁊ ſenioribus. Déderat autem tráditor eis ſignum, dicens. S Quemcunqꝫ oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum: ⁊ dúcite caute. C Et quum veniſſet, ſtatim accedens ad eum ait. S Rabbi. C Et oſculatus eſt eum. At illi manus iniecerunt in eum: ⁊ tenuerunt eum. Vnus autem de circunſtantibus educens gládium: percuſſit ſeruum ſummi ſacerdotis: ⁊ amputauit illi auriculam. Et reſpondẽs Jeſus ait illis. ✠ Tanquam ad latronem exiſtis cum gladijs ⁊ lignis comprehéndere me. Quotidie eram apud vos in templo docens, ⁊ non me tenuiſtis. Sed vt adimpleant ſcripturę. C Tũc diſcipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. Adoleſcens autem quidã ſequebatur eum amictus ſindone ſuper nudo: ⁊ tenuerunt eum. At ille reiecta ſindone, nudus profúgit ab eis. Et adduxerunt Jeſuꝫ ad ſummum ſacerdotem: ⁊ conuenerunt omnes ſacerdotes, ⁊ ſcribę, ⁊ ſeniores. Petrus autem a longe ſecutus eſt eum, vſqꝫ intro in átrium ſummi ſacerdotis: ⁊ ſedebat cum miniſtris: ⁊ calefaciébat ſe ad ignem. Summi vero ſacerdotes ⁊ omne concílium quęrebát aduerſus Jeſum teſtimonium: vt eum morti tráderent: nec inueniebant. Multi enim teſtimonium falſum dicebant aduerſus eum: ⁊ conueniéntia teſtimonia non erant. Et quidam ſurgentes falſum teſtimoniuꝫ ferebant aduerſus euꝫ, dicentes. S Quoniam nos audiuimus eum dicentem. Ego diſſoluam templum hoc manufactuꝫ: ⁊ poſt triduum aliud non manufactum ędificabo. C Et non erat conuéniens

teſti-

teſtimoniū illorum. Et exurgens
ſummus ſacerdos in medium in-
terrogauit Jeſū, dicēs. S Non
reſpondes quicquā ad ea, que ti-
bi obijciuntur ab his? C Ille au
tem tacebat: ⁊ nihil reſpondit.
Rurſus ſummus ſacerdos inter-
rogabat eum: ⁊ dixit ei. S Tu es
Chriſtus filius Dei benedicti?
C Jeſus autem dixit illi. ✠ Ego
ſum. Et videbitis filiū hominis
ſedentem a dextris virtutis Dei:
⁊ venientem cum nubibus celi.
C Summus autē ſacerdos ſcin-
dens veſtimenta ſua ait. S Quid
adhuc deſyderam⁹ teſtes? Audi
ſtis blaſphemiam. Quid vobis
videtur? C Qui omnes cōdem-
nauerunt eum eſſe reum mortis.
Et ceperunt quidam conſpuere
eum: ⁊ velare faciem eius: ⁊ cō-
laphis eum cedere: ⁊ dicere ei.
S Prophetiza. C Et miniſtri ala
pis eum cedebant. Et quum eſ-
ſet Petrus in atrio deorſum: ve-
nit vna ex ancillis ſummi ſacer-
dotis: ⁊ quum vidiſſet Petrum
calefacientem ſe: aſpiciens illum
ait. S Et tu cum Jeſu Nazareno
eras. C At ille negauit, dicens.
S Neq; ſcio, neq; noui quid di-
cas. C Et exijt foras ante atrium:
⁊ gallus cantauit. Rurſus autem
quum vidiſſet illum alia ancilla:
cepit dicere circunſtātib⁹: Quia
hic ex illis eſt. At ille iterum ne-
gauit. Et poſt puſillū rurſus qui
aſtabant dicebant Petro. Vere
ex illis es: nā ⁊ Galileus es. Ille
autem cepit anathematizare, ⁊ iu
rare: quia neſcio hominem iſtum,
quem dicitis. Et ſtatim iterum
gallus cantauit. Et recordat⁹ eſt
Petrus verbi quod dixerat ei
Jeſus: priuſquā gall⁹ cantet bis,
ter me negabis. Et cepit flere. Et
confeſtim mane conſilium facien-
tes ſummi ſacerdotes cum ſenio-
ribus ⁊ ſcribis, ⁊ vniuerſo conci-
lio: vincientes Jeſum duxerunt
⁊ tradiderunt Pilato. Et interro
gauit eū Pilatus. S Tu es Rex
Judeorū? C At ille reſpondens
ait illi. ✠ Tu dicis. C Et accuſa-
bant eum ſummi ſacerdotes in
multis. Pilatus autem rurſus in-
terrogauit eū, dicens. S Non re-
ſpōdes quicquā? Vide in quan-
tis te accuſant. C Jeſus autem
amplius nihil reſpōdit: ita vt mi-
raretur Pilatus. Per diem au-
tem feſtum ſolebat illis dimitte-
re vnum ex vinctis quemcunq;
petiſſent. Erat autem qui diceba
tur Barrabas: qui cū ſeditioſis
erat vinctus: qui in ſeditione fe-
cerat homicidiū. Et quum aſcen
diſſet turba: cepit rogare ſicut
ſemper faciebat illis. Pilatus au
tem reſpondit eis, ⁊ dixit. S Vul
tis dimittā vobis regem Judeo-
rum? C Sciebat enim ꝙ per in-
uidiam tradidiſſent eum ſummi
ſacerdotes. Pontifices aūt con-
citauerūt turbam, vt magis Bar-
rabam dimitteret eis. Pilatus
autem iterum reſpondens, ait il-
lis. S Quid ergo vultis faciam
regi

regi Iudęorū? ¶ At illi iterum clamauerunt. S Crucifige eum. ¶ Pilatus vero dicebat eis. S Quid enim mali fecit? ¶ At illi magis clamabant. S Crucifige eum. ¶ Pilatus autē volens populo ſatiſfacere, dimiſit illis Barrabam: ⁊ tradidit Jeſum flagellis cęſum, vt crucifigeretur. Milites aūt duxerunt eum intro in atrium pretorii: ⁊ conuocāt totam cohortem. Et induunt eum purpura: ⁊ imponunt ei plectentes ſpineam coronam: ⁊ ceperūt ſalutare eum. S Aue rex Iudęorum. ¶ Et percutiebāt caput eius arundine: ⁊ conſpuebant eum: ⁊ ponentes genua adorabāt eum. Et poſtquā illuſerunt ei, exuerūt illum purpura: ⁊ induerunt eum veſtimentis ſuis: ⁊ educunt illum vt crucifigerent eū. Et angariauerunt pretereuntē quempiam Simonem Cyreneum, venientē de villa: patrē Alexandri ⁊ Rufi: vt tolleret crucem eius. Et perducunt eum in Golgotha locum: quod eſt interpretatū Caluarię locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: ⁊ non accepit. Et crucifigentes eum, diuiſerunt veſtimenta eius: mittentes ſortē ſuper eis: vt quis quid tolleret. Erat autem hora tertia: ⁊ crucifixerunt eum. Et erat titulus cauſę eius ſcriptus: Rex Iudęorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum a dextris eius, ⁊ alium a ſiniſtris. Et adimpleta eſt ſcriptura, quę dicit. Et cū iniquis reputatus eſt. Et prętereūtes blaſphemabant eum: mouentes capita ſua, ⁊ dicentes. Vah qui deſtruis templum Dei: ⁊ in tribus diebus reędificas. Saluum fac temetipſum, deſcendens de cruce. ¶ Similiter ⁊ ſummi ſacerdotes illudentes, ad alterutrū cum ſcribis dicebāt. S Alios ſaluos fecit: ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Chriſtus rex Iſraël deſcendat nunc de cruce: vt videamus ⁊ credamus. ¶ Et qui cū eo crucifixi erant conuiciabantur ei. Et facta hora ſexta: tenebrę factę ſunt ſuper totam terram, vſq; in horam nonam. Et hora nona exclamauit Jeſus voce magna, dicens. ✠ Eloi Eloi lamā ſabacthani? ¶ Quod eſt interpretatum. Deus meus, deus meus, vt quid dereliquiſti me? ¶ Et quidā de circunſtantibus audientes dicebant. S Ecce Eliā vocat. ¶ Currens autē vnus, ⁊ implens ſpongiam aceto: circumponenſq; calamo, potum dabat ei, dicens. S Sinite, videamus ſi veniat Elias ad deponendū eū. ¶ Jeſus autē emiſſa voce magna expirauit. Et velum templi ſciſſum eſt in duo, a ſummo vſq; deorſum. Videns autē Centurio qui ex aduerſo ſtabat: quia ſic clamans expiraſſet: ait. S Vere hic homo filius Dei erat. ¶ Erant autē ibi mulieres de longe aſpicientes: inter quas erat Maria Magdalene: ⁊

ne: ⁊ Maria Jacobi minoris: ⁊ Joſeph mr: ⁊ Salome. Et quum eſſet in Galilea: ſequebant euz: ⁊ miniſtrabant ei: ⁊ alię multę, quę ſimul cū eo aſcenderāt Jeroſolymam. Hic legit in tono euāgelij.



t quum iam ſero eſſet factū: quia erat paraſceuē, qđ eſt ante ſabbathum: venit Joſeph ab Arimathia nobilis decurio: qui ⁊ ipſe erat expectans regnum Dei: ⁊ audacter introiuit ad Pilatuz: ⁊ pētijt corpus Jeſu. Pilatus autem mirabatur ſi iam obiiſſet. Et accerſito Centurione, interrogauit euz ſi iam mortuus eſſet. Et quum cognouiſſet ā Centurione: donauit corpus Joſeph. Joſeph autē mercatus ſindonem: ⁊ deponēs eū inuoluit ſindone: ⁊ poſuit euz in monumento, quod erat exciſum de petra: ⁊ aduoluit lapidez ad oſtium monumenti. Offerto.

Cuſtodi me domine de manu peccatoris: ⁊ ab hominibus iniquis eripe me domine. Secreta.

Sacrificia nos quęſumus domine propēnſius iſta reſtaurent: quę medicinalibus ſunt inſtituta ieiunijs. Per. Commu.

Aduerſum me exercebantur qui ſedebant in porta: ⁊ in me pſallebant qui bibebant vinum: ego vero orationē meā ad te dñe: tempus beneplaciti deus, in multitudine miſericordię tuę. Poſtc.

Sanctificationibus tuis omnipotēs deus: ⁊ vitia noſtra curent: ⁊ remedia nobis ſempiterna pueniāt. Per. Sup populū.

Tua nos miſericordia deus, ⁊ ab omni ſurreptione vetuſtatis expurget: ⁊ capaces ſanctę nouitatis efficiat. Per dominū.

¶ Feria quarta: Statio ad ſanctam Mariam maiorem. Intro.



n noie domini omne genu flectat cęleſtiū, terreſtriū ⁊ infernorū: quia domin⁹ factus eſt obediens vſqz ad mortem: mortem autem crucis: ideo dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Pſals.

Domine exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te veniat. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oro.

Preſta quęſumus omnipotens deus: vt qui noſtris exceſſibus inceſſanter affligimur: per vnigeniti tui paſſionem liberemur. Qui tecum viuit ⁊ re.

Lectio Iſaię prophetę. lxiij. Ca.

Hec dicit dñs deus. Dicite filię Sion: Ecce ſaluator tuus venit: Ecce merces eius cuz eo. Quis eſt iſte qui venit de Edom, tinctis veſtib⁹ de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua: gradiens in multitudine fortitudinis ſuę. Ego qui loquor iuſtitiaz:

⁊ pro-

⁊ propugnator ſum ad ſaluandū: Quare ergo rubrū eſt indumentum tuum: ⁊ veſtimenta tua ſicut calcantium in torculári? Torcular calcaui ſolus: ⁊ de gentibus non eſt vir mecum. Calcaui eos in furore meo: ⁊ conculcaui eos in ira mea: ⁊ aſperſus eſt ſanguis eorū ſuper veſtiméta mea: ⁊ omnia indumenta mea inquinaui. Dieſ enim vltionis ĩ corde meo: annus retributionis meę venit. Circunſpexi, ⁊ nō erat auxiliator: quęſiui, ⁊ non fuit qui adiuuáret. Et ſaluauit mihi brachiū meuꝫ: ⁊ indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi. Et cōculcaui populos in furore meo: ⁊ inebriaui eos in indignatione mea: ⁊ detraxi in terraꝫ virtutem eoruꝫ. Miſerationum domini recordabor: laudem dñi ſuper omnibus quę reddidit nobis dominꝰ deus noſter. Grad.

Ne auertas faciem tuam a púero tuo: quoniam tríbulor: velóciter exaudi me. ℣. Saluū me fac deus: qm̃ intrauerūt aquę vſqꝫ ad animã meam: infixus ſum in limo profundi, ⁊ non eſt ſubſtantia.

Hic dicitur Dominꝰ vobíſcum ſine Flectamus genua. Oratio.

DEus qui pro nobis filium tuū Crucis patibulū ſubíre voluiſti: vt inimici á nobis expélleres poteſtaté: cōcede nobis famulis tuis: vt reſurrectionis eiꝰ gratiá cōſequamur. Per eun.

Lectio Iſaię prophetę. liij. Cap.

IN diebus illis: Dixit Iſaias. Dñe quis crédidit auditui noſtro? ⁊ brachiū dñi cui reuelatuꝫ eſt? Et aſcendet ſicut virgultum coram eo: ⁊ ſicut radix de terra ſitienti. Et non eſt ſpecieſ ei, neqꝫ decor. Et vidimus eum, ⁊ nō erat aſpectus: ⁊ deſyderáuimus eum deſpectum, ⁊ nouiſſimū viroruꝫ: virum doloruꝫ, ⁊ ſcienté infirmitatem. Et quaſi abſconditus vultus eius, ⁊ deſpectus: vnde nec reputauimꝰ eum. Veré languóres noſtros ipſe tulit: ⁊ dolores noſtros ipſe portauit. Et nos putáuimus euꝫ quaſi leproſum, ⁊ percuſſum á Deo, ⁊ humiliatū. Ipſe auteꝫ vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: attritꝰ eſt propter ſcélera noſtra. Diſciplina pacis noſtrę ſuper euꝫ: ⁊ liuóre eius ſanati ſumus. Omnes nos quaſi oues erráuimus: vnuſquiſqꝫ in viam ſuam declinauit: ⁊ dñs poſuit in eo iniquitaté omnium noſtrum. Oblátus eſt, quia ipſe voluit: ⁊ nō apéruit os ſuum. Sicut ouis ad occiſionem ducetur: ⁊ quaſi agnus coram tondente ſe obmutéſcet: ⁊ nō apériet os ſuū. De anguſtia ⁊ de iudicio ſublatus eſt. Generationé eius quis enarrabit? Quia abſciſſus eſt de terra viuentium. Propter ſceluſ populi mei percuſſi eum. Et dabit impios pro ſepultura: ⁊ diuites pro morte ſua: eó ꝙ iniquitatem nō fécerit: neqꝫ dolus inuentus fúerit in ore eius. Et dñs voluit contérere euꝫ in infirmitate. Si poſúerit pro peccato animã ſuam:

ſuam: videbit ſemen longeuum: ⁊ voluntas domini in manu eius dirigétur: pro eó ꝙ trádidit in mortem animam ſuam: ⁊ cum ſceleratis reputatus eſt. Et ipſe peccata multorum tulit: ⁊ pro transgreſſoribꝰ rogauit. Tractꝰ.

Dñe exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te veniat. ℣. Ne auertas faciem tuam á me: in quacunqȝ die tribulor inclína ad me aurem tuam. ℣. In quacunqȝ die inuocáuero te, velóciter exaudi me. ℣. Quia defecerũt ſicut fumus dies mei: ⁊ oſſa mea ſicut in frixório confrixa ſunt. ℣. Percuſſus ſum ſicut fenum, ⁊ áruit cor meum: quia oblitus ſum manducare panem meum. ℣. Tu exurgẽs domine miſeréberis ſión: quia venit tempus miſerendi eius.

Paſſio domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum Lucam. xxij. Cap.



IN illo tempore: C Appropinquabat autẽ dies feſtus azymórũ, qui dicit̃ paſcha: ⁊ querebant principes ſacerdotuȝ ⁊ ſcribe, quomodo Jeſum interficerent: timebát vero plébem. Intrauit auteȝ ſatanás in Judaȝ: qui cognominabatur Jſcariót, vnum de duodecim: ⁊ abijt ⁊ locutus eſt cum principibus ſacerdotũ ⁊ magiſtratibus: quemadmodum tráderet illum eis. Et gauiſi ſunt: ⁊ pacti ſunt pecuniam illi dare. Et ſpopóndit. Et querebat opportunitátem: vt tráderet eum ſine turbis. Venit autem dies azymórum: in qua neceſſe erat occidi páſcha: ⁊ miſit Petrum ⁊ Joannem, dicens. ✠ Euntes paráte nobis paſcha: vt manducémus. C At illi dixerunt. S Ubi vis parémus? C Et dixit ad eos. ✠ Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occúrret vobis homo ámphoram aque portans: ſequimini eum in domum, in quam intrat: ⁊ dicétis patrifamilias domus. Dicit tibi magiſter: Ubi eſt diuerſórium, vbi paſcha cum diſcipulis meis mandúcem? Et ipſe vobis oſtendet cenaculum magnũ ſtratum: ⁊ ibi paráte. C Euntes autem inuenerunt ſicut dixit illis Jeſus: ⁊ parauerunt paſcha. Et quum facta eſſet hora diſcúbuit: ⁊ duodecim apoſtoli cum eo. Et ait illis. ✠ Deſyderio deſyderaui hoc paſcha manducare vobíſcuȝ, antequã pátiar. Dico enim vobis: quia ex hoc non manducabo illud: donec impleatur in regno Dei. C Et accepto cálice, gratiaȝ egit, ⁊ dixit. ✠ Accipite ⁊ diuidite inter vos. Dico enim vobis: quia non bibam de generatione vitis: donec regnum dei veniat. C Et accepto pane gratiaȝ egit, ⁊ fregit: ⁊ dedit eis, dicẽs. ✠ Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam cóme-

cõmemoꝛationem. ¶ Similiter
⁊ calicem, poſtquã cęnauit dicẽs.
✠ Hic calix nouum teſtamentũ
eſt in ſanguine meo: qui pꝛo vo-
bis effundet. Uerũmtamen ecce
manus tradentis me: mecum eſt
in menſa. Et quidem filius homi
nis ſecundũ ꝙ diffinitum eſt va-
dit. Uerũmtamen vę homini illi
per quem tradẽtur. ¶ Et ipſi cę-
perũt quęrere inter ſe: quis eſſet
ex eis: qui hoc factur⁹ eſſet. Facta
eſt autem ⁊ contentio inter eos:
quis eoꝛuꝫ videretur eſſe maioꝛ.
Dixit autem eis. ✠ Reges gen-
tium dominantur eoꝛum: ⁊ qui
poteſtatẽ habent ſup eos, bẽnefi
ci vocãtur: vos autem non ſic.
Sed qui maioꝛ eſt in vobis, fiat
ſicut iunioꝛ: ⁊ qui pꝛęceſſoꝛ eſt, ſi-
cut miniſtrãtoꝛ. Nam quiꝫ maioꝛ
eſt: qui recumbit, an qui mini-
ſtrat? Nõne qui recumbit? Ego
autem in medio veſtrũ ſum, ſicut
qui miniſtrat. Uos autem eſtis
qui permanſiſtis mecum in ten-
tationibuꝫ meis. Et ego diſpõno
vobis: ſicut diſpoſuit mihi pater
meus regnum: vt edatis ⁊ biba-
tis ſuper menſam meam in re-
gno meo: ⁊ ſedeatis ſuper thꝛo-
nos, iudicãtes duodecim tribus
Iſraẽl. ¶ Ait autem dñs Simo
ni. ✠ Simon: ecce ſatanãs expe
tiuit vos: vt cribꝛãret ſicut triti-
cum. Ego autem rogaui pꝛo te:
vt non deficiat fides tua: ⁊ tu ali-
quando cõuerſus confirma fra-
tres tuoꝫ. ¶ Qui dixit ei. S Do-

mine, tecum paratuꝫ ſum ⁊ in cãr
cerem, ⁊ in moꝛtem ire. ¶ Et ille
dixit. ✠ Dico tibi Petre, non
cantabit hodie gallus: donec ter
ãbnegeꝫ noſſe me. ¶ Et dixit eis.
✠ Quando miſi vos ſine ſaccu-
lo ⁊ pera ⁊ calciamẽtis: nunquid
aliquid dẽfuit vobis? ¶ At illi
dixerunt. S Nihil. ¶ Dixit ergo
eis. ✠ Sed nunc qui habet ſac-
culum, tollat ſimiliter ⁊ peram: ⁊
qui non habet, vendat tunicam
ſuam, ⁊ emat gladiũ. Dico enim
vobis: quoniã adhuc hoc quod
ſcriptum eſt opoꝛtet impleri in
me. Et cum iniquis deputatus
eſt. Etenim ea, quę ſunt de me,
finem habẽt. ¶ At illi dixerunt.
S Domine ecce gladij duo hic.
¶ At ille dixit eis. ✠ Satis eſt.
¶ Et egreſſus ibat ſecundũ con-
ſuetudinem in montem oliua-
rum. Secuti ſunt autem illum ⁊
diſcipuli ei⁹. Et quum perueniſ-
ſent ad locum: dixit illis. ✠ Oꝛa-
te ne intrẽtis in tentationem.
¶ Et ipſe auulſus eſt ab eis, quan
tum iactus eſt lapidis: ⁊ poſitis
genibus oꝛabat dicens. ✠ Pa-
ter, ſi vis transfer calicem iſtum
ã me. Uerũmtamen non mea vo
luntas, ſed tua fiat. ¶ Appãruit
autem illi angelus de cęlo con-
fõrtans eum. Et factus in ago-
nia, pꝛolixius oꝛabat. Et factus
eſt ſudoꝛ eius ſicut guttę ſan-
guinis decurrentis in terram.
Et quum ſurrexiſſet ab oꝛatio-
ne: ⁊ veniſſet ad diſcipulos ſuos:

inuénit eos dormientes pre tri-
ſtitia: ⁊ ait illis. ✠ Quid dormi-
tis? Surgite ⁊ orate: ne intrétis
in tentationem. C Adhuc eo lo-
quente: ecce turba: ⁊ qui voca-
batur Iudas, vnus de duode-
cim antecedebat eos: ⁊ appropin
quauit Ieſu, vt oſcularetur eū.
Ieſus autem dixit illi. ✠ Iuda
óſculo filium hominis tradis?
Videntes autem hi, qui circa ip-
ſum erant, quod futurum erat:
dixerunt ei. S Domine ſi percu-
timus in gladio? C Et percuſſit
vnus ex illis ſeruum principis ſa
cerdotum: ⁊ amputauit auricu-
lam eius dexterā. Reſpondens
autem Ieſus ait. ✠ Sinite vſq;
huc. C Et quum tetigiſſet auri-
culam eius: ſanauit eum. Dixit
autem Ieſus ad eos qui vénerāt
ad ſe, principes ſacerdotū ⁊ magi
ſtrátus tēpli ⁊ ſeniores. ✠ Qua-
ſi ad latronem exiſtis cum gla-
dijs ⁊ fuſtibus: quum quotidie
vobiſcum fuerim in templo: ⁊
non extendiſtis manus in me.
Sed hec eſt hora veſtra: ⁊ pote-
ſtas tenebrarū. C Comprehen
dentes autem eum, duxerunt ad
domum principis ſacerdotum.
Petrus vero ſequebatur eum a
longe. Accenſo autem igne in
medio átrij: ⁊ circunſedentibus
illis: erat Petrus in medio eo-
rum. Quem quum vidiſſet an-
cilla quedam ſedentē ad lumen:
⁊ eum fuiſſet intuíta, dixit. S Et
hic cum illo erat. C At ille nega-
uit eum, dicens. S Mulier, non
noui illum. C Et poſt puſillum
alius videns eum, dixit. S Et tu
de illis es. C Petrus vero ait.
S O homo, non ſum. C Et inter-
uállo facto quaſi hore vnius,
alius quidā affirmabat, dicens.
S Vere ⁊ hic cum illo erat: Nam
⁊ Galileus eſt. C Et ait Petrus.
S Homo, neſcio quid dicis.
C Et cōtinuo adhuc illo loquen-
te cantauit gallus: ⁊ conuerſus
dominus reſpexit Pétrum: ⁊ re-
cordatus eſt Petrus verbi do-
mini, ſicut dixerat: quia priuſquā
gallus cantet, ter me negabis.
Et egreſſus foras Petrus, fleuit
amaré. Et viri qui tenebant Ie-
ſum illudebant ei, cedentes eum.
Et velauerunt eum: ⁊ percutie-
bant faciem eius: ⁊ interroga-
bant eum, dicentes. S Prophe-
tiza: Quis eſt qui te percuſſit?
C Et alia multa blaſphemantes
dicebant in eum. Et vt factus eſt
dies: conuenerunt ſeniores ple-
bis, ⁊ principes ſacerdotum, ⁊
ſcribe: ⁊ duxerunt illum in con-
cilium ſuum, dicentes. S Si tu
es Chriſtus dic nobis. C Et ait
illis. ✠ Si vobis dixero, non
credétis mihi. Si autem inter-
rogáuero, non reſpondébitis mi
hi, neq; dimittétis. Ex hoc au-
tem erit filius hominis ſedens a
dextris virtutis Dei. C Dixerūt
autem omnes. S Tu ergo es fi-
lius Dei? C Qui ait. ✠ Vos di-
citis, quia ego ſum. C At illi di-
xerunt.

xerunt. S Quid adhuc deſyde-
ramus teſtimonium? Ipſi enim
audiuimus ex ore eius. ¶ Et ſur
gens omnis multitudo eorum,
duxerunt illuꝫ ad Pilatum. Ce-
perunt autem accuſare illum, di-
centes. S Hunc inuēnimuſ ſub-
uertentem gentem noſtram: ⁊
prohibentem tributa dari Ceſa-
ri: ⁊ dicentem ſe Chriſtum re-
gem eſſe. ¶ Pilatus autem in-
terrogauit euꝫ, dicens. S Tu es
rex Judeorum? ¶ At ille reſpon-
dens ait. ✠ Tu dicis. ¶ Ait au-
tem Pilatus ad principes ſacer-
dotum ⁊ turbas. S Nihil inuē-
nio cauſę in hoc homine. ¶ At
illi inualeſcēbāt, dicētes. S Com
mouit populum, docens per vni-
uerſaꝫ Judęam: incipiens á Ga-
lilęa vſque huc. ¶ Pilatus au-
tem audiens Galilęam: interro-
gauit ſi homo Galileus eſſet.
Et vt cognouit quod de Hero-
dis poteſtate eſſet: remiſit eum
ad Herodem: qui ⁊ ipſe Jero-
ſolymis erat illis diebus. Hero-
des autem viſo Jeſu: gauiſus eſt
valde. Erat enim cupiens ex mul
to tempore vidēre eum: eó quód
audierat multa de illo: ⁊ ſpera-
bat ſignum aliquod vidēre ab
eo fieri. Interrogabat autem il-
lum multis ſermonibus. At ip-
ſe nihil illi reſpondebat. Stabát
autem principes ſacerdotum ⁊
ſcribę cōſtanter accuſanteſ eum.
Spreuit autem illum Herodes
cum exercitu ſuo: ⁊ illuſit indu-

tum veſte alba: ⁊ remiſit ad Pi-
latum. Et facti ſunt amici Hero-
des ⁊ Pilatus in ipſa die. Nam
antea inimici erant ad inuicem.
Pilatus autem conuocatis prin-
cipibus ſacerdotum, ⁊ magiſtra-
tib⁹ ⁊ plebe: dixit ad illos. S Ob-
tuliſtis mihi hunc hominē quaſi
auertentem populuꝫ: ⁊ ecce ego
coram vobis interrogans nul-
lam cauſam inuenio in homine
iſto ex his, in quibus eum accu-
ſatis. Sed neqꝫ Herodes. Nam
remiſi vos ad illum: Et ecce ni-
hil dignum morte actum eſt ei.
Emendatū ergo illuꝫ dimittam.
¶ Neceſſe autem habebat dimit-
tere eis per diem feſtum vnum.
Exclamauit auteꝫ ſimul vniuerſa
turba, dicens. S Tolle hunc: ⁊ di-
mitte nobis Barabbám. ¶ Qui
erat propter ſeditioneꝫ quandā
factaꝫ in ciuitate, ⁊ homicidium,
miſſus in carcerem. Iterum au-
tem Pilatus locutuſ eſt ad illos:
volens dimittere Jeſum. At illi
ſucclamabant, dicentes. S Cru-
cifige, crucifige illum. ¶ Ille au-
tem tertio dixit ad illoſ. S Quid
enim mali fecit iſte? Nullam cau-
ſam mortis inuenio in eo. Corri-
piam ergo illū, ⁊ dimittā. ¶ At il-
li inſtábant vocibus magnis, po-
ſtulātes vt crucifigeretur: ⁊ inua-
leſcēbant voces eorū: ⁊ Pilatus
adiudicáuit fieri petitionē eorū.
Dimiſit auteꝫ illis eum, qui pro-
pter homicidium ⁊ ſeditionem
miſſus fuerat in carcerem: quem

petebant: Jeſum vero tradidit voluntati eorum. Et quum ducerent eum: apprehenderūt Simonem quendam Cyrenenſem venientem de villa: ⁊ impoſuerunt illi crucem portare poſt Jeſum. Sequebatur autem illum multa turba populi ⁊ mulierum: quę plangebant, ⁊ lamentabantur eum. Conuerſus autem ad illas Jeſus dixit. ✠ Filię Jeruſalém, nolite flere ſuper me: ſed ſuper voſipſas flete, ⁊ ſuper filios veſtros: quoniam ecce venient dies: in quibus dicent. Beatę ſteriles, ⁊ ventres qui nō genuérunt: ⁊ vbera, quę non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus: cádite ſuper nos: ⁊ cóllibus, operite nos: quia ſi in víridi ligno hoc faciunt: in árido quid fiet? C Ducebantur autem ⁊ alij duo nequā cum eo: vt interficerentur. Et poſtquā venerunt in locū qui vocatur Caluárię: ibi crucifixerunt eum: ⁊ latrones vnum á dextris: ⁊ alterum á ſiniſtris. Jeſus autem dicebat. ✠ Pater dimitte illis: nō enim ſciunt quid faciunt. C Diuidentes vero veſtimenta eius: miſerunt ſortes. Et ſtabat populus expectans: ⁊ deridebant eum principes cum eis, dicentes. S Alios ſaluos fecit: ſeipſum ſaluum faciat: ſi hic eſt Chriſtus Dei electus. C Illudebant autem ei ⁊ milites, accedentes, ⁊ acétum offerentes ei, ⁊ dicentes. S Si tu es rex Judęorū ſaluum te fac. C Erat autem ⁊ ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum literis gręcis ⁊ latinis ⁊ hebraicis. Hic eſt rex Judęorum. Vnus autem de his, qui pendebant latronibus, blaſphemabat eum dicens. S Si tu es Chriſtus, ſaluum fac temetipſum ⁊ nos. C Reſpondens autē alter, increpabat eum dicens. S Neq; tu times deum: qui in eadem damnatione es. Et nos quidem iuſte (nam digna factis recipimus) hic vero nihil mali geſſit: ⁊ dicebat ad Jeſum. S Dn̄e memento mei, quum véneris in regnum tuum. C Et dixit illi Jeſus. ✠ Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo. C Erat autem feré hora ſexta: ⁊ tenebrę factę ſunt in vniuerſa terra, vſque in horam nonam: ⁊ obſcuratus eſt Sol: ⁊ velum templi ſciſſum eſt medium: ⁊ clamans Jeſus voce magna ait. ✠ Pater in manus tuas cōmendo ſpiritum meum. C Et hęc dicens expiráuit. Videns autem Centúrio quod factum fúerat: glorificauit Deum dicens. S Vere hic homo iuſtus erat. C Et omnis turba eorum qui ſimul áderant ad ſpectáculum iſtud, ⁊ videbant, quę fiebant, percutientes péctora ſua reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius a longe: ⁊ mulieres quę ſecutę erant eum á Galilęa hęc videntes.

Hic cantatur in tono euangelij.

T ecce vir nomine Joſeph, qui erat decurio: vir bonꝰ ⁊ iuſtus. Hic non conſénſerat conſilio ⁊ actibuſ eorũ: ab Arimathia ciuitate Judeę: qui expectabat ⁊ ipſe regnuȝ dei. Hic acceſſit ad Pilatum: ⁊ pétijt corpus Jeſu. Et depoſitũ inuóluit in ſindone: ⁊ poſuit eũ in monumento excíſo: in quo nonduȝ quiſquã póſitus fuerat. Offerto.

D omine exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te perueniat. Secre.

P Vrifica noſ miſericors deꝰ: vt eccleſię tuę preces, quę tibi gratę ſunt, pia munera deferentes: fiant expiátis mentibus gratiores. Per domi. Cõmu.

P otum meuȝ cum fletu temperabam: quia éleuãs alliſíſti me: ⁊ ego ſicut fęnũ árui: tu autem dñe in ęternũ pérmanes: tu exurgẽs miſeréberis Sión: quia venit tempus miſerendi eius. Poſtcõ.

L Argire ſénſibus noſtris omnipotẽs deꝰ: vt per tẽporalẽ filij tui mortẽ, quã myſteria veneranda teſtantur: vitam nobis tedediſſe perpetuam confidamuſ. Per eundeȝ. Super populum.

R Eſpice q̃s dñe ſuper hác familiã tuã: pro qua dñs noſter Jeſus Chriſtus non dubitauit manibus tradi nocéntum: ⁊ crucis ſubíre tormentũ. Qui tec.

¶ Féria quinta in cęna domini hora competenti dicitur nona. Qua cõpleta, ⁊ accenſis circa altare luminaribus: ſacerdos vnã cum miniſtris albis indutus indúmentis procedit é ſacrario: ⁊ quuȝ peruenerit ad altare icona altaris diſcooperítur, ⁊ altare inceńſatur, ⁊ cantores interim miſſam incipiunt. Statio ad ſanctuȝ Joannem in Laterano. Introi.



N Os aũt gloriari oportet in cruce dñi noſtri Jeſu Chriſti: in quo eſt ſalus, vita, ⁊ reſurrectio nr̃a: per quẽ ſaluati ⁊ liberati ſumus. ps. Deus miſereat̃ nr̃i, ⁊ benedicat nobis: illúminet vultũ ſuũ ſup nos, ⁊ miſereat̃ nr̃i. Gloria pa. non d̃. Sed Gloria ĩ excelſ.s. Cãtat̃. Cãpanę pulſant̃. Poſtea ſilent vſq; ad Gloria in excel. ſabbati ſc̃ti. Finita Gloria in excelſis palla velat̃. Orõ.

D Eus á quo ⁊ Judas pródítor reátus ſui pęnam: ⁊ cõ

feſſionis ſuę latro pręmium ſum-
pſit:concede nobis tuę propitia-
tiónis effectum:vt ſicut in paſſio
ne ſua Jeſus Chriſtus dñs no-
ſter diuerſa vtriſqꝫ intulit ſtipén-
dia meritorum:ita nobis ablato
vetuſtatis errore:reſurrectionis
ſuę gratiam largiatur. Qui tecū.

Et hęc oratio tantum dicitur.

Epiſtola ad Corinthios.j.xj.Ca.

FRatres:Cōuenientibus vo
bis in vnum, iam non eſt do
minicā cęnā manducáre. Vnuſ-
quiſqꝫ enim ſuam cęnam pręſu-
mit ad manducandum. Et alius
quidem éſurit: álius autē ébrius
eſt. Nunquid domos non habe-
tis ad manducandum ⁊ biben-
dum? Aut eccleſiā Dei contém-
nitis: ⁊ confúnditis eos qui non
habent? Quid dicā vobis? Lau-
do vos? in hoc non laudo. Ego
enim accépi á dño quod ⁊ trádi-
di vobis:quoniā dominus Je-
ſus in qua nocte tradebatur:acce
pit panem: ⁊ gratias agens fre-
git ⁊ dixit. Accipite ⁊ manduca-
te. Hoc eſt corpus meum,quod
pro vobis tradetur:hoc facite in
meam cōmemorationem. Simi-
liter ⁊ calicem, poſtquā cęnauit,
dicens. Hic calix, nouum teſta-
mentū eſt in meo ſanguine. Hoc
facite quotienſcunqꝫ bibitis, in
meam cōmemorationem. Quo-
tienſcunqꝫ enim manducábitis
panem hunc: ⁊ calicem bibétis:
mortem domini annunciabitis
donec veniat. Jtaque quicunqꝫ
manducáuerit panem hunc: vel
biberit calicem domini indigne:
reus erit corporis ⁊ ſanguinis
domini. Probet autem ſeipſum
homo:⁊ ſic de pane illo edat,⁊ de
calice bibat. Qui enim mandu-
cat ⁊ bibit indigne:iudicium ſibi
manducat ⁊ bibit:nō diiúdicans
corpus dñi. Jdeo inter vos mul
ti infirmi ⁊ imbecilles:⁊ dórmiūt
multi. Quod ſi noſmetipſos diiu
dicarémus:non vtique iudicaré-
mur. Dum iudicámur autem, a
domino corrípimur: vt non cū
hoc mundo damnemur. Grad.

Chriſtus factꝰ eſt pro nobis obediens
vſqꝫ ad mortē: mortem autē crucis. V.
Propter quod ⁊ deus exaltauit illū: ⁊
dedit illi nomē qđ eſt ſuper oē nomen.

Secundum Joannem. xiij. Ca.



ANte
diē
feſtum pa
ſchę: ſciēs
Jeſus, qꝛ
venit ho-
ra eius:vt
tráſeat ex
hoc mun-
do ad patrem: quum dilexiſſet
ſuos, qui erát in mundo,in finem
dilexit eos. Et cęna facta: quum
diabolus iam miſiſſet in cor: vt
tráderet eum Judas Simonis
Jſcariótis: ſciēs quia omnia de-
dit ei pater in manus: ⁊ quia á
Deo exiuit, ⁊ ad Deum vadit:
ſurgit á cęna: ⁊ ponit veſtimenta
ſua: ⁊ quum accepiſſet linteum:

pręcinxit

pręcinxit ſe. Deinde miſit aquã in peluim: & cepit lauare pedes diſcipulorum ſuorum: & extergere linteo, quo erat pręcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum: & dixit ei Petrus. Domine, tu mihi lauas pedes? Reſpondit Jeſus, & dixit ei. Quod ego facio tu neſcis modo: ſcies autem poſtea. Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in ęternum. Reſpondit ei Jeſus. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus. Domine, non tantum pedes meos: ſed & manus & caput. Dicit ei Jeſus. Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet: ſed eſt mundꝰ totus. Et vos mundi eſtis: ſed non omnes. Sciebat enim quiſnam eſſet, qui traderet eum. Propterea dixit: non eſtis mundi omnes. Poſtquam ergo lauit pedes eorum, accepit veſtimenta ſua: & quum recubuiſſet iterum, dixit eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magiſter & domine: & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes veſtros dominus & magiſter: & vos debetis alter alterꝰ lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis: vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Et dicitur. Credo. Offertoriũ.

Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: non moriar ſed viuam: & narrabo opera domini. M.M.

Incenſetur altare tantum cum miniſtris. Secreta.

Ipſe tibi quęſumus dñe ſancte, pater omnipotẽs, ęterne deus, ſacrificium noſtrum reddat acceptum: qui diſcipulis ſuis in ſui commemoratioñe hoc fieri hodierna traditione monſtrauit, Jeſus Chriſtus filius tuus dominꝰ noſter. Qui te. Infra actio.

Communicantes, & diem ſacratiſſimũ celebrantes, quo dominus noſter Jeſus Chriſtus pro nobis eſt traditus: ſed & memoriam. Item infra actionem.

Hanc igitur oblationẽ ſeruitutis noſtrę, ſed & cunctę familię tuę: quam tibi offerimus ob diẽ in qua dñs noſter Jeſus Chriſtus tradidit diſcipulis ſuis corporis & ſanguinis ſui myſteria celebrãda, quęſumus dñe: vt placatus accipias. Itẽ infra actio.

Qui pridie quã pro noſtra omniũq; ſalute pateretur, hoc eſt hodie, accepit panem i ſanctas ac venerabiles manus ſuas &c. Agnus dei Cantat. Pax nõ dat. Ideo tertio. Miſerere nobis dĩ. Sumpto ſanguinis ſacramento: & facta cõmunione: miſſa completur. Cõmunio.

Dñs Jeſus poſtquã cęnauit cum diſcipulis ſuis: lauit pedes eorum: & ait illis. Scitis quid fecerim vobis? Ego dominus & magiſter exemplum dedi vobis: vt & vos ita faciatis. Poſtcom.

Refecti vitalibus alimonijs: quęſumus domine deus noſter:

noſter: vt quod tempore noſtrę mortalitatis exequimur: immortalitatis tuę munere conſequamur. Per dominū. Et dicitur. Ite miſſa eſt. Hodie reſeruat Sacerdos hoſtiā vnam cōſecratam pro die ſequenti, in quo nō cōficitur, vel etiā plures, ſi opus ſit, pro infirmis: ſanguinem vero totū ſumit. Finita miſſa accenduntur intortitia, ⁊ per Sacerdotē cū luminaribus ⁊ cantibus cōſuetis, comitantibus omnibus, ipſa hoſtia ad preparatum locū deportatur. Poſt refectionem Sacerdos cum acolutho denidat altaria legendo antiphonā. Diuiſerūt ſibi veſtimēta mea, ⁊ ſup veſtē meā miſerūt ſortē cū toto pſalmo Deus deus meus reſpice in me. Poſt denudationē altariū hora cōpetenti facto ſigno cum tabula, cōueniūt Monachi ad Sacriſtiam, ⁊ apparato Diacono cum alba, ſtola, ⁊ manipulo tantū ſinē dalmatica, ⁊ Subdiacono cū alba ⁊ manipulo: inde bini precedentib⁹ ceroferarijs, ⁊ crucigero pergunt ad capitulum: Ibiq; ſtatim ad Abbatem pro incenſi benedictione Subdiaconus ⁊ acoluthus accedunt, ⁊ reſidentibus cunctis, factoq; ſigno ab Abbate, ⁊ incenſato libro, Diaconus incipit euangelium. Ante diem feſtum paſchę Et quum peruenerit ad locum Surgit á cęna, ⁊ ponit veſtimenta ſua. Et quum accepiſſet linteum, precinxit ſe, protractis verbis, ⁊ interuallis factis, vt debitę interim ab Abbate ceremonię fiāt: ſtatim Abbas, perueniente ad illum euangelij locum Diacono: Miſit aquam in peluim acceptam é miniſtrorum manibus aquā in vas preparatum effundit. Et ſubſequente Diacono. Cępit lauare pedes diſcipulorum: Incipit ſeniorum ⁊ cęterorum pedes abluere, duobus vel tribus ex ſenioribus, vbi maior habetur Monachorum numerus illum adiuuantibus. Peruento demum ad poſtquā ergo lauit pedes eorū: dimiſſa particula hac Diaconus ſedet, ⁊ cantores incipiunt.

Mandatū nouū do vobis, vt diligatis inuicē ſicut dilexi vos. Ps. Beati immaculati in via, q ámbulāt in lege dñi. Et repétitur immediate antiph. Mandatū nouū. Et ſic alię añę quę habent pſalmos vel verſus repetunt. Et nota ꝙ de quolibet pſalmo nō dī niſi vnus verſus. Añ. Poſtquā ſurrexit dominus á cęna, miſit aquā in peluim: ⁊ cępit lauare pedes diſcipulorū ſuorū: hoc exemplū reliquit eis. Ps. Magnus dñs ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius. Añ. Dñs Ieſus poſtquā cęnauit cū diſcipulis ſuis, lauit pedes eorum, ⁊ ait illis: ſcitis quid fécerim vobis: ego dñs ⁊ magiſter exemplū dedi vobis, vt ⁊ vos ita faciatis. Añа. In diebus illis mulier, quę erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit ꝙ Ieſus recubuit in domo Simonis leproſi: áttulit

alabaſtrum vnguenti: et ſtans retro ſecus pedes dñi Jeſu, lachrymis cepit rigare pedes eius, et capillis capitis ſui tergebat, et oſculabatur pedes eius, et vnguento vngebat. Ps. Benedixiſti dñe terram tuã: auertiſti captiuitatem Jacób. Añ. Maria ergo vnxit pedes Jeſu, et extersit capillis ſuis, et dom⁹ impleta eſt ex odore vnguenti. Ps. Dñe ne in furore tuo árguas me, neq; in ira tua corripias me. Añã. Uos vocatis me magiſter et dñe, et bene dicitis: ſum étenim. ſi ego laui pedes veſtros dñs et magiſter, et vos debetis alter altérius lauáre pedes. V. Exemplum enim dedi vobis, vt et vos ita faciatis. Añ. Diligamus nos ínuicem, quia caritas ex Deo eſt: et qui diligit fratrem ſuum, ex Deo natus eſt, et videt Deum. Ps. Quam dilecta tabernácula tua dñe virtutum: concupíſcit et déficit anima mea in átria dñi. Añ. Ubi eſt cáritas et dilectio: ibi ſanctorum eſt congregatio: ibi nec ira eſt, nec indignatio, ſed firma caritas in perpetuũ. Chriſtus deſcendit mundũ redímere, vt liberaret á morte hominem. exemplũ dedit ſuis diſcipulis, vt ſibi ínuicẽ pedes ablúerent. Ps. Deus miſereatur noſtri et benedícat nobis: illúminet vultũ ſuum ſuper nos, et miſereatur noſtri. Añ. Congregauit nos Chriſtus ad gloꝛificandũ ſeipſum. reple dñe animas noſtras ſancto ſpũ. V. A ſolis ortu et occáſu: ab aquilóne et mari. Añ. Mulier quę erat in ciuitate peccatrix áttulit alabáſtrum vnguenti: et ſtans retro ſecus pedes domini Jeſu: lachrymis cępit rigáre pedes eius, et capillis capitis ſui tergebat. V.

Dum eſſet rex in accúbitu ſuo: nardus mea dedit odorem ſuauitatis. Añã. Domine tu mihi lauas pedes? reſpondit Jeſus et dixit ei, ſi non lauero tibi pedes: non habebis partem mecum. V. Uenit ergo ad Simonem Petrum: et dixit ei Petrus. Et repétitur añã. Domine tu mihi. V. Quod ego facio tu neſcis modo: ſcies autẽ póſtea. Et repétitur añ. Domine tu mihi. V. Non tantũ pedes meos, ſed et manus et caput. Et repétitur añã. Dñe tu mihi. Añ. Si ego dñs et magiſter veſter laui vobis pedes: quanto mágis debetis alter altérius lauare pedes? Ps. Audite hęc omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Añ. Jn hoc cognoſcẽt omnes quia mei eſtis diſcipuli: ſi dilectionẽ habuéritis ad ínuicem. Añ. Maneant in vobis fides, ſpes, caritas, tria hęc: maior autẽ horum eſt caritas. V. Nunc autẽ manẽt fides, ſpes, caritas, tria hęc. Añ. Benedicta ſit ſancta Trinitas atq; indiuíſa únitas: confitébimur ei, quia fecit nobíſcũ miſericordiã ſuam. V. Benedicamus patrẽ et filiũ cũ ſancto ſpiritu. Deinde p duos ſiue tres cãtetur Ubi caritas. Et quarto quoq; verſu repetatur ab alijs quatuor vel ſex fratribus ſtantibus, ceteris reſidentibus. Ubi caritas et amor deus ibi eſt. Lotis poſtremó pedibus, Diaconus iterum procedit i mediũ, proſequiturq; quod reliquerat Poſtquã ergo lauit pedes eorum protrahendo et expectando, vt debitę fiant ab Abbate ceremonię. Et cantata particula

ticula vna ad Abbatis arbitriū:
Diaconus in fine concludit.
Surgite eamus hinc. Tunc oēs
pariter ſurgentes, eo ordine quo
venerāt reuertuntur ad eccleſiā.
Et Diacono in prima ſecūdi cho
ri ſede, cęteris in locis ſuis reſidē
tibus: Subdiacon⁹ incipit parti
culā euāgelij **Hęc mando vobis**
ad Abbatis arbitriū decantan
dā. Facto deinde ſigno, Diaco
nus ⁊ Subdiaconus pręcedenti
bus ceroferarijs, ⁊ crucigero in
Sacriſtiā redeūt: ⁊ Monachi ſta
tim in choro cōpletoriū incipiūt.
¶ Feria. vj. i paraſceuē poſt ſex
ta Sacriſta, vel alius Sacerdos
corp⁹ dñi, quod pridie fuerat re
ſeruatū, ponat ſup patenā, ⁊ cor
porali paruo ſiue animula illud
diligēter cooperiat. Deinde Sa
criſta infraſcripta poſt altare ma
ius pręparare ſtudeat: videlicet
tobaleas duas, vnā magnā ⁊ la
tam, alterā paruā ⁊ ſtrictā: Cor
porale vnū abſque animula: Itē
crucē velo coopertā: ⁊ vas aquę
cū linteo ad lauādas Sacerdotis
⁊ miniſtrorū man⁹, atq; tergēdas
poſt calciamētorū reſumptionē.
Denique hora cōpetēti facto ſi
gno more ſolito, ⁊ cōgregatis in
eccleſia Monachis dicat nona.
Poſt quā ſtatim Sacerdos idu
tus Sacerdotalibus veſtimētis,
vnā cū miniſtris abſque lumina
rib⁹ ⁊ incenſo ē ſacrario prodiēs,
ante altare procumbit cū Diaco
no ⁊ Subdiacono, ⁊ aliquandiu
orat. Interim Acoluthi tobaleā
illam magnam, quam poſt altare
Sacriſta ꝑparauit, ſuper altare
extēdūt. Finita oratione ſua Sa
cerdos deoſculatur altare, ⁊ cum
miniſtris in loco ſuo ſedet. Po
ſtea vnus Subdiaconus ex his,
qui in choro ſunt, indutus cotta
procedens in medium primam
ſine titulo prophetiam ſuper le
ctorile in loco cōſueto decantat.
¶ Prophetia prima ſine titu
lo cantanda. Oſee. vj.

H Acc dicit do
minus. In tri
bulatiōe ſua
mane conſur
gent ad me.
Venite ⁊ re
uertamur ad
dñm: quia ip
ſe cępit ⁊ ſanabit nos: percutiet
⁊ curabit nos. Viuificabit nos
poſt duos dies: ⁊ in die tertia ſu
ſcitabit nos: ⁊ viuemus in con
ſpectu ei⁹: ſciemus, ſequemurq;:
vt cognoſcamus dñm. Quaſi di
luculum pręparatus eſt egreſſus
eius: ⁊ véniet nobis quaſi imber
temporáneus, ⁊ ſerótinus terrę.
Quid faciā tibi Ephraím: quid fa
ciam tibi Iuda? Miſericordia
veſtra quaſi nubes matutina: ⁊
quaſi ros mane pertránſiens.
Propter hoc doláui in prophe
tis: ⁊ occídi eos in verbis oris
mei: ⁊ iudicia mea quaſi lux egre
diētur: quia miſericordiā volui,
⁊ nō ſacrificium: ⁊ ſcientiam Dei
pluſquā

pluſquã holocauſtum. Tractus.
Dñe audiui auditũ tuum, ⁊ timui: conſyderaui opera tua, ⁊ expaui. ℣. In medio duorũ animaliũ innoteſcéris: dum appropinquáuerint anni cognoſcéris: dum aduénerit tempus oſtendéris. ℣. In eo dũ conturbata fúerit anima mea: in ira miſericordię memor eris. ℣. Deꝰ á libano véniet: ⁊ ſanctus de monte vmbróſo, ⁊ condénſo. ℣. Opéruit cęlos maieſtas eius: ⁊ laudis eius plena eſt terra. Finito tractu ſacerdos dicit Oremus: ⁊ diaconus. Flectamus genua. Leuate. Oño.

Deus á quo ⁊ Judas próditor reátus ſui pęnam: ⁊ confeſſionis ſuę latro prȩmium ſumpſit: concede nobis tuę propitiationis effectũ: vt ſicut in paſſione ſua Jeſus Chriſtꝰ dñs noſter diuerſa vtriſq; intulit ſtipéndia meritorũ: ita nobis ablato vetuſtatis errore: reſurrectionis ſuę gratiam largiatur. Qui tecum. Finita oratione ſubdiaconꝰ qui paratus eſt ſecundam ⁊ ipſe ſine titulo prophetiam in tono epiſtolę ferialis moroſe decantat.

¶ Prophetia ſecunda ſine titulo cantanda. Exodi.xij.

In diebus illis: Dixit dñs ad Moyſén ⁊ Aarón i terra Aegypti. Menſis iſte vobis principiũ ménſium: Primus erit in menſibus anni. Loquimini ad vniuerſum cętum filiorũ Jſraél: ⁊ dicite eis. Décima die menſis huius tollat vnuſquiſq; agnum per familias ⁊ domos ſuas. Sin autem minor eſt numerus, vt ſufficere poſſit ad veſcendũ agnum: aſſúmat vicinum ſuum, qui coniunctus eſt dómui ſuę: iuxta numerũ animarum, quę ſufficere poſſint ad eſum agni. Erit autem agnus abſque mácula, máſculus, annículus. Juxta quẽ ritum tollétis ⁊ hędum: ⁊ ſeruabitis eum vſq; ad quartamdecimã diẽ menſis huius. Jmmolabitq; eum vniuerſa multitudo filiorum Jſraél ad véſperam: ⁊ ſument de ſanguine eius, ac ponẽt ſuper vtrunq; poſtem: ⁊ in ſuperliminárib9 domorũ, in quibus cómedent illũ. Et edent carnes nocte illa aſſas igni: ⁊ ázymos panes cum lactúcis agréſtibus. Non comedétis ex eo crúdum quid: nec coctum aqua: ſed aſſum tantum igni. Caput cum pedibus eius, ⁊ inteſtínis vorábitis: ⁊ os eius nõ confringetis: nec remanebit ex eo quicquã vſq; mane. Si quid reſiduum fúerit, igni cõburetis. Sic autẽ comedetis illum. Renes veſtros accingetis: ⁊ calciamenta habebitis in pedibus: tenentes báculos in manibus: ⁊ comedetis feſtinanter. Eſt enim phaſe, ideſt tranſitus domini. Tractꝰ.
Eripe me dñe ab homine malo: á viro iniquo libera me. ℣. Qui cogitauerunt malitias in corde: tota die conſtituebãt prȩlia. ℣. Acuérũt linguas ſuas ſicut ſerpentes: venénum áſpidum ſub labijs eorum. ℣. Cuſtodi me dñe de manu peccatoris: ⁊ ab hominibus iniquis

quis libera me. ℣. Qui cogitauerunt
ſupplántare greſſus meos: abſconde-
runt ſuperbi laqueum mihi. ℣. Et fu-
nes extenderunt in láqueum pedibus
meis: ⁊ iuxta iter ſcándalum poſuerunt
mihi. ℣. Dixi domino deus meus es
tu: exaudi domine vocem orationis
meę. ℣. Domine dñe virtus ſalutis
meę: obúmbra caput meum in die belli.
℣. Ne tradas me á deſydério meo pec
catori: cogitauerunt aduerſum me: ne
derelinquas me, ne vnquam exalten-
tur. ℣. Caput circúitus eorum: labor
labiorum ipſorum opériet eos. ℣. Ve-
rúmtamen iuſti confitebuntur nomini
tuo: ⁊ habitabunt recti cum vultu tuo.
Finito tractu paſſio domini ſup
nudum pulpitum decantatur.

¶ Paſſio domini noſtri Jeſu
Chriſti ſecundũ Joannẽ. xviij.



IN illo
tẽpore:
Egreſſus
eſt Jeſus
cum diſci
pulis ſuis
trans tor
rentẽ Ce
drón: vbi
erat hortus: in quẽ introiuit ip-
ſe ⁊ diſcipuli eius. Sciebat autẽ
⁊ Judas qui tradebat eum, locũ:
quia frequenter Jeſus conuéne-
rat illuc cum diſcipulis ſuis. Ju-
das ergo quum accepiſſet cohór-
tem: ⁊ á pontificibus ⁊ phariſęis
miniſtros: venit illuc cum latér-
nis, ⁊ fácibꝰ, ⁊ armis. Jeſus itaq;
ſciens omnia, quę ventura erant
ſuper eum: proceſſit, ⁊ dixit eis.
✠ Quem quęritis? C. Reſpon-
derunt ei. S. Jeſum Nazarénũ.
C. Dicit eis Jeſus. ✠ Ego ſum.
C. Stabat autẽ ⁊ Judas, qui tra-
debat eum cũ ipſis. Vt ergo di-
xit eis ego ſum: abierunt retror-
ſum: ⁊ ceciderunt in terrã. Iterũ
ergo interrogauit eos. ✠ Quẽ
quęritis? C. Illi autẽ dixerunt.
S. Jeſum Nazarénũ. C. Reſpon
dit Jeſus. ✠ Dixi vobis: quia
ego ſum. Si ergo me quęritis:
ſinite hos abíre. C. Vt implere-
tur ſermo quem dixit: quia quos
dediſti mihi, non pérdidi ex eis
quemquã. Simon ergo Petrus
habens gladium, eduxit eum: ⁊
percuſſit ſeruũ pontificis: ⁊ abſci
dit auriculam eius dextrã. Erat
aũt nomen ſeruo Malchus. Di-
xit ergo Jeſus Petro. ✠ Mit
te gladium tuum in vaginam.
Cálicẽ quẽ dedit mihi pater, nõ
vis vt bibam illum? C. Cohors
ergo ⁊ tribúnus, ⁊ miniſtri Ju-
dęorum, comprehenderunt Je-
ſum: ⁊ ligauerunt eum: ⁊ adduxe-
runt eum ad Annam primum.
Erat autẽ Anna ſocer Caiphę:
qui erat pontifex anni illius. Erat
autem Caiphas, qui conſiliũ de-
derat Judęis: quia éxpedit vnũ
hominem mori pro populo. Se-
quebatur aũt Jeſum Simon pe
trus, ⁊ alius diſcipulus. Diſcipu-
lus autem ille erat notus ponti-
fici: ⁊ introiuit cũ Jeſu in átrium
pontificis: Petrus autẽ ſtabat
ad

ad oſtium foꝛis. Exiuit ergo diſcipulus alius, qui erat notus pontifici: ⁊ dixit oſtiárię: ⁊ introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla oſtiária. S Nunquid ⁊ tu ex diſcipulis es hominis iſtius? C Dixit ille. S Non ſum. C Stabant autem ſerui ⁊ miniſtri ad pꝛunas, quia frigus erat: ⁊ calefaciebant ſe. Erat autem cum eis ⁊ Petrus ſtans: ⁊ calefáciens ſe. Pontifex ergo interrogauit Jeſum de diſcipulis ſuis, ⁊ de doctrina eius. Reſpondit ei Jeſus. ✠ Ego palam locutus ſum mundo. Ego ſemper dócui in ſynagóga ⁊ in templo, quo omnes Judęi conueniunt: ⁊ in occulto locutus ſum nihil. Quid me intérrogas? Intérroga eos qui audierunt: quid locutus ſum ipſis. Ecce hi ſciunt, quę dixerim ego. C Hęc autem quum dixiſſet: vnus aſſiſtens miniſtroꝛum dedit álapam Jeſu dicés. S Sic reſpondes pontifici? C Reſpondit ei Jeſus. ✠ Si male locutus ſum, teſtimonium pérhibe de malo: ſi autem bene, quid me cędis? C Et miſit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. Erat aũt Simon Petrus ſtans, ⁊ calefáciens ſe. Dixerunt ergo ei. S Nunquid ⁊ tu ex diſcipulis eius es? C Negauit ille ⁊ dixit. S Non ſum. C Dixit vnus ex ſeruis pontificis, cognatus eius cuius abſcidit Petrus auriculam. S Nonne ego te vidi in hoꝛto cum illo? C Iterum ergo negauit Petrus: ⁊ ſtatim gallus cantauit. Adducunt ergo Jeſum á Caipha in pꝛętóriũ. Erat autem mane: ⁊ ipſi non introiérunt in pꝛętórium: vt non contaminarentur: ſed manducárent paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foꝛas, ⁊ dixit. S Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? C Reſponderũt, ⁊ dixerunt ei. S Si non eſſet hic malefactoꝛ, non tibi tradidiſſémus eum. C Dixit ergo eis Pilatus. S Accipite eum vos: ⁊ ſecundum legem veſtram iudicate eum. C Dixerunt ergo ei Judęi. S Nobis non licet interfícere quemquã. C Vt ſermo Jeſu impleretur, quem dixit, ſignificans qua moꝛte eſſet moriturus. Introiuit ergo iterum Pilatus in pꝛętórium: ⁊ vocauit Jeſum, ⁊ dixit ei. S Tu es rex Judeoꝛum? C Reſpondit Jeſus. ✠ A' temetipſo hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me? C Reſpondit Pilatus. S Nunquid ego Judęus ſum? Gens tua, ⁊ pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid feciſti? C Reſpondit Jeſus. ✠ Regnum meum non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum: miniſtri mei vtique decertárent: vt non traderer Judeis. Nunc autem regnum meum non eſt hinc. C Dixit itaq; ei Pilatus. S Ergo rex es tu? C Reſpondit Jeſus.

Jeſus. ✠ Tu dicis, quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum: ⁊ ad hoc veni in mundum: vt teſtimonium perhibeam veritati. Omnis enim qui eſt ex veritate, audit vocem meam. C Dicit ei Pilatus. S Quid eſt veritas? C Et quum hoc dixiſſet: iterum exiuit ad Judęos: ⁊ dixit eis. S Ego nullam inuenio in eo cauſam. Eſt autem conſuetudo: vt vnum dimittam vobis in paſcha. Vultis ergo dimittam vobis regem Judęorum? C Clamauerunt rurſum omnes dicentes. S Non hunc: ſed Barabbám. C Erat autem Barabbás latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Jeſum, ⁊ flagellauit. Et milites plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt capiti eius: ⁊ veſte purpúrea circumdedérunt eum: ⁊ veniebant ad eum, ⁊ dicebant. S Aue rex Judęorum. C Et dabant ei álapas. Exiuit iterum Pilatus foras: ⁊ dixit eis. S Ecce addúco vobis eum foras: vt cognoſcatis, quia in eo nullam cauſam inuenio. C Exiuit ergo Jeſus portans ſpineam coronam: ⁊ purpúreum veſtimentum: ⁊ dicit eis Pilatus. S Ecce homo. C Quum ergo vidiſſent eum pontifices, ⁊ miniſtri, clamabant, dicentes. S Crucifige, crucifige eum. C Dicit eis Pilatus. S Accipite eum vos, ⁊ crucifigite. Ego enim non inuenio in eo cauſam. C Reſponderunt ei Judęi. S Nos legem habemus: ⁊ ſecundum legem debet mori: quia filium dei ſe fecit. C Cum ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit. Et ingreſſus eſt prętórium iterum: ⁊ dicit ad Jeſum. S Vnde es tu? C Jeſus autem reſponſum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. S Mihi non lóqueris? Neſcis, quia poteſtatem habeo crucifigere te: ⁊ poteſtatem habeo dimittere te? C Reſpondit Jeſus. ✠ Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam: niſi tibi datum eſſet déſuper. Proptérea qui tradidit me tibi maius peccatum habet. C Et exinde quęrebat Pilatus dimittere eum. Judęi autem clamabant, dicentes. S Si hunc dimittis: non es amicus Cęſaris. Omnis enim, qui ſe regem facit, contradicit Cęſari. C Pilatus ergo quum audiſſet hos ſermones: adduxit Jeſum foras: ⁊ ſedit pro tribunáli in loco qui dicitur Lithóſtrotos: hebráice autem Gabathá. Erat autem paraſceué paſchę hora quaſi ſexta. Et dicit Judęis. S Ecce rex veſter. C Illi autem clamabant. S Tolle, tolle: crucifige eum. C Dicit illis Pilatus. S Regem veſtrum crucifigam? C Reſponderunt pontifices. S Non habemus regem niſi Cęſarem. C Tunc ergo trádidit

dit eis illum, vt crucifigeretur. Suſceperunt autem Jeſum: ⁊ eduxerunt. Et báiulans ſibi crucem, exiuit in eũ qui dicitur Caluárię locum: hebráice autẽ Golgotha: vbi eum crucifixerunt: ⁊ cum eo alios duos hinc ⁊ hinc: medium autem Jeſũ. Scripſit autem ⁊ titulum Pilatus: ⁊ poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum: Jeſus Nazarénus rex Judęorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Judęorum: quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus eſt Jeſus. Et erat ſcriptum hebráice, gręce, ⁊ latine. Dicebant ergo Pilato pontifices Judęorum. S Noli ſcribere rex Judęorum: ſed quia ipſe dixit, rex ſum Judęorũ. C Reſpondit Pilatus. S Quod ſcripſi, ſcripſi. C Milites ergo quum crucifixiſſent eum: acceperũt veſtimenta eius: ⁊ fecerunt quatuor partes: vnicuiq; militi partem: ⁊ túnicam. Erat autem túnica inconſútilis, deſúper contéxta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem. S Non ſcindámus eam: ſed ſortiámur de illa cuius ſit. C Vt ſcriptura impleretur dicens. Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi: ⁊ in veſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidem hęc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Jeſu mater eius, ⁊ ſoror matris eius Maria Cleóphę, ⁊ Maria Magdaléne. Quum vidiſſet ergo Jeſus matrem, ⁊ diſcipulũ ſtantem, quẽ diligébat: dicit matri ſuę. ✠ Mulier ecce filius tuus. C Deinde dicit diſcipulo. ✠ Ecce mater tua. C Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuá. Poſtea ſciens Jeſus quia omnia iam conſummáta ſunt, vt cõſummaretur ſcriptura dicit. ✠ Sitio. C Vas ergo poſitum erat acéto plenum. Illi autem ſpóngiam plenã acéto hyſſópo circumponentes, obtulérunt ori eius. Quum ergo accepiſſet Jeſus acétum, dixit. ✠ Conſummatum eſt. C Et inclinato capite trádidit ſpiritum. Judęi ergo quoniam paraſceuẽ erat: vt non remanerent in cruce corpora ſabbato (erat enim magnus dies ille ſabbati) rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, ⁊ tollerentur. Venerunt ergo milites: ⁊ primi quidem fregerunt crura: ⁊ altérius qui crucifixus eſt cum eo. Ad Jeſum autem quum veniſſent: vt viderunt iam mortuum, non fregerunt eius crura: ſed vnus militum lancea latus eius apéruit: ⁊ contínuo exiuit ſanguis ⁊ aqua. Et qui vidit teſtimonium perhíbuit: ⁊ verum eſt teſtimonium eius: ⁊ ille ſcit, quia vera dicit: vt ⁊ vos credatis. Facta ſunt enim hęc, vt ſcriptura impleretur: Os non comminuétis ex eo. Et iterum alia ſcriptura dicit. Videbunt in quem tranſfixerunt.


Hic




Hic legitur in tono euangelij. Benedictio petitur, ⁊ incenſum atq; luminaria portant, ſicut cõſuetum eſt fieri ad euangelium.

POſt hęc autẽ rogauit Pilatum Joſeph ab Arimathia: eo ꝙ eſſet diſcipulꝰ Jeſu: occultus auteʒ propter metum Judęorum: vt tolleret corpus Jeſu: ⁊ permiſit Pilatus. Venit ergo, ⁊ tulit corpus Jeſu. Venit autem ⁊ Nicodemus: qui venerat ad Jeſuʒ nocte primum: ferens myxturaʒ myrrhę ⁊ aloes, quaſi libras centum. Acceperunt ergo corpus Jeſu: ⁊ ligauerunt eum linteis cum aromatibus: ſicut mos eſt Judęis ſepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus eſt, hortus: ⁊ in horto monumẽtum nouũ: in quo nondum quiſquã poſitus fuerat. Ibi ergo propter paraſceuen Judęorũ: quia iuxta erat monumentũ: poſuerũt Jeſum.

Finita paſſione ſtatim ſacerdos abſolute ĩ medio altaris infraſcriptas ĩcipit ſolẽnes decãtare orõnes. Prĩa ĩ tono pfatiõis. Scđa ĩ tono orõnũ cõſueto cãtat. Orõ.



Oremus dilectiſſimi nobis, pro



eccleſia ſancta dei: vt eã deus



⁊ dominus noſter pacificare,



adunare, ⁊ cuſtodire dignetur



toto orbe terrarũ: ſubijciẽs ei




principatꝰ ⁊ poteſtates: detq;



nobis quietã ⁊ trãquillã vitã:



⁊ de gentibus glorificare deũ patrem





Oremus ⁊ pꝛo beatiſſimo Papa noſtro. N. vt deus ⁊ dominus noſter, qui elégit eum in oꝛdine epiſcopátus, ſaluum atqꝫ incolumem cuſtódiat eccleſię ſuę ſanctę, ad regendum populum ſanctum Dei. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oꝛo.

Omnipotés ſempiterne deus, cuius iudicio vniuerſa fundantur, réſpice pꝛopitius ad pꝛeces noſtras, ⁊ electum nobis antiſtitem tua pietate conſerua: vt chꝛiſtiana plebs, quę tali gubernatur autoꝛe, ſub tanto pontifice credulitatis ſuę meritis augeatur. Per do. ℟. Amé. Oꝛo.

Oremꝰ ⁊ pꝛo oibus Epiſcopis, Pꝛeſbyteris, Diaconibꝰ, Subdiaconibꝰ, Acoluthis, exoꝛciſtis, lectoꝛibꝰ, oſtiárijs, confeſſoꝛibꝰ, virginibꝰ, viduis, ⁊ pꝛo omni populo ſctó dei. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oꝛo.

Omnipotés ſempiterne deus, cuius ſpiritu totum coꝛpus eccleſię ſanctificatur ⁊ régitur: exaudi nos pꝛo vniuerſis oꝛdinibus ſupplicantes, vt gratię tuę munere ab omnibus tibi gradibꝰ fideliter ſeruiatur. Per dominum noſtrum. in vnitate eiuſdeꝫ ſpiritus. ℟. Amen. Oratio.

Oremus ⁊ pꝛo chꝛiſtianiſſimo Imperatoꝛe nr̃o. N. vt

deus ⁊ dñs noſter ſubditas illi fa ciat oēs barbaras nationes, ad noſtrá perpetuá pacem. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oīo.

Omnipotēs ſempiterne deus, in cuius manu ſunt omnium poteſtates ⁊ omnium iura regnoꝝ: reſpice ad Romanum benignus imperium: vt gentes que in ſua feritate confidunt: potentie tue dextera cōprimantur. Per dñm nřm. ℟. Amen. Oīo.

Oremus ⁊ pro Catechumenis noſtris, vt deus ⁊ dñs noſter adaperiat aures precordiorū ipſorū, ianuāq; miſericordie ſue: vt per lauacrū regenerationis accepta remiſſione omniū peccatoꝝ, ⁊ ipſi inueniantur in Chriſto Jeſu dño nřo. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oīo.

Omnipotēs ſempiterne deus, qui eccleſiam tuā noua ſemper prole fecundas: auge fidem ⁊ intellectū catechumenis noſtris: vt renati fonte baptiſmatis, adoptionis tue filijs aggregentur. Per. ℟. Amen. Oratio.

Oremus dilectiſſimi nobis deū patrē omnipotentē, vt cunctis mundū purget erroribus, morbos auferat, famē depellat, aperiat carceres, vincula diſſoluat, peregrinantibus reditū, infirmantibus ſanitatē, nauigantibus portū ſalutis indulgeat. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oīo.

Omnipotēs ſempiterne deus, meſtorum cōſolatio, laborantiū fortitudo, perueniant ad te preces de quacunq; tribulatione clamantium, vt omnes ſibi in neceſſitatibus ſuis miſericordiam tuam gaudeant affuiſſe. Per. ℟. Amen. Oratio.

Oremus ⁊ pro Hereticis ⁊ ſchiſmaticis, vt deus ⁊ dñs noſter eruat eos ab erroribus vniuerſis, ⁊ ad ſanctam matrem eccleſiam catholicā, atq; apoſtolicā reuocare dignetur. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oīo.

Omnipotēs ſempiterne deus, qui ſaluas omnes, ⁊ neminem vis perire: reſpice ad animas diabolica fraude deceptas, vt omni heretica prauitate depoſita, errantium corda reſipiſcant, ⁊ ad veritatis tue redeant vnitatem. Per. ℟. Amen. Oratio.

Oremus ⁊ pro perfidis Judeis, vt deus ⁊ dominus noſter auferat velamen de cordibus eorum, vt ⁊ ipſi agnoſcant Jeſum Chriſtum dominū noſtrū. Et nō reſpōdet Amen. nec dicit Flectamus genua. Leuate. Oīo.

Omnipotēs ſempiterne deus, qui etiam Judaicā perfidiā á tua miſericordia nō repellis: exaudi preces noſtras, quas pro illius populi obcecatione deferimus, vt agnita veritatis tue luce, que Chriſtus eſt, á ſuis tenebris eruatur. Per eundē dominum noſtrum. ℟. Amen. Oīo.

Oremus ⁊ pro Paganis: vt deus omnipotens auferat iniqui-

iniquitatem á cordibus eorum: vt relictis idólis ſuis conuertantur ad Deum viuum ⁊ verum: ⁊ vnicũ filium eius Jeſuꝫ Chriſtũ Deum ⁊ dñm noſtruꝫ: cum quo viuit ⁊ regnat cum ſpiritu ſancto deus: per omnia ſecula ſeculorũ. Et nõ reſpondeẽ Amen. Oremꝰ. Flectamus genua. Leuate. Oĩo.

OMnipotẽs ſempiterne deus: qui non mortem peccatorum, ſed vitam ſemper inquiris: ſuſcipe propitius orationem noſtram: ⁊ libera eos ab idolorum cultura: ⁊ àggrega eccleſię tuę ſanctę ad laudem ⁊ gloriam nominis tui. Per. ℟. Amen. Cõpletis orationibꝰ Sacerdos poſt altare depoſita ſolũmodo caſula: ⁊ á Diacono ⁊ Subdiacono exutis dalmaticis, crucem ibi pręparatã aſſumit in manibus: ⁊ Diaconus libelluꝫ ad cantandũ: ⁊ pręcedentibus miniſtris, firmat ſe ad altaris cornu dextrum poſterius: ⁊ duo fratres cum cottis ecõtra. Tũc Sacerdos adiuuantibuſ miniſtris cantat improperium iſtud. Popule meus quid feci tibi: aut in quo cõtriſtaui te: reſponde mihi. ℣. Quia eduxi te de terra Aegypti: paraſti crucem ſaluatori tuo. Et fratres cum cottis qui ex aduerſo ſtant reſpondent. Agios Othẽós, Agios Iſchyrós: Agios Athánatos eléiſon imas. Chorus vero. Sanctꝰ deus: Sanctꝰ fortis: Sanctꝰ immortalis miſerere nobis. Poſtea Sacerdos diſcooperiens cornu crucis dextrum, ſolus incipit voce graui. Ecce ligнuꝫ crucis. adiuuantibus miniſtris proſequitur. in quo ſaluſ mundi pependit. Statim chorus diſcooperto capite proſternens ſe in terram reſpondet. Venite adoremus. Similiter Diaconus ⁊ Subdiaconus ac cęteri omnes, quotiẽs chorus proſternit ſe: totiens ⁊ ipſi verſa facie ad crucẽ genua flectentes, eam humiliter adorant. Quo decantato ſurgunt omnes pariter. Deinde Sacerdos procedẽs ad cornu altaris dextrum anterius, incipit adiuuantibuſ miniſtris ſequens improperiũ. Quia eduxi te per deſertum quadraginta annis: ⁊ manna cibaui te: ⁊ introduxi te in terrã ſatis optimam. Et fratres cum cottis ex oppoſito ſtantes reſpondent. Agios. Similiter ⁊ chorus poſt iſtos cãtat. Sanctus deus. vt ſup. Poſtea Sacerdos diſcoópcrit cornu ſuperius crucis cũ capite crucifixi: eleuanſqꝫ cruceꝫ paulo altius: cantu mediocri incipit: Ecce lignum crucis. Et chorus proſtratuſ proſequitur ℟. Venite adoremus. Deinde Sacerdos pcedit in mediũ ante altare: ponens ſe ⁊ firmans ſuper gradus altaris: ⁊ cum miniſtris decantat tertium improperium. Quid vltra debui facere tibi ⁊ non feci: Ego quideꝫ plantaui te vineam meã ſpecioſiſſimam: ⁊ tu facta es mihi nimis amara: acéto nanqꝫ ſitim meam potaſti: ⁊ lancea perforaſti latus ſaluatori tuo.

Et frēs cum cottis e regione ſtātes rñdent: Agios. Et chorus vt antea Sctūs deus Tūc demū ſacerdos diſcooperiēs totā crucē: eā adhuc altius extollit: ⁊ alta voce incipit Ecce lignū crucis. proſequētibus miniſtris vt ſupra. Et chorus pſtratus, vt antea proſequitur Venite adoremus. Tunc ſacerdos deponit crucē in locū preparatū an altare. Deinde depoſitis poſt altare calciamentis, ſacerdos ⁊ miniſtri nudatis pedibus, hoc ordine ad adorandam ⁊ deoſculādā crucem accedūt. Sacerdos ſolus incipit: deinde diaconus ⁊ ſubdiaconus ſimul: poſtea acoluthi: ceteri demum monachi bini nudatis (vt dī) pedibus ſubſequūtur. Ter genua flectūt ante crucis adorationem: crucifixi pedes tātum deoſculantes: nō faciem: non pectus: non manus: ad beatę Marię magdalenę imitationem: quę ad Chriſti pedes acceſſit: ⁊ ad Judę proditoris deteſtationē: qui faciem deoſculādo dñm ⁊ Saluatorem tradidit. Sacerdos poſt hęc ⁊ miniſtri reſumptis calciamentis: lotis manibus: induti rurſus ſacerdotalib⁹ indumentis: in loco conſueto reſident: interea dum crux adorat: añ. Crucē tuā. ⁊ alia quę ſequūtur: vel in toto vel in parte prout mulitudo adorātiū, vel paucitas requirit: decantātur, hoc ordine.

Crucem tuam adoramus dñe: ⁊ ſanctam reſurrectionem tuā laudamus ⁊ gloꝛificamus. Ecce enī propter lignū venit gaudiū in vniuerſo mundo. Ps. Deus miſereatur noſtri, ⁊ benedicat nobis: illuminet vultum ſuū ſuper nos, ⁊ miſereatur noſtri. Et repetit ſtatim añ. Crucem tuā. Deinde cātatur hym. Crux fidelis. cum verſibus hymnorū ſequētium Pange lingua. ⁊ Luſtris ſex. ⁊ cū repetitionibus ſuis ſicut ordinatur inferius vel ſicut ſuperior diſpoſuerit.

Hymnus. Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis. Nulla ſylua talem profert fronde, flore, germine: Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus ſuſtinet Hymnus. Pange lingua glorioſi prelium certaminis: ⁊ ſuper crucis tropheum dic triumphum nobilē: qualiter redemptor orbis immolatus vicerit. Repetitur. Crux fidelis. vſque Dulce lignū. Et ſic fit quotiens repetitur. Crux fidelis. ℣. De parentis protoplaſti fraude facta condolens: quādo pomi noxialis morte morſu corruit: ipſe lignum tunc notauit: damna ligni vt ſolueret. Repetitur. Dulce lignum. ℣. Hoc opus noſtrę ſalutis ordo depopoſcerat: multiformis proditoris ars vt artē falleret: ⁊ medelam ferret inde: hoſtis vnde leſerat. Repetitur Crux fidelis. ℣. Quando venit ergo ſacri plenitudo tēporis: miſſus eſt ab arce patris natus orbis conditor: atque ventre virginali caro factus prodijt. Repetitur Dulce lignum. ℣. Uagit infans inter arcta conditus preſepia: mēbra pannis inuoluta virgo mater alligat: ⁊ manus pedeſque ⁊ crura ſtricta cingit faſcia.


Re


Repetitur Crux fidelis. Hymnꝰ: Luſtris ſex qui iam peractis tempus implens corporis: ſe volente natus ad hoc, paſſioni deditus: agnus in cruce leuatur immolādus ſtipite. Repetitur. Dulce lignum. ℣. Hic acetū fel arundo ſputa claui lancea: mite corpus perforatur: ſanguis vnda profluit: terra pontus aſtra mundus quo lauantur flumine. Repetitur. Crux fidelis. ℣. Flecte ramos arbor alta: tenſa laxa viſcera: et rigor lenteſcat ille quem dedit natiuitas: vt superni membra regis miti tendas ſtipite. Repetitur. Dulce li. ℣. Gloria, ⁊ honor deo vſquequaqꝫ altiſſimo, vna patri filioqꝫ inclyto paracleto, cui laus, ⁊ poteſtas per eterna ſecula. Amen.



Dum ſupradicta cantantur, palla hoc eſt tobalea parua ab acoluthis ſuperponitur prime tobalee, que iam in principio officij extenſa fuerat in altari: ⁊ diaconus ſuper hanc ſecundam tobaleam extendit corporale. Finita crucis adoratione, acoluthi circa altare accendunt luminaria, ⁊ crucem collocant in altari. Tunc ſacerdos omiſſa confeſſione conſueta aſcendit ad altare: ⁊ diaconus cum ceteris miniſtris ad dominicum corpus accedit: ibiqꝫ in preparatū calicem purū vinum infundit: cui patenā cum corpore domini diligenter coopertam ſuperponit: inde ſolenni proceſſionis pompa cereis accēſis thuribuliſqꝫ fumigantibꝰ cantando **Cum autem,** procedunt ad altare. Vt primum ad altare peruentum fuerit: ſubdiaconꝰ qui ampullam aque geſtat in manu: eam ſuper cornu altaris dextrum collocat: vt a diacono calicē valeat vtraqꝫ manu ſuſcipere: ⁊ ſtatim genua flectit. Tunc diaconus tradit calicē ſubdiacono: ſeqꝫ humiliter inclinans ſacramentum adorat, acceptamqꝫ patenā cum corpore dn̄i offert ſacerdoti, qui illud premiſſa reuerentia nihil dicendo collocat ſuper corporale: nec patenam detergit: quumqꝫ diaconus reſumpſerit calicē de manu ſubdiaconi: ſacerdos accepta ampulla de manu ſubdiaconi, aquā vino puro miſcet in calice, nihil dicens. Deinde diaconus quē tenet in manibꝰ calicem collocat in altari: ⁊ corporali cooperit: neutro eorum aliquid dicente. Hoc facto, fit incenſatio more ſolito, ſacerdote dicente.

Jncenſum iſtud ꝛc. que incenſatio permaneat os non deficiat uſque ad finem miſſę. Lotis deinde manibus inclinat ſe ante altare ſacratos dicens. Jn ſpiritu humilitatis, ⁊ in animo contrito ſuſcipiamur á te domine: ⁊ ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie: vt placeat tibi domine deus. Poſtea erectus vertit ſe ad populū dicens. Orate fratres. Conſequenter dicit in nota conſueta abſolute.





Sacerdos ſub ſilētio dicto Amē. In eadem voce, qua dixit Pater noſter. abſolute ſine Oremꝰ in tono orationis miſſę dicitur

L ibera





Reſpōſo á choꝛo Amen. frangit hoſtiá moꝛe ſolito in tres partes. Pax dñi non dicit. Agnus dei non cantatur: pacis oſculum nō

datur. Sed immediate poſt fra-
ctionē, vnam partem hoſtię mit-
tit in calicem nihil dicens. Poſt-
modum verò antequā reliquas
duas partes recipiat: dicit om-
nia, quę dicere alijs diebus con-
ſueuit, pretermiſſa oratione.
Dñe Jeſu Chꝛiſte fili Dei viui.
quia facit de ſanguine mentio-
nem. Dicit ergo infraſcriptas
orationes, ⁊ quę ſequunt cętera.

DOmine Jeſu Chꝛe qui di-
xiſti apoſtolis tuis: pacem
meam do vobis: pacē relinquo
vobis: ne reſpicias peccata mea,
ſed fidem eccleſię tuę: eamqꝫ ſe-
cundum voluntatem tuam pa-
cificare ⁊ coadunare digneris:
qui viuis ⁊ regnas in ſęcula ſe-
culorum. Amen. Alia oratio.

PErceptio coꝛpoꝛis tui dñe
Jeſu Chꝛiſte: quā ego indi-
gnus ſumere pſumo: nō mihi p-
ueniat in iudiciū ⁊ condemnatio-
nem: ſed pꝛo tua pietate pꝛoſit
mihi ad tutamentum mentis ⁊
coꝛpoꝛis: ⁊ ad medelam perci-
piendam: qui viuis ⁊ regnas
in ſecula ſeculoꝛum. Amen.
Deinde accipit patenam dicens.
Panem cęleſtem accipiam, ⁊ no-
men domini inuocabo. Et per-
cutiens pectus dicit. Domine
non ſum dignus vt intres ⁊c.
Poſtea illas duas partes hoſtię
accipit in manus reuerenter, ⁊ ſi-
gnans ſe illis dicit. Coꝛpus dñi
nři Jeſu Chꝛiſti cuſtodiat animā
meam in vitam ęternam. Amen.

Tunc ſumit coꝛpus reuerenter ⁊
omiſſis omnibus, quę dici ſo-
lēt, ante ſumptionem calicis: ſta-
tim inclinans ſe, particulam ho-
ſtię cum vino, ⁊ aqua de calice re-
cipit reuerēter. Facta cōmunio-
ne (vt dictum eſt) Poſtcommu-
nio nō dicitur: ſed Sacerdos mo-
re ſolito ablutis manib⁹ reuerti-
tur ad medium altaris, ⁊ coꝛam
ipſo inclinatus dicit ſub ſilentio.
Quod oꝛe ſumpſimus domine,
pura mente capiamus: ⁊ de mu-
nere tempoꝛali, fiat nobis reme-
dium ſempiternum. Amen.
Pretermiſſis, Coꝛpus tuum do-
mine. ⁊ Placeat tibi ſctā trinitas.
Ac deinde ipſo, ⁊ miniſtris in ſa-
crariū reuertentibus, veſperę di-
cunt in choꝛo ſine cātu. Poſtea
crux deponit, ⁊ altare denudat.

¶ Sabbatho ſctō: Statio ad
ſanctum Joannem in Laterano.
Hoꝛa competenti cooperiun-
tur altaria. Dicta ſexta ignis ex-
cutitur de lapide: ⁊ accenditur
in clauſtro ante capitulum: ſi id
commode fieri poteſt. Poſtea
Monachi in eccleſia dicunt no-
nam. Deinde omnes in ſacriſtiā
ſe recipiunt. Inde pꝛimus pꝛęce-
dit qui fert crucē, poſtea fratres
bini, vltimo loco ſacerdos cum
miniſtris ⁊ acoluthis deferenti-
bus quę neceſſaria ſunt: ⁊ pꝛoce-
dunt in clauſtrum ad benedicen-
dum nouum ignem: Subdiaco-
no deferēte quinque incenſi gra-
na benedicēda: ⁊ Diacono arun-

dinem

dinem cum tribus candelis: am-
bobus albis indutis dalmaticis:
⁊ Sacerdote pariter ſubſequen-
te cum pluuiali albo. Quum au-
tem peruentuꝫ fuerit ad ignem,
Sacerdos incipit abſolute can-
tando dicere. Dñs vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

Deus qui per fi-
lium tuuꝫ angu-
larem ſcilicet la-
pideꝫ, claritatis
tuę fidelibꝰ ignẽ
cõtuliſti, pꝛodu-
ctum ex ſilice, noſtris pꝛofuturuꝫ
vſibus: nouum hunc ignem ſan-
cti ✠ fica: ⁊ concede nobis, ita
per hęc feſta paſchalia cęleſtibus
deſyderijs inflammari: vt ad per-
petuę claritatis puris mentibus
valeamus feſta pertingere. Per
eundem do. ℟. Amen. Oratio.


Domine deus, pater omni-
potens, lumen indeficiẽs,
⁊ ſancte conditoꝛ omnium lumi-
nũ: bene ✠ dic hoc lumen, quod
á te ſanctificatuꝫ atqꝫ benedictũ
eſt: qui illuminaſti oẽm mundũ:
vt ab eo lumine accẽdamur, atqꝫ
illuminemur igne claritatis tuę:
vt ſicut igne illuminaſti Moy-
ſẽn exeuntem de Aegypto: ita il-
lumines coꝛda ⁊ ſenſus noſtros:
vt ad vitaꝫ peruenire mereamur
ęternam. Per Chꝛiſtum domi-
num noſtrum. ℟. Amen. Oõ.


Domine ſancte, pater omni-
potens, ęterne deus, bene-
dicentibus nobis hunc ignem in
nomine tuo, ⁊ in nomine vnige-
niti filij tui Dei ac dñi noſtri Je-
ſu Chꝛiſti, ⁊ ſpiritus ſancti: coope-
rare digneris: ⁊ adiuua nos. Qui
viuis ⁊ regnas cum eodẽ vnige-
nito tuo, ⁊ ſpiritu ſancto deꝰ per
omnia ſecula ſeculoꝛũ. ℟. Amẽ.
Deinde bñdicit incẽſuꝫ ponẽdũ
in cereo abſolute dicẽs. Oꝛemꝰ.


Veniat quęſumus omnipo-
tens deus, ſuper hoc incen
ſum larga tuę benedi ✠ ctionis
infuſio: ⁊ hũc nocturnũ ſplendo-
reꝫ inuiſibilis regeneratoꝛ accen
de: vt non ſolùm ſacrificiũ, quod
hac nocte litatum eſt, arcana lu-
minis tui admiſtione refulgeat:
ſed in quocunqꝫ loco ex huius
ſanctificationis myſterio fuerit
depoꝛtatum: expulſa diabolicę
fraudis nequitia, virtus tuę ma-
ieſtatis aſſiſtat. Per Chꝛiſtum
dominum noſtrum. ℟. Amen.
Dum benedicitur incenſuꝫ, aco-
luthus ſumens de carbonibus
benedictis, ponit in thuribulo.
Finita benedictione incenſi: Sa-
cerdos pꝛędictum incenſum be-
nedictum, ignẽ, ⁊ carbones thu-
ribuli aſpergit aqua benedicta:
⁊ poſito alio incenſo non benedi
cto in thuribulũ: ádolet pꝛędictũ
incenſum, ⁊ ignem benedictum.
Deinde Diaconus accendit can
delas, quas defert in arundine,
de igne benedicto. Interim om-
nia luminaria eccleſię extinguun
tur: vt de igne benedicto poſt-
modũ accendantur. In redeun-


do ad eccleſiam Diaconus ſolus portans arundinem cum candelis accenſis præcedit omnes: ⁊ cum peruenerit ad limen eccleſię: in ipſo limine vertens ſe ad Monachos dicit in cantu ⁊ voce graui. **Lumen Chriſti.** Et chorus reſpondet. **Deo gratias.** Procedenſque vlterius quum ad chorum peruenerit: ſimiliter vertens ſe, vt prius dicit **Lumen Chriſti.** voce mediocri: ⁊ chorus in eadem voce reſpondet. **Deo gratias.** Poſtremo ad gradus altaris idem facit voce altiori dicendo. **Lumen Chriſti.** Et chorus in eadẽ voce reſpondet. **Deo gratias.** Deinde Diaconus recepta à Sacerdote benedictione, vadit ad ornatum pulpitum: ⁊ incenſato libro abſolute incipit **Exultet.** aſtante ad dextram eius Subdiacono, continue incenſante vſque ad primum. **Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiũ tuum ⁊c.**












nāta fulgoribus: ꝛ magnis
populorũ vocibus hęc au-
la reſultet. Quaꝓpter aſtan-
tes vos fratres cariſſimi ad
tam miram huius ſancti lu-
minis claritatem: vnā me-
cum queſo dei omnipoten-
tis miſericordiaꝫ inuocāte.
Vt qui me non meis meri-
tis intra Leuitarum nume-
rum dignatus eſt aggrega-
re: luminis ſui claritatem
infundens: cérei huius lau-
dem implére perfici at. Per
dominū noſtrū Jeſuꝫ Chri-
ſtum filiuꝫ ſuum: Cum quo
viuit ꝛ regnat in vnitate ſpi-
ritus ſancti deus. ℟. Per
omnia


omnia ſecula ſeculorum. ℟.
Amen. ℣. Dominus vobiſ-
cum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.
℣. Surſum corda. ℟. Ha-
bemus ad dominū. ℣. Gra-
tias agamus domino deo
noſtro. ℟. Dignū ꝛ iuſtū eſt.
Vere quia dignū ꝛ iuſtū eſt: In
uiſibilē deū patrē oipotentē:
Filiūq; eius vnigenituȝ dñm
noſtrū Jeſuȝ Chriſtū: toto cor-
dis ac mentis affectu, ꝛ vocis
miniſterio pſonare: qui ꝑ nobis
ęterno patri Adę debitū ſol-
uit: ꝛ veteris piaculi cautio-
nem pio cruore detérſit. Hęc
ſunt eni feſta paſchalia: in quib⁹
ver⁹ ille agn⁹ occidit: cui⁹ ſan-
guine


guine poſtes fideliũ cõſecrant.
Hęc nox eſt: in qua primũ pa-
tres noſtros filios Iſrael edu-
ctos de Aegypto rubrũ ma-
re ſicco veſtigio trãſire feciſti.
Hęc igitur nox eſt: quę pecca-
torum ténebras columnę illu-
minatione purgauit. Hęc nox
eſt: quę hodie per vniuerſum
mundũ in Chriſto credentes,
á vitijs ſeculi, & caligine pec-
catorum ſegregátos, reddit
gratię, ſóciat ſanctitati. Hęc
nox eſt: in qua deſtructis vin-
culis mortis, Chriſtꝰ ab infe-
ris victor aſcendit. Nihil enim
nobis naſci profuit: niſi rédi-
mi ꝓfuiſſet. O mira circa nos
tuę


tuę pietatis dignatio. O in-
eſtimabilis dilectio caritatis:
vt ſeruum redimeres filium
tradidiſti. O certe neceſſariuꝫ
Adę peccatum: quod Chriſti
morte delétum eſt. O felix cul-
pa: quę talem ac tantũ méruit
habere redemptoreꝫ. O vere
beata nox: quę ſola méruit ſci-
re tēpꝰ ⁊ horaꝫ: in qua Chriſtꝰ
ab inferis reſurrexit. Hęc nox
eſt: de qua ſcriptũ eſt: ⁊ nox ſi-
cut dies illuminabitur: ⁊ nox
illuminatio mea in delicijs
meis. Huius igitur ſanctifica-
tio noctis fugat ſcélera: cul-
pas lauat: ⁊ reddit innocen-
tiaꝫ lapſis: ⁊ męſtis lętitiam.

Fugat

Fu gat odia: concoꝛdiam

parat: ⁊ curuat imperia.

Hic Diaconus aut Subdiaconus infigit quinque grana incenſi benedicti in cereo in modum Crucis.

In huius igitur noctis gra-

tia: ſuſcipe ſancte pater in-

cenſi huius ſacrificium ve-

ſpertinum: quod tibi in hac

cerei oblatione ſolenni per

miniſtroꝛum manus de o-

peribus apum ſacroſancta

reddit eccleſia. Sed iam

columnę huius pręconia

nouimus: quaꝫ in honoꝛem

dei rutilans ignis accendit.

Hic Diaconus aut Subdiaconus accendit cereum.

Qui licet ſit di-

uiſus in partes: mutuati ta-

men luminis detrimenta nō

nouit. Alitur liquentibus ce-

ris:


ris: quas in ſubſtantiã precio-
ſę huius lámpadis apis mater
eduxit. Hic accẽdũt lãpades
O vere beata nox: quę expo-
liauit Aegyptios, ditauit He-
breos. Nox in qua terrenis
cęleſtia, humanis diuina iun-
guntur. Oramus ergo te do-
mine: vt cereus iſte in hono-
rem nominis tui conſecra-
tus: ad noctis huius caligi-
nem deſtruendaꝫ indeficiens
perſeueret: vt in odorem ſua-
uitatis acceptus, ſupernis lu-
minaribus miſceatur. Flam-
mas eius lucifer matutinus
inueniat. Ille inquaꝫ lucifer,
qui neſcit occaſuꝫ. Ille qui re-
greſſus



greſſus ab inferis: humano
generi ſerenus illuxit. Preca-
mur ergo te domine: vt nos
famulos tuos, omnē clerum,
⁊ deuotiſſimū populū: vnā
cū beatiſſimo Papa nr̄o N.
quiete tēporū ↄceſſa i his pa
ſchalibus gaudijs aſſidua pro-
tectione rēgere, gubernare ⁊
M. M.
conſeruare digneris. Reſpice
etiam ad deuotiſſimū impe-
ratorem noſtrum N. Cuiꝰ
tu deꝰ deſyderij vota pnoſcēs
ineffabili pietatis ⁊ miſericor-
die tue munere, tranquillum
ppetue pacis accōmoda: ⁊
celeſtē victoriā cū oī populo
ſuo. Per dn̄m nr̄m Jeſū Chri
M ſtum



ſtũ filiuꝫ tuũ. Qui tecũ viuit ⁊




regnat in vnitate ſpũſ ſcti de⁹.



per oia ſecula ſcloꝝ. ℟. Amẽ.

Completa benedictione cérei: Sacerdos ⁊ miniſtri depoſitis poſt altare veſtimentiſ albis, ⁊ ſuſceptis violaceis ſeu cęleſtinis, moꝛe ſolito ante altare ꝓcedunt, ⁊ facta reuerentia, in locis ſuis ſedent. Poſtea leguntur pꝛophetię ſine titulo, ⁊ in fine pꝛophetiarum dicuntur orationes modo ſubſcripto in dextro coꝛnu altaris. Pꝛophetia pꝛima.

Gen. 1.



IN pꝛícipio creauit Deus cęluꝫ ⁊ terram. Terra auteꝫ erat inánis ⁊ vácua: ⁊ ténebrę erant ſuper faciem abyſſi: ⁊ ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas. Dixitqꝫ Deus: Fiat lux: ⁊ facta eſt lux. Et vidit deus lucem, ꝙ eſſet bona, ⁊ diuiſit lucem á tenebꝛis: appellàuitqꝫ lucem diem: ⁊ ténebꝛas noctem: factumqꝫ eſt véſpere ⁊ mane dieſ vnus. Dixit quoqꝫ deus. Fiat firmamentum in medio aquarum: ⁊ diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum: diuiſitqꝫ aquas, quę erant ſub firmamento, ab his, quę erant ſuper firmamentum: ⁊ factum eſt ita. Vocauitqꝫ deus firmamentum cęlum: ⁊ factum eſt véſpere, ⁊ mane, dies ſecundus. Dixit vero deus: Congregentur aquę quę ſub cęlo ſunt in locum vnuꝫ, ⁊ appáreat árida. Factumqꝫ eſt ita. Et vocauit deus áridam terram: cõgregationeſqꝫ aquarum appellauit mária. Et vidit deus ꝙ eſſet bonum, ⁊ ait: Gérminet terra herbam viréntem, ⁊ facientem ſemen, ⁊ lignum pomíferum faciens fructũ iuxta genuſ ſuum: cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram: ⁊ factum eſt ita. Et pꝛótulit terra herbaꝫ virentem, ⁊ afferentem ſemen iuxta genus ſuum: lignumqꝫ faciens fructuꝫ, ⁊ habens vnumquodqꝫ ſementem, ſecundum ſpéciem ſuam. Et vidit deus ꝙ eſſet bonum: factumqꝫ eſt veſpere, ⁊ mane dies tertius. Dixit auteꝫ deus. Fiant luminária in firmamento cęli: ⁊ diuidant diem ac noctem, ⁊ ſint in ſigna, ⁊ tẽpoꝛa, ⁊ dies, ⁊ annos: vt luceant in firmamento cęli, ⁊ illúminent terram: ⁊ factum eſt ita. Fecitqꝫ deus duo luminária magna: luminàre maius vt pꝛęeſſet diéi: ⁊ lumináre minus, vt pꝛęeſſet nocti, ⁊ ſtellas. Et poſuit eas in firmamento cęli: vt lucérent ſuper terraꝫ, ⁊ pꝛęeſſent

diei

diei ac nocti: ⁊ diuiderent lucem ac ténebras. Et vidit Deus ꝙ eſſet bonum: ⁊ factum eſt véſpere ⁊ mane dies quartus. Dixit etiã Deus. Producant aquę réptile animę viuentis, ⁊ volátile ſuper terram ſub firmamento cęli. Creauitq; deus cete grándia, ⁊ omnem animam viuentem atq; motabilem, quam produxerant aquę in ſpécies ſuas, ⁊ omne volátile ſecundum genus ſuum. Et vidit deus ꝙ eſſet bonum: benedixitq; eis dicens. Créſcite ⁊ multiplicámini, ⁊ repléte aquas maris: auéſq; multiplicentur ſuper terram: ⁊ factum eſt véſpere ⁊ mane dies quintus. Dixit quoque Deus. Producat terra animaꝫ viuentem in génere ſuo: iumenta ⁊ reptilia ⁊ beſtias terrę ſecundum ſpécies ſuas: Factumq; eſt ita. Et fecit deus beſtias terrę iuxta ſpécies ſuas: iumenta ⁊ omne réptile terrę in génere ſuo. Et vidit Deus ꝙ eſſet bonum, ⁊ ait. Faciamus hominem ad imáginem ⁊ ſimilitúdinem noſtram: ⁊ pręſit píſcibus maris, ⁊ volatilibus cęli, ⁊ beſtijs, vniuerſęq; terrę, omniq; réptili quod mouetur in terra. Et creauit deus hominẽ ad imáginem ⁊ ſimilitudinem ſuam: Ad imáginem Dei creauit illum: maſculum ⁊ fęminam creauit eos: benedixitq; illis deus ⁊ ait. Créſcite, ⁊ multiplicámini, ⁊ repléte terram, ⁊ ſubiicite eam, ⁊ dominámini píſcibus maris, ⁊ volatilibus cęli, ⁊ vniuerſis animantibus, quę mouentur ſuper terrã. Dixitq; deus. Ecce dedi vobis oẽm herbam afferentẽ ſemen ſuper terrã, ⁊ vniuerſa ligna quę habent in ſemetipſis ſeméntem géneris ſui: vt ſint vobis in eſcam, ⁊ cunctis animantibus terrę, omniq; volucri cęli, ⁊ vniuerſis, quę mouentur in terra, in quibus eſt anima viuens: vt habeant ad veſcẽdũ. Et factuꝫ eſt ita. Viditq; deus cuncta, quę fécerat: ⁊ erant valde bona. Et factum eſt véſpere ⁊ mane dies ſext⁹. Igitur perfecti ſunt cęli ⁊ terra, ⁊ omnis ornátus eorũ. Compléuitq; deus die ſéptimo opus ſuũ, quod fécerat: ⁊ requiéuit die ſéptimo ab vniuerſo opere quod patrárat.

Qua completa Sacerdos dicit Oremus, ⁊ Diaconus Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Deus qui mirabiliter creaſti hominem, ⁊ mirabilius redemiſti: da nobis quęſumus cõtra oblectamenta peccati mentis ratione perſiſtere: vt mereamur ad ęterna gaudia peruenire. Per. Prophetia.ij.

Noe quum quingentorum eſſet annorũ: génuit Sem, Cham, ⁊ Iapheth. Quumq; cępiſſent homines multiplicári ſuper terrã, ⁊ filias procreaſſent: videntes filij Dei filias hominũ ꝙ eſſent pulchrę, acceperũt ſibi vxóres ex omnibus quas elégerant. Gen. 5.

Dixit quoqꝫ deus. Non perma-
nebit ſpiritus meus in homine
in ęternū, quia caro eſt. Eruntqꝫ
dies illius centū viginti annorū.
Gigantes aūt erant ſuper terrā
in diebus illis. Poſtquā autem
ingreſſi ſunt filij Dei ad filias ho
minum: illeqꝫ genuerūt: iſti ſunt
potentes á ſeculo, viri famóſi.
Videns aūt deus ꝙ multa mali-
tia hominum eſſet in terra, ⁊ cun-
cta cogitatio cordis humani in-
tenta eſſet ad malū omni tempo-
re: penituit eū ꝙ hominē feciſſet
in terra, ⁊ precauens in futurū, ⁊
tactus dolore cordis intrinſecus:
delébo (inquit) hominē, quē crea
ui á facie terrę: ab homine vſqꝫ
ad animátia: á réptili vſqꝫ ad vó-
lucres cęli: penitet enim me feciſ-
ſe eos. Nóe veró inuenit gratiaꝫ
coram Deo. Hę ſunt generatio-
nes Nóe. Nóe vir iuſt⁹ atqꝫ per-
fect⁹ fuit i generationib⁹ ſuis: cū
Deo ambulauit. Et genuit tres
filios, Sem, Cham, ⁊ Japheth.
Corrupta eſt autem terra coram
Deo, ⁊ repleta eſt iniquitate.
Cumqꝫ vidiſſet deus terraꝫ eſſe
corruptam, (omnis quippe caro
corruperat viaꝫ ſuā ſuper terrā.)
Dixit ad Nóe. Finis vniuerſę car
nis venit corā me: repléta eſt ter-
ra iniquitate á facie eorum, ⁊ ego
diſperdā eos cum terra. Fac tibi
arcam de lignis leuigátis. Man-
ſiúnculas in arca facies, ⁊ bitumi-
ne linies intrinſec⁹ ⁊ extrinſecus,
⁊ ſic facies eaꝫ. Trecentorū cubi-
torum erit longitudo arcę: quin-
quaginta cubitorū latitudo, ⁊ tri-
ginta cubitorum altitudo eius.
Feneſtrā in arca facies, ⁊ in cubi-
to cōſummabis ſummitatē eius.
Oſtium aūt arcę pones ex látere
deórſum. Cenácula ⁊ triſtega fa-
cies i ea. Ecce ego adducā diluuij
aquas ſup terrā, vt interficiā om
nem carnē: in qua ſpirit⁹ vitę eſt
ſubter cęlū: ⁊ vniuerſa quę in ter-
ra ſunt conſumentur. Ponamqꝫ
fędus meū tecū: ⁊ ingrediéris ar-
caꝫ tu, ⁊ filij tui: vxor tua, ⁊ vxores
filiorū tuorum tecū, ⁊ ex cunctis
animátib⁹ vniuerſę carnis bina
⁊ bina indúces in arcā: vt viuant
tecū, maſculini ſéxus ⁊ feminini.
De volúcribus iuxta genus ſuū,
⁊ de iuméntis in génere ſuo, ⁊ ex
omni réptili terrę ſecundū gen⁹
ſuū: bina de oībus ingredientur
tecum: vt poſſint viuere. Tolles
igitur tecū ex omnibus eſcis, quę
mádi poſſunt, ⁊ cóportábis apud
te: ⁊ erūt tam tibi ꝙ̄ illis in cibū.
Fecit ergo Nóe oīa quę precepe-
rat illi deus. Eratqꝫ ſexcétorum
annorū, quādo diluuij aquę inū-
dauerūt ſuper terrā. Rupti ſunt
aūt oēs fontes abyſſi magnę: ⁊ ca-
tarácte cęli aperte ſunt, ⁊ facta eſt
pluuia ſuper terrā quadraginta
diebus ⁊ quadraginta noctibus.
In articulo diei illi⁹ ingreſſus eſt
Nóe, Sem, Cham, ⁊ Japheth fi-
lij ei⁹: vxor illi⁹, ⁊ vxores filiorꝫ ei⁹
cū eo i arcā: ipſi ⁊ oē animal ſecū-
dū gen⁹ ſuū: vniuerſaqꝫ iumen-

ta in genere ſuo, ⁊ omne quod mouetur ſuper terraꝫ in genere ſuo: cunctumqꝫ volatile ſecundũ genus ſuũ. Porrò arca ferebatur ſuper aquas, ⁊ aquę preualuerũt nimis ſuper terrã: Opertiqꝫ ſunt oẽs montes excelſi ſub vniuerſo cęlo. Quindecim cubitis altior fuit aqua ſup montes quos operuerat. Conſumptaqꝫ eſt omnis caro, quę mouebatur ſup terrã: volucrum, animantiũ, beſtiarũ, omniumqꝫ reptiliũ, quę reptant ſuper terrã. Remanſit aũt ſolus Noe, ⁊ qui cum eo erant in arca. Obtinuerũtqꝫ aquę terrã centũ quinquaginta diebus. Recordatus autẽ dñs Noe, cunctorumqꝫ animantiũ, ⁊ omniũ iumentorũ, quę erãt cum eo in arca, adduxit ſpiritum ſuper terrã, ⁊ imminutę ſunt aquę, ⁊ clauſi ſunt fontes abyſſi, ⁊ cataractę cęli, ⁊ prohibitę ſunt pluuię de cęlo: reuerſęqꝫ ſunt aquę de terra euntes ⁊ redeuntes: ⁊ cęperunt minui poſt cẽtũ quinquaginta dies. Cũqꝫ trãſiſſent quadraginta dies: aperiens Noe feneſtrã arcę, quã fecerat, dimiſit coruum. Qui egrediebatur, ⁊ non reuertebatur donec ſiccarentur aquę ſuper terrã. Emiſit quoqꝫ columbã poſt eũ, vt videret ſi iam ceſſaſſent aquę ſuper faciẽ terrę. Quę quum nõ inueniſſet vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in arcam (aquę enim erant ſuper vniuerſam terram) extenditqꝫ manum, ⁊ apprehenſam intulit in arcam. Expectatis aũt vltra ſeptem diebus alijs, rurſum dimiſit columbam ex arca. At illa venit ad euꝫ ad veſperam, portans ramum oliuę virentibus folijs in ore ſuo. Intellexit ergo Noe, ꝙ ceſſaſſent aquę ſuper terrã. Expectauitqꝫ nihilominus ſeptẽ diebus alijs, ⁊ emiſit columbam, quę non eſt vltra reuerſa ad eum. Locutus eſt autem dñs ad Noe, dicens. Egredere de arca tu, ⁊ vxor tua: filij tui, ⁊ vxores filiorum tuorum tecũ: cunctaqꝫ animãtia quę ſunt apud te ex omni carne, tam in volatilibus quã in beſtijs, ⁊ vniuerſis reptilibus quę reptant ſuper terrã, educ tecum, ⁊ ingredimini ſuper terrã. Creſcite ⁊ multiplicamini ſuper eam. Egreſſus eſt ergo Noe, ⁊ filij eius: vxor illius, ⁊ vxores filiorũ eius cum eo: ſed ⁊ animantia omnia: iumenta ⁊ reptilia quę reptant ſuper terram ſecundum genus ſuum de arca egreſſa ſunt. Aedificauit autem Noe altare dño, ⁊ tollens de cunctis pecoribus ⁊ volucrib⁹ mundis, obtulit holocauſta ſuper altare dño: odoratuſqꝫ eſt domin⁹ odorem ſuauitatis. ¶ Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oro.

Deus incommutabilis virtus, ⁊ lumen ęternum: reſpice propitius ad totius eccleſię tuę mirabile ſacramentum: ⁊ opus ſalutis humanę, perpetuę diſpoſitionis effectu trãquillius ope-

operáre: totuſq; mundus experiátur ⁊ videat deiécta érigi, inueterata renouari: ⁊ p̄ ipſum redire oía in integrum: a quo ſumpſére principiũ. Per. Prophetia.iij.

Gen. 22. In diebus illis: Tentauit De⁹ Abrahám: ⁊ dixit ad eũ. Abrahám, Abrahám. At ille reſpondit. Adſum. Ait illi. Tolle filium tuum vnigénitum, quem diligis Iſaác: ⁊ vade in terram viſionis: ⁊ ófferes eum ibi in holocauſtũ ſuper vnum montiũ, quẽ monſtrauero tibi. Igitur Abrahám de nocte conſurgens, ſtrauit aſinum ſuum: ducens ſecum duos iuuenes, ⁊ Iſaác filium ſuum. Cuumq; concidiſſet ligna in holocauſtum, ábijt ad locum quem pręcéperat ei deus. Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locũ procul: dixitq; ad pueros ſuos. Expectate hic cum aſino: ego ⁊ puer illuc vſq; properátes, poſtquá adorauérimus reuertémur ad vos. Tulit quoq; ligna holocauſti, ⁊ impoſuit ſuper Iſaác filium ſuum. Ipſe veró portabat in manibus ſuis ignẽ ⁊ gladium. Cuumq; duo pérgerent ſimul: dixit Iſaác patri ſuo. Pater mi. At ille reſpondit. Quid vis fili? Ecce inquit ignis ⁊ ligna: vbi eſt victima holocauſti? Dixit Abrahám. Deus prouidebit ſibi victimá holocauſti fili mi. Pergebát ergo páriter: veneruntq; ad locum quẽ oſténderat ei deus: In quo ędificauit altare: ⁊ déſup ligna cópoſuit. Cuũmq; colligaſſet Iſaác filium ſuum: poſuit eũ in altari ſup ſtruem lignorũ: extenditq; manum, ⁊ arripuit gladiũ: vt immolaret filium ſuũ. Et ecce angelus dñi de cęlo clamauit dicens. Abrahám, Abrahám. Qui reſpondit. Adſum. Dixitq; ei. Ne extendas manũ tuam ſup puerum: neq; facias illi quicquã. Nunc cognoui, q̄ tímeas deũ: ⁊ non peperciſti filio tuo vnigenito p̄pter me. Leuauit Abrahã oculos: viditq; poſt tergũ arietem inter vepres hęrentem cornibus. Quẽ aſſúmens óbtulit holocauſtũ pro filio: Appellauitq; nomẽ loci illius, dñs videt. Vnde vſq; hodie dicitur: in monte dñs videbit. Vocauit autem angelus domini Abrahám ſecũdo de cęlo dicens. Per memetipſũ iuraui dicit dominus: quia feciſti rem hanc, ⁊ nó peperciſti vnigeto filio tuo propter me: benedicens benedicá tibi: ⁊ multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cęli: ⁊ velut arená quę eſt in littore maris. Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorũ ſuorũ: ⁊ benedicentur in ſémine tuo oẽs gentes terrę: quia obediſti voci meę. Reuerſuſq; eſt Abrahám ad pueros ſuos: abieruntque Berſabeé ſimul, ⁊ habitauit ibi. ¶ Oremus. Flectamus genua. Leuate. Orõ.

Deus fideliũ pater ſumme, qui in toto orbe terrarum promiſſionis tuę filios, diffuſa adoptio-

adoptionis gratia multiplicas,⁊ per paſchale ſacramentū Abrahā puerum tuum vniuerſarū ſicut iuraſti gentium éfficis patrem: da populis tuis digne ad gratiam tuę vocationis introire. Per.

Prophetia.iiij.

Exo. 14 IN diebus illis: Factum eſt in vigilia matutina, ⁊ ecce reſpiciés dñs ſuper caſtra Aegyptiorum per columnam ignis ⁊ nubis: interfecit exércitum eorum, ⁊ ſubuertit rotas curruum: ferebanturqȝ in profundū. Dixerūt ergo Aegyptij. Fugiam⁹ Iſraélem: dñs enim pugnat pro eis contra nos. Et ait dñs ad Moyſén. Extende manū tuam ſuper mare, vt reuertantur aquę ad Aegyptios ſuper currus ⁊ équites eorum. Cumqȝ extendiſſet Moyſes manum contra mare: reuerſum eſt primo diluculo ad priorē locū: fugientibuſqȝ Aegyptijs occurrerunt aquę: ⁊ inuoluit eos dñs in medijs fluctibus: reuerſęqȝ ſunt aquę,⁊ cooperuerunt currus ⁊ équites cuncti exercitus Pharaónis, qui ſequentes ingreſſi fuerant mare, nec vnus quidem ſupérfuit ex eis. Filij autem Iſraél perrexerunt per medium ſicci maris,⁊ aquę eis erant quaſi pro muro á dextris ⁊ á ſiniſtris. Liberauitqȝ dñs in die illo Iſraél de manu Aegyptiorū,⁊ viderunt Aegyptios mortuos ſuper litus maris, ⁊ manum magnam quā exercuerat dñs contra eos: timuitqȝ populus dominum, ⁊ crediderunt domino, ⁊ Moyſi ſeruo eius. Tunc cécinit Moyſés ⁊ filij Iſraél carmē hoc domino, ⁊ dixerunt. Tractus.

Cantémus domino: glorioſé enim honorificat⁹ eſt: equum ⁊ aſcenſorē proiécit in mare: adiútor ⁊ protector factus eſt mihi in ſalutē. ℣. Hic deus meus, ⁊ honorificabo eum: deus patris mei, ⁊ exaltabo eū. ℣. Dominus cónterens bella: dñs nomen eſt illi. ¶ Orem⁹. Flectamus genua. Leuate. Oro.

DEus cuius antiqua miracula etiam noſtris ſeculis coruſcáre ſentimus: dum quod vni populo á pſecutione Aegyptiaca liberando dexterę tuę potentia cōtuliſti: id in ſalutem gentium per aquam regenerationis operáris: pręſta, vt in Abrahę filios, ⁊ in Iſraeliticam dignitatem totius mundi tránſeat plenitudo. Per.

Prophetia.v.

HAec eſt hęréditas ſeruorū domini, ⁊ iuſtitia eorum apud me, dicit dominus. Omnes ſitientes venite ad aquas: ⁊ qui non habetis argentum, properate: émite, ⁊ comédite. Venite, émite abſque argento, ⁊ abſque vlla commutatione vinum ⁊ lac. Quare appénditis argentum non in panibus, ⁊ laborem veſtrum non in ſaturitate? Audite audientes me, ⁊ comédite bonum, ⁊ delectabitur in craſſitúdine anima veſtra. Inclinate aurem veſtram, ⁊ venite Iſaie. 54

nite ad me: audite ⁊ viuet anima veſtra. Et feriam vobiſcum pactum ſempiternū: miſericordias Dauid fidelis. Ecce teſtem populis dedi eum: ducem ac præceptorem gentibus. Ecce gentes quas neſciebas vocabis, ⁊ gētes quę nō cognouerunt te, ad te current, propter dn̄m Deum tuum, ⁊ ſanctū Iſraël, quia glorificauit te. Quęrite dn̄m, dum inueniri poteſt: inuocate eū, dum prope eſt. Derelinquat impius viam ſuam, ⁊ vir iniquus cogitationes ſuas: ⁊ reuertatur ad dn̄m, ⁊ miſerebitur eius, ⁊ ad Deum noſtrū, quoniam multus eſt ad ignoſcendum. Non enim cogitationes meę cogitationes veſtrę, neque vię meę, vię veſtrę dicit dn̄s, quia ſicut exaltantur cęli á terra: ſic exaltatę ſunt vię meę a vijs veſtris, ⁊ cogitationes meę á cogitationibus veſtris. Et quomodo deſcendit imber ⁊ nix de cęlo, ⁊ illuc vltra nō reuertitur: ſed inebriat terram, ⁊ infundit eam, ⁊ germinare eam facit, ⁊ dat ſemen ſerenti, ⁊ panē comedenti, ſic erit verbū meū quod egredietur de ore meo, dicit dn̄s omnipotens. ¶ Orem⁹. Flectamus genua. Leuate. Orō.

OMnipotēs ſempiterne deus, multiplica in honorem nominis tui, quod patrum fidei ſpopondiſti, ⁊ ꝓmiſſionis filios ſacra adoptione dilata: vt quod priores ſancti non dubitauerunt futurum, eccleſia tua iam ex parte cognoſcat impletum. Per do.

Prophetia. vj.

AUdi Iſraël mandata vitę, auribus percipe, vt ſcias prudentiam. Quid eſt Iſraël, q in terra inimicorū es? Inueteraſti in terra aliena: coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum his, qui ſunt in inferno: dereliquiſti fontem ſapientię. Nam ſi in via Dei ambulaſſes: habitaſſes vtique in pace ſuper terrā. Diſce vbi ſit ſapientia, vbi ſit virtus, vbi ſit prudentia, vbi ſit intellectus, vt ſcias ſimul vbi ſit longiturnitas vitę ⁊ victus, vbi ſit lumen oculorum ⁊ pax. Quis inuēnit locū eius? ⁊ quis introiuit in theſauros eius? Vbi ſunt principes gentium, ⁊ qui dominantur ſuper beſtias, quę ſunt ſuper terram? Qui in auibus cęli ludunt: qui argentum theſaurizant, ⁊ aurum in quo confidunt homines, ⁊ non eſt finis acquiſitionis eorum? Qui argentum fabricant, ⁊ ſoliciti ſunt, nec eſt inuentio operum illorum? Exterminati ſunt, ⁊ ad inferos deſcenderunt, ⁊ alij in locum eorū ſurrexerunt. Iuuenes viderunt lumen, ⁊ habitauerunt ſuper terram: viam autē diſciplinę neſcierunt, neque intellexerunt ſemitas eius, neque ſuſceperunt eam filij eorum: a facie eorum longe facta eſt. Non eſt audita in terra Chanaan, neque viſa eſt i Theman. Filij quoque Agar, qui exquiſierunt prudentiā, quę Bar. 3.

de

de terra eſt:negociatores terrę ⁊
Theman,⁊ fabulatores, ⁊ exqui-
ſitores prudentię ⁊ intelligentię,
viam autē ſapientię neſcierunt,
neq; meminerūt ſemitarū eius.
O Iſraël quā magna eſt domus
Dei,⁊ ingens locus poſſeſſionis
eius.Magnus ⁊ non habet con-
ſummationē: excelſus ⁊ immen-
ſus.Ibi fuerunt gigántes nomi
nati:illi qui ab initio fuerunt ſta-
túra magna ſcientes bellū. Non
hos elégit dñs, neq; viam diſci-
plinę inuenerunt: proptérea pe-
rierunt.Et quoniam non habue
runt ſapientiam, interierūt pro-
pter ſuā inſipientiā. Quis aſcen
dit in cęlum,⁊ accepit eam,⁊ edu-
xit eam de nubibus? Quis tranſ-
fretauit mare,⁊ inuénit eā, ⁊ áttu-
lit eam ſuper aurū electū? Non
eſt qui ſciat viam eius, neq; qui
excógitet ſémitas eius. Sed qui
ſcit vniuerſa, nouit illam, ⁊ adin-
uénit eam prudētia ſua.Qui per-
fécit terram in ſempiterno tem-
pore, ⁊ adimpléuit eam pecudi-
bus: vocauitq; eam: ⁊ obaudi-
uit eum in tremore. Stellę autē
dederūt lumen in cuſtódijs ſuis,
⁊ lętatę ſunt: vocatę ſunt, ⁊ di-
xerunt adſumus: ⁊ luxerunt ei
cum iucunditate, qui fecit illas.
Hic eſt Deus noſter, ⁊ non ęſti-
mabitur álius ad eum.Hic adin-
uénit omnem viam diſciplinę, ⁊
dedit illam Iacób púero ſuo, ⁊
Iſraél dilecto ſuo. Poſt hęc ſup
terram viſus eſt, ⁊ cum homini-
bus cóuerſatus eſt. ¶ Oremus.
Flectamus genua. Leuate. Oro.

DEus qui eccleſiam tuā ſem
per gentiū vocatione mul
tiplicas, concede propitius, vt
quos aqua baptíſmatis ábluis:
cótínua ꝓtectione tueáris. Per.

Prophetia. vij.

IN diebus illis: Facta eſt ſuper Ezec. vij.
me manus dñi, ⁊ eduxit me in
ſpiritu dñi, ⁊ dimiſit me in me-
dio campi, qui erat plenus oſſi-
bus, ⁊ circumduxit me per ea in
gyrum.Erant autē multa valde
ſuper faciem campi:ſiccaq; vehe
menter,⁊ dixit ad me. Fili homi-
nis putaſne viuent oſſa iſta? Et
dixi. Dñe deus tu noſti. Et dixit
ad me.Vaticináre de oſſib⁹ iſtis,
⁊ dices eis.Oſſa árida audite ver
bū dñi:Hęc dicit dñs Deus oſ-
ſibus his. Ecce ego intromittam
in vos ſpiritum,⁊ viuetis, ⁊ dabo
ſuper vos neruos,⁊ ſuccreſcére
faciam ſuper vos carnē, ⁊ ſuper-
extendam in vobis cutem,⁊ da-
bo vobis ſpiritū ⁊ viuétis, ⁊ ſcie-
tis,quia ego dñs.Et prophetaui
ſicut pręcéperat mihi. Factus eſt
autem ſónitus prophetante me,
⁊ ecce cómótio,⁊ acceſſerunt oſſa
ad oſſa: vnumquodq; ad iunctu-
ram ſuā. Et vidi, ⁊ ecce ſuper ea
nerui ⁊ carnes aſcenderunt, ⁊ ex-
tenſa eſt in eis cutis deſuper, ⁊
ſpiritum nō habebant, ⁊ dixit ad
me. Vaticináre ad ſpiritum, va-
ticináre fili hominis, ⁊ dices ad
ſpiritum. Hęc dicit dñs Deus.
A quā-

A quatuor ventis veni ſpíritus, ⁊ inſúffla ſuper interfectos iſtos, ⁊ reuiuiſcant. Et prophetaui ſicut præcéperat mihi, ⁊ ingreſſus eſt in ea ſpiritus, ⁊ reuixerunt: ſteteruntq; ſuper pedes ſuos exércitus grandis nimis valde, ⁊ dixit ad me. Fili hominis, oſſa hec vniuerſa domus Iſraël eſt. Ipſi dicunt: aruerunt oſſa noſtra: périjt ſpes noſtra, ⁊ abſciſſi ſumus. Proptérea vaticináre, ⁊ dices ad eos. Hec dicit dñs deus. Ecce ego apériam túmulos veſtros, ⁊ edúcá vos de ſepulchris veſtris populus meus, ⁊ indúcam vos in terrá Iſraël, ⁊ ſciétis quia ego dñs, quum aperúero ſepúlchra veſtra, ⁊ edúxero vos de túmulis veſtris populus meus, ⁊ dedero ſpiritum meum in vobis, ⁊ vixéritis: ⁊ requiéſcere vos faciam, dicit dñs omnipotés. ℂ Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oño.

Deus qui nos ad celebrandum paſchále ſacramentum vtriuſque teſtamenti páginis inſtruis: da nobis intelligere miſericordiã tuam: vt ex perceptione præſentium múnerum, firma ſit expectatio futurorum. Per. Prophetia. viij.

Iſaie. 4. Apprehendent ſeptem mulieres virũ vnũ in die illa dicentes. Panem noſtrũ comedemus, ⁊ veſtimentis noſtris operiémur: tantummodo inuocétur nomen tuũ ſuper nos: aufer oppróbrium noſtrũ. In die illa erit germẽ domini in magnificentia ⁊ gloria: ⁊ fructus terrę ſublímis: ⁊ exultatio his qui ſaluati fuerint de Iſraël. ⁊ erit omnis qui relictus fuerit in Sión, ⁊ reſiduus in Ieruſalém: ſanctus vocabitur: omnis qui ſcriptus eſt in vita i Ieruſalém. Si abluerit dñs ſordes filiarum Sión: ⁊ ſanguinem Ieruſalém láuerit de medio eius, in ſpiritu iudicij, ⁊ ſpiritu ardoris. Et creabit dominus deus ſuper omnem locũ montis Sión: ⁊ vbi inuocatus eſt: nubem per diem, ⁊ fumum ⁊ ſplendorem ignis flammantis in nocte. Super omnem enim gloriã protectio: ⁊ tabernaculũ erit in vmbráculum diei ab ęſtu: ⁊ in ſecuritatem ⁊ abſconſionem á túrbine ⁊ á pluuia. Tractus.

Vinea facta eſt dilecto i cornu in loco úberi. ℣. Et macériam circúndedit, ⁊ circunfodit: ⁊ plantauit vineã Soréth: ⁊ ędificáuit turrim in medio eius. ℣. Et torcúlar fodit in ea. Vínea enim dñi ſabaóth domus Iſraël eſt. ℂ Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oño.

Deus qui in oibus eccleſię tuę filijs ſanctorũ prophetarum voce manifeſtaſti, in omni loco dominationis tuę ſatórem bonorum ſéminum, ⁊ electorũ pálmitum eſſe cultórem: tribue quęſumus populis tuis, qui ⁊ vinearum apud te nomine cenſentur, ⁊ ſégetum: vt ſpinarum ⁊ tribulorũ ſqualóre reſecáto: digna efficiantur fruge fęcúndi. Per.

Pro

Prophetia.ix.

Exod. 12. IN diebus illis: Dixit dñs ad Moyſén ꝛ Aarón i terra Aegypti. Menſis iſte vobis principiũ menſium, Primus erit in menſibus anni. Loquímini ad vniuerſum cętum filiorum Iſraél, ꝛ dicite eis. Décima die menſis huiuſ tollat vnuſquiſq; agnum per familias ꝛ domos ſuas. Sin auteꝫ minor eſt numerus, vt ſufficere poſſit ad veſcendũ agnum: aſſumat vicinum ſuum, qui coniunctus eſt domui ſuę: iuxta numerum animaruꝫ, quę ſufficere poſſint ad eſum agni. Erit aũt agnuſ abſque mácula, máſculus, anniculus. Iuxta quem ritum tollétis ꝛ hędum, ꝛ ſeruábitis eũ vſq; ad quartamdécimam diem menſis huius. Immolabitq; euꝫ vniuerſa multitudo filiorum Iſraél ad véſperam: ꝛ ſument de ſángui ne eiuſ, ac ponent ſuper vtrunq; poſtem, ꝛ in ſuperliminárib⁹ domorum, in quibus cómedent illum. Et edent carnes nocte illa aſſas igni, ꝛ ázymos panes cum lactúcis agréſtibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed aſſum tantũ igni. Caput cum pedibus eius ꝛ inteſtinis vorábitis, ꝛ os eiuſ nõ confringetis: nec remanebit ex eo quicquá vſq; mane. Si quid reſíduum fúerit, igni comburétis. Sic aũt comedétiſ illum. Renes veſtros accingétis, ꝛ calciamenta habebitis in pedibus: tenentes báculos in manibus, ꝛ comedétiſ feſtinanter. Eſt enim phaſe: ideſt tránſitus dñi. ¶ Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oro.

OMnipotés ſempiterne deus, qui in omniuꝫ operum tuorum diſpenſatione mirábilis es: intélligant redempti tui, non fuiſſe excelléntius, ꝙ initio factuſ eſt mundus: quàm ꝙ in fine ſeculorũ paſcha noſtrũ immolát⁹ eſt Chriſtus. Qui te. Prophetia.x.

IN diebus illis: Factum eſt verbum dñi ad Ionam prophetam ſecundò dicens. Surge ꝛ vade in Niniuem ciuitateꝫ magnã, ꝛ prędica in ea pręlicationẽ quã ego loquar ad te. Et ſurrexit Ionas, ꝛ ábijt in Niniuem ciuitateꝫ, iuxta verbuꝫ dñi. Et Niniue erat ciuitas magna, itinere dierum trium. Et cępit Ionas introire in ciuitatem, itinere diei vnius, ꝛ clamauit ꝛ dixit. Adhuc quadraginta dies, ꝛ Niniue ſubuertetur. Et crediderunt viri Niniuitę domino, ꝛ pręlicauerunt ieiúnium, ꝛ veſtiti ſunt ſaccis á maiore vſq; ad minorem: ꝛ peruénit verbum ad regem Niniue, ꝛ ſurrexit de ſólio ſuo, ꝛ abiécit veſtimentũ ſuuꝫ á ſe, ꝛ indutus eſt ſacco, ꝛ ſedit in cínere, ꝛ clamauit ꝛ dixit: in Niniue ex ore regis ꝛ principum eius dicens. Homines ꝛ iumenta, boues, ꝛ pécora nõ guſtét quicquã: nec paſcantur, ꝛ aquam non bibant: ꝛ operiantur ſaccis homines ꝛ iumenta, ꝛ clament ad dñm

in

in fortitudine, ⁊ conuertatur vir
á via ſua mala: ⁊ ab iniquitate
quę eſt in mánibus eorum. Quis
ſcit ſi cõuertatur ⁊ ignóſcat deus:
⁊ reuertatur á furore irę ſuę: ⁊ nõ
peribimus? Et vidit deus opera
eorum: quia conuerſi ſunt de via
ſua mala: ⁊ miſertus eſt populo
ſuo dñs deus noſter. ❡ Orem⁹.
Flectamus genua. Leuate. Oro.

DEus qui diuerſitatem gen-
tium in confeſſione tui no-
minis adunaſti: da nobis, ⁊ vel-
le, ⁊ poſſe quę pręcipis: vt popu-
lo ad ęternitatem vocáto, vna ſit
fides méntium, ⁊ pietas actio-
num. Per. Prophetia. xj.

Deut. 31. IN diebus illis: Scripſit Moy
ſés cánticum, ⁊ dócuit filios
Iſraél. Pręcepitq; dñs Ioſuę fi
lio Nun, ⁊ ait. Confortáre ⁊ eſto
robúſtus: Tu enim introdúces
filios Iſraél in terram quam pol
licitus ſum eis, ⁊ ego ero tecum.
Poſtquã ergo ſcripſit Moyſés
verba legis huius in volumine,
atq; compleuit: pręcepit leuitis
qui portabant arcam fęderis do
mini dicens. Tóllite librũ iſtum,
⁊ ponite illum in látere arcę fęde-
ris domini dei noſtri: vt ſit ibi cõ
tra te in teſtimonium. Ego enim
ſcio contentionem tuam: ⁊ ceruí
cem tuam duriſſimam. Adhuc
viuente me ⁊ ingrediente vobiſ-
cum, ſemper contentioſé egiſtis
contra dominum: quãto mágis
quum mortuus fúero? Congre-
gate ad me omnes maiores na-
tu per tribus veſtras, atque do-
ctores: ⁊ loquar audientibus il-
lis ſermones iſtos, ⁊ inuocabo
contra eos cęlum ⁊ terram. No-
ui enim ꝙ poſt mortem meam
iniquę agetis: ⁊ declinabitis cito
de via quam pręcépi vobis: ⁊ oc-
current vobis mala in extremo
tempore: quando fecéritis malũ
in conſpectu domini: vt irritétis
eum per opera manuum veſtra-
rum. Locutus eſt ergo Moyſés
audiente vniuerſo cętu filiorum
Iſraél verba carminis huius, ⁊
ad finem vſq; cõpleuit. Tract⁹.

Attende cęlum ⁊ loquar: ⁊ audiat ter-
ra verba ex ore meo. ℣. Expectetur
ſicut plúuia elóquium meum: ⁊ deſcen-
dant ſicut ros verba mea. ℣. Sicut
imber ſuper gramen: ⁊ ſicut nix ſuper
fœnum: quia nomen domini inuoca-
bo. ℣. Date magnitudinem deo no-
ſtro: deus, vera opera eius: ⁊ om-
nes vię eius iudicia. ℣. Deus fide-
lis in quo non eſt iniquitas, iuſtus ⁊
ſanctus dominus. ❡ Oremus.
Flectamus genua. Leuate. Oro.

DEus celſitúdo humílium,
⁊ fortitúdo rectorum: qui
per ſanctum Moyſén púerum
tuum ita erudire populũ tuum
ſacri cárminis tui decantatione
voluiſti: vt illa legis iterátio fie-
ret etiam noſtra diréctio: excita
in omnem iuſtificatarũ gentium
plenitúdinem, potentiam tuam,
⁊ da lętitiã mitigándo terrórem:
vt omnium peccatis tua remiſ-
ſione delétis, quod denuntiatũ
eſt

eſt in vltionem, tránſeat in ſalu
tem. Per. Prophetia.xij.

Dan. 3. In diebus illis: Nabuchodo
noſoꝛ rex fecit ſtátuã áuream,
altitudine cubitoꝛum ſexaginta,
latitudine cubitoꝛũ ſex: ꝛ ſtátuit
eam in campo Durá prouíncię
Babylónis. Itaqꝫ Nabuchodo
noſoꝛ rex miſit ad cógregandos
ſátrapas, magiſtratus ꝛ iudices:
duces ꝛ tyránnos, ꝛ pꝛefectos, om
neſqꝫ príncipes regionũ: vt con
uenirent ad dedicationẽ ſtátuę,
quá eréxerat Nabuchodonoſoꝛ
rex. Tunc congregati ſunt ſátra
pę, magiſtratus ꝛ iudices: duces
ꝛ tyránni ꝛ optimátes, qui erant
in poteſtatibus conſtituti, ꝛ vni
uerſi pꝛincipes regionũ: vt con
uenirent ad dedicationẽ ſtátuę,
quam eréxerat Nabuchodono
ſoꝛ rex. Stabant autem in cóſpe
ctu ſtátuę, quam poſúerat Nabu
chodonoſoꝛ rex: ꝛ pꝛeco clamá
bat valenter. Vobis dicitur po
pulis tribubus ꝛ linguis: in hoꝛa
qua audiéritis ſónitum tubę ꝛ fi
ſtulę ꝛ citharę ꝛ ſambúcę ꝛ pſalté
rij ꝛ ſymphonię, ꝛ vniuerſi géne
ris muſicoꝛum: cadentes adoꝛa
te ſtatuá auream, quam cóſtítuit
Nabuchodonoſoꝛ rex. Siquis
autem non pꝛoſtratus adoꝛáue
rit: eadẽ hoꝛa mittetur in foꝛna
cem ignis ardentis. Poſt hęc er
go ſtatim vt audierũt omnes po
puli ſónitum tubę, fiſtulę ꝛ citha
rę, ſambúcę ꝛ pſaltérij ꝛ ſympho
nię, ꝛ omnis generiſ muſicoꝛum:
cadentes omnes populi, tribus
ꝛ lingue, adoꝛauerũt ſtátuam áu
ream, quam conſtitúerat Nabu
chodonoſoꝛ rex. Statimqꝫ in ip
ſo tempoꝛe accedétes viri Chal
dei accuſauerunt Iudęos: dixe
runtqꝫ Nabuchodonoſoꝛ regi.
Rex in ęternum viue. Tu rex po
ſuiſti decrétum: vt omnis homo
qui audierit ſónitũ tubę, fiſtulę,
ꝛ citharę, ſambúcę, ꝛ pſaltérij, ꝛ
ſymphonię, ꝛ omnis géneris mu
ſicoꝛũ: pꝛoſtérnat ſe ꝛ adóꝛet ſtá
tuam áuream. Siquis autem nõ
prócidens adoꝛáuerit, mittatur
in foꝛnacé ignis ardentis. Sunt
ergo viri Iudęi, quos conſtitui
ſti ſuper opera regionis Baby
lónis, Sidrác, Miſác, ꝛ Abdena
gó: Viri iſti contempſerunt rex
decrétum tuum. Deos tuos nõ
colunt: ꝛ ſtátuam áuream, quam
erexiſti, nõ adoꝛant. Tunc Nabu
chodonoſoꝛ in furoꝛe ꝛ in ira pꝛę
cepit, vt adducerentur Sidrác,
Miſác ꝛ Abdenagó. Qui confé
ſtim adducti ſunt in conſpectu
regiſ. Pronuntianſqꝫ Nabucho
donoſoꝛ rex ait eis. Veréne Si
drác Miſác ꝛ Abdenagó deos
meos non cólitis: ꝛ ſtátuam áu
ream, quam conſtitui nõ adoꝛá
tis? Nũc ergo ſi eſtis parati qua
cunqꝫ hoꝛa audiéritis ſónitum
tubę, fiſtulę, ꝛ citharę, ſambúcę ꝛ
pſaltérij, ꝛ ſymphonię, omniſqꝫ
géneris muſicoꝛum: pꝛoſtérnite
vos ꝛ adoꝛate ſtátuã, quam feci.
Quod ſi nõ adoꝛauéritis: eadem

hoꝛa

hora mittémini in fornacē ignis ardentis. Et quis eſt deus, qui eripiat vos de manu mea? Rñ Reſpondētes Sidrác Miſác ꝛ Abdenagó, dixerunt Nabuchodonoſori regi. Non oportet nos de hac re reſpōdére tibi. Ecce enim Deus noſter, quem cólimus, poteſt nos erípere de camíno ignis ardentis, ꝛ de manib⁹ tuis o rex liberare. Quod ſi noluerit: notū ſit tibi rex, quia deos tuos non cólimus: ꝛ ſtátuam áureã, quam erexiſti, nō adoramus. Tunc Nabuchodonoſor repletus eſt furore, ꝛ aſpectus faciéi illius immutátus eſt ſuper Sidrác Miſác ꝛ Abdenagó: ꝛ pręcepit vt ſuccenderetur fornax ſéptuplum q̄ʒ ſuccendi conſuéuerat, ꝛ viris fortiſſimis de exército ſuo iuſſit: vt ligatis manibus ꝛ pedibus Sidrác Miſác ꝛ Abdenagó, mitterent eos in fornacem ignis ardentis. Et confeſtim viri illi vincti cum brachis ſuis, ꝛ tiáris ꝛ calciamentis ꝛ veſtibus miſſi ſunt in medium fornacis ignis ardentis: Nam iuſſio regis vrgebat. Fornax autem ſuccenſa erat nimis. Porrò viros illos, qui miſerant Sidrác Miſác ꝛ Abdenagó interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres: ideſt Sidrác Miſác ꝛ Abdenagó ceciderunt in medio camíni ignis ardentis colligáti: ꝛ ambulabant in medio flammę laudantes ꝛ benedicentes Deum. Hic non dicitur Flectamus genua. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus, ſpes única mundi: qui prophetarum tuorum pręcónio pręſentiū temporū declaraſti myſteria: áuge populi tui vota placátus, qꝛ in nullo fideliū, niſi ex tua inſpiratione prouéniūt quarumlibet incrementa virtutuʒ. Per.

His finitis ſi eccleſia habuerit fontem baptiſmalem, Sacerdos benedictur⁹ fontem accipit pluuiale violaceum, ꝛ procedit vſqʒ ad fontē pręcedētibus miniſtris cum Cruce, ꝛ Cereo benedicto accenſo. Interea dum deſcendit ad fontē cantat̄ ſequēs Tractus.

Sicut ceruus deſyderat ad fontes aquarū: ita deſyderat anima mea ad te deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniam ꝛ apparebo ante faciem Dei. ℣. Fuerunt mihi lachrymę meę, panes die ac nocte: duʒ dicitur mihi per ſingulos dies: vbi eſt deus tuus? Deinde Sacerdos antequam intret ad benedictionē fontis, dicit hác orationē ibi iuxtà fontem. Dn̄s vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Or̄o.

Omnipotēs ſempiterne deus, réſpice propitius ad deuotioneʒ populi tui renaſcentis, qui ſicut ceruus aquaruʒ éxpetit fontē, ꝛ cōcede propitius: vt fidei ipſius ſitis, baptíſmatis myſterio animam corpuſqꝫ lętíficet. Per.

Poſtea procedit ad benedictionem fontiuʒ. Vbi vero non fuerint fontes: Tract⁹. Sicut ceruus:

⁊ oẽo ſequens: ⁊ fontiũ bñdictio pretermittunt. Sed finita oꝛone Omnipotens ſempiterne deus ſpes vnica mundi: Sacerdos ꝯ depoſita caſula, ⁊ miniſtri exuti dalmaticis ante altare procumbũt. Alij verò Monachi, qui ſunt in choꝛo ſtant erecti: ⁊ cantantur letanię in medio choꝛi a duobus fratribꝰ, vtroqꝫ choꝛo idẽ ſimul reſpondente. Peruento autẽ ad Peccatoꝛes te rogamꝰ audi noꝭ: Sacerdos ⁊ miniſtri ad ſacrariũ reuertentes, albis ſolenniter induuntur veſtibus. Interim accenduntur luminaria circa altare de igne benedicto. Et peruento ad Kyrie el. cantoꝛeꝭ incipiũt ſolenniter Kyrie elei. pro miſſa.


Kyrie el. Chꝛe el. Chꝛe audi noꝭ. Chꝛiſte exaudi nos.
Pater de cęlis deuꝭ, miſerere no.
Fili redemptoꝛ mundi deus, miſerere nobis.
Spiritꝰ ſancte deꝰ, miſerere no.
Sancta Trinitas vnus deuꝭ, miſerere nobis.
Sancta Maria, oꝛa pro nobis.
Sancta dei genitrix. oꝛa.
Sancta virgo virginum. oꝛa.
Sancte Michael. oꝛa.
Sancte Gabꝛiel. oꝛa.
Sancte Raphael. oꝛa.
Omnes ſancti beatoꝛum ſpirituum oꝛdines. oꝛate.
Sancte Joãnes Baptiſta. oꝛa.
Omnes ſancti patriarchę ⁊ prophetę. oꝛate pro nobis.
Sancte Petre. oꝛa.
Sancte Paule. oꝛa.
Sancte Andrea. oꝛa.
Sancte Joannes. oꝛa.
Omnes ſancti apoſtoli ⁊ euangeliſtę. oꝛate pro nobis.
Sancte Stephane. oꝛa.
Sancte Laurenti. oꝛa.
Sancte Vincenti. oꝛa.
Sctẽ Placide cũ ſocijꝭ tuis. oꝛa.
Omnes ſancti martyres. oꝛate.
Sancte Gregoꝛi. oꝛa.
Sancte Auguſtine. oꝛa.
Sancte Ambꝛoſi. oꝛa.
Sancte Hieronyme. oꝛa.
Sancte Martine. oꝛa.
Sancte pater Benedicte. oꝛa.
Sancte Antoni. oꝛa.
Sancte Maure. oꝛa.
Sancte Bernarde. oꝛa.
Omnes ſancti cõfeſſoꝛes. oꝛate.
Sctã Maria Magdalena. oꝛa.
Sancta Juſtina. oꝛa.
Sancta Lucia. oꝛa.
Sancta Scholaſtica. oꝛa.
Omnes ſancti ⁊ ſancte dei. intercedite pro nobis.
Propitiꝰ eſto. parce nobis dñe.
Propitius eſto. exaudi nos dñe.
Ab omni malo. libera nos dñe.
Ab omni peccato. li.
A moꝛte perpetua. li.
Per myſterium ſanctę incarnationis tuę. li.
Per aduentum tuum. li.
Per natiuitatem tuam. li.
Per baptiſmum ⁊ ſanctum ieiunium tuum. li.
Per Crucẽ ⁊ paſſionẽ tuam. li.
Per moꝛtẽ ⁊ ſepulturã tuam. li.

Per ſanctã reſurrectionẽ tuã. li.
Per admirabilem aſcenſionem tuam. li.
Per aduentum ſpiritus ſancti paracleti. li.
In die iudicij. li.
Peccatores, te rogam⁹ audi nos.
Ut nobis indulgeas. te ro.
Ut eccleſiam tuã ſanctã regere ⁊ conſeruare digneris. te ro.
Ut domnum apoſtolicum ⁊ omnes eccleſiaſticos ordines in ſancta religione cõſeruare digneris. te ro.
Ut noſmetipſos in tuo ſancto ſeruitio confortare, ⁊ conſeruare digneris. te ro.
Ut omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas. te ro.
Ut fructus terrę dare ⁊ conſeruare digneris. te ro.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem ęternam donare digneris. te ro.
Ut nos exaudire digneris. te ro.
Agnus dei qui tollis peccata mundi. parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi. exaudi nos domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi. miſerere nobis.
Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos. Kyrie elei. Quod du͂ incipitur Sacerdos cu͂ miniſtris, pręcedentibus ceroferarijs, ẽ ſacrario prodiens: cum ad altare peruenerit, facit confeſſionem debitam in loco conſueto. Deinde incẽſato altari more ſolito: ⁊ finito Kyrie icipit ſolẽniter Gloria in excelſis deo, ⁊ campanę pulſantur ⁊ organa: ⁊ icona altaris diſcooperitur, ⁊ per acolythos palliũ nigrũ ab altari tollit. Poſtea finita Gloria in excelſis, dicit Dominus vobiſcum. Orõ.

Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem gloria dominicę reſurrectionis illuſtras: cõſerua in noua familię tuę progenie adoptionis ſpiritum, quem dediſti: vt corpore, ⁊ mente renouati, puram tibi exhibeamus ſeruitutem. Per eundem. in vnitate eiuſdē.

Hęc oratio tantum dicitur. Epiſtola ad Coloſſenſes. iij. Cap.

Fratres: Si cõſurrexiſtis cu͂ Chriſto: q̃ ſurſum ſunt quęrite, vbi Chriſt⁹ eſt in dextra dei ſedẽs: quę ſurſum ſunt ſapite, nõ quę ſup terrã. Mortui eni͂ eſtis: ⁊ vita veſtra abſcondita eſt cum Chr̃o in deo. Cu͂ enim Chriſt⁹ apparuerit vita veſtra: tũc ⁊ vos apparebitis cum ipſo in gloria. Finita epiſtola continuo Sacerdos incipit.



Et totũ decantat ter, exaltãdo vocem gradatim: ⁊ chor⁹ poſt quãlibet vicem in eadẽ voce rẽpetit illud

ludidẽ. Poſtea cantatur verſus.

Cõfitemini dño qm̃ bonus: qm̃ in ſeculũ miſericordia ei⁹. Deinde Tract⁹.

Laudate dñm omnes gentes: ⁊ collaudate eũ omnes populi. ℣. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: ⁊ veritas dñi manet in eternum.

Ad euangelium non portantur luminaria: ſed incenſum tantũ.

Secundũ Mattheum. xxviij. ca.

VEſpere autẽ ſabbathi, que luceſcit in prima ſabbathi: venit Maria Magdalene ⁊ altera Maria videre ſepulchrũ. Et ecce terremotus factus eſt magnus. Angelus enim domini deſcendit de celo: ⁊ accedens reuoluit lapidem: ⁊ ſedebat ſuper eũ. Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur: ⁊ veſtimenta eius ſicut nix. Pre timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes: ⁊ facti ſunt velut mortui. Reſpondens autem angelus dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enim quod Jeſum qui crucifixus eſt queritis: Non eſt hic: ſurrexit enim ſicut dixit. Venite ⁊ videte locum, vbi poſitus erat dominus: ⁊ cito euntes, dicite diſcipulis eius, quia ſurrexit: ⁊ ecce precedet vos in Galileam. Ibi eũ videbitis: ecce predixi vobis.


Finito euangelio dicat Sacerdos Dñs vobiſcum ⁊ oremus. ⁊ nõ dr̃ Credo. Nec Offer. Secre.

SVſcipe domine, queſumus, preces populi tui cum oblationibus hoſtiarum: vt paſchalibus initiata myſterijs: ad eternitatis nobis medelam te operante proficiant. Per do. Prefatio.

Aequũ ⁊ ſalutare: te quidẽ dñe oĩ tpe. Et dicitur quotidie vſq; ad aſcẽſionem, niſi alia aſſignetur. In hac tamen miſſa dicitur nocte. Infra octauam vero dicitur die. ⁊ poſt octauam non dicitur die: ſed in hoc potiſſimum glorioſius predicare. Infra.

COmmunicantes ⁊ noctẽ ſacratiſſimam celebrantes reſurrectionis dñi nr̃i Jeſu Chr̃i. Sicut in paſcha: ſed dicitur hodie tantum noctem alijs autem diebus dicitur diem. Itẽ infra.

HAnc igitur oblationẽ ſeruitutis noſtre. Et dicũtur tantum vſque ad ſequens ſabbathum incluſiue. Pax dñi dicitur Agnus dei non dicitur. Pacis oſculum nõ datur, nec poſtcõio cantatur. Sed ſumpto ſacramẽto a Sacerdote: ſtatim ꝑ veſperis incipit in choro antiphona. Alleluia, all'a, all'a. Qua cantata, cantatur pſalm⁹. Laudate dñm omnes gentes totus cũ Gloria pri. ⁊ Sicut erat. Et reiterat añ. All'a. Capitulũ hymnus ⁊ ℣. nõ dicunt. Ad magnificat, antipho.



Veſpere autem ſabbathi, que luceſcit i prima ſabbathi: venit Maria Magdalene ⁊ altera Maria videre ſepulchrũ, alleluia. Ps. Magnificat.

Gloria pa. Sicut. Et repetit᷑ añ. Veſpere autē ſabbathi. ꝛc. Poſt hec Sacerdos dicit. Dñs vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

SPiritum nobis domine tuę caritatis infunde: vt quos ſacramentis paſchalibus ſatiaſti: tua facias pietate concordes. Per. In vnitate eiuſdē. Deinde Dominus vobiſcum. Poſtea Diaconus dicit. Ite miſſa eſt, cum duplici Alleluia. ℟. Deo gratias, cum duplici. Alleluia. Et ſic dicit᷑ vſq; ad ſabbathū in albis incluſiue. Et nullo alio tēpore di᷑ Ite Miſſa eſt, cū Alleluia.

ORDINARIVM MISSÆ.

Sacerdos paratus cum ingreditur ad altare; ſignat ſe ſigno crucis, ꝛ clara voce dicit.

INtroibo ad altare dei. ℟. Ad deū qui lętificat iuuentutem meam. Ps. Iudica me de⁹ totū cū Glia pa. ꝛ Sicut erat. Deinde repetit᷑. ℣. Introibo ad altare dei. ℟. Ad deum qui lętificat iuuentutem meam. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ꝛ terram. Deinde iunctis manib⁹ inclinatus facit confeſſionē, vt ſequitur.

COnfiteor Deo omnipotēti, beatę Marię ſemp virgini, beatis Petro, Paulo, Benedicto. ℟. Iuſtinę, ꝛ oībus ſctis, ꝛ vobis fratres me grauiter peccaſſe per ſuperbiā, in lege Dei mei, cogitatione, delectatione, omiſſione, cōſenſu, viſu, verbo, ꝛ opere: de oībus meis vitijs, ꝛ peccatis: percutit ſibi pectus dicēs: meā culpā, meā maximā culpā: ideo precor vos fratres orare Deū pro me. Miniſtri reſpondēt.

MIſereatur tui omnipotēs De⁹, ꝛ dimiſſis peccatis tuis, perducat te ad vitam ęternam. Sacerdos dicit. Amen. Deinde Miniſtri repetunt Confeſſionē, ꝛ vbi á Sacerdote dicebatur. Vobis fratres, ꝛ Vos fratres, á Miniſtris dicitur, Tibi pater, ꝛ Te pater. Poſtea Sacerdos iunctis manibus facit abſolutionem, dicens.

MIſereatur veſtri oīpotens De⁹: ꝛ dimiſſis peccatis veſtris, perducat vos in vitam ęternā. ℟. Amen. Signat ſe ſigno crucis, dicens.

INdulgētiā, abſolutionē, ꝛ remiſſionē peccatorū noſtrorū, tribuat nobis omnipotēs, ꝛ miſericors Dñs. ℟. Amē.

Poſtea inclinatus proſequitur ℣. Deus tu cōuerſus viuificabis nos. ℟. Et plebs tua lętabitur in te. ℣. Oſtende nobis domine miſericordiā tuam. ℟. Et ſalutare tuum da nobis. ℣. Domine exaudi orationem meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Deinde flectens genua ante altare dicit infraſcriptā orationē.

AVfer á nobis q̄ſumus dñe, cunctas iniquitates nr̄as: vt ad ſancta ſctōꝝ puris mereamur mētib⁹ introire. Per Chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amen.

Qua cōpleta ſurgit: ⁊ dum aſcen-
dit ad altare, dicit hanc ſubſcri-
ptam orationē ſecretè, vt primā.

ORamus te domine per me-
rita ſanctorum tuorū, quo-
rum reliquię hic ſunt, ⁊ omnium
ſanctorum: vt indulgére digné-
ris omnia peccata mea. Amen.
Poſtea oſculat altare. In Miſ-
ſis ſolēnib⁹ benedicit incenſum,
dicēs, Ab illo bene ✠ dicaris, in
cui⁹ honorē cremaberis. Amen.
⁊ accepto thuribulo a Diacono
incenſat altare dicēs. Dirigatur
Domine oratio mea, ſicut incen-
ſum in conſpectu tuo, Eleuatio
manuum mearuꝫ ſacrificium ve-
ſpertinū. Pone dn̄e cuſtodiā ori
meo, ⁊ oſtium circunſtātię labijs
meis: vt non declinet cor meū in
verba malitię, ad excuſandas ex-
cuſationes in pctīs. ⁊ cetera vſqꝫ
ad finē, cū Gloria, ⁊ Sicut erat.
Deinde Diacon⁹ recepto thuri-
bulo á celebrāte ter illuꝫ incenſet
tantū. Poſtea celebrās ſignans
ſe ſigno crucis, incipit Introitū:
quo finito iunctis manibus, al-
ternatim cum Miniſtris dicit,

KYrie eleiſon, Kyrie eleiſon,
Kyrie eleiſon. Chriſte elei-
ſon, Chriſte eleiſon, Chriſte elei-
ſon. Kyrie eleiſon, Kyrie elei-
ſon, Kyrie eleiſon. Poſtea ad
medium altaris extendens, ⁊ iun-
gens manus, caputqꝫ aliquan-
tulum inclinans, dicit, ſi dicen-
dum eſt. Gloria in excelſis ⁊c.
⁊ proſequitur iunctis manibus.

GLoria in excelſis Deo. Et
in terra pax hominibus bo-
nę voluntatis. Laudam⁹ te: Be-
nedicim⁹ te: Adoram⁹ te: Glori-
ficamus te: Gratias agim⁹ tibi:
propter magnaꝫ gloriam tuam.
Dn̄e deus rex celeſtis: De⁹ pater
omnipotens. Dn̄e fili vnigeni-
te Jeſu Chriſte. Domine deus
agnus Dei filius patris. Qui tol-
lis peccata mundi, miſerere no-
bis. Qui tollis peccata mundi,
ſuſcipe deprecationem noſtram:
Qui ſedes ad dexterā patris, mi-
ſerere nobis. Quoniam tu ſolus
ſanctus: Tu ſoluſ dn̄s: Tu ſolus
altiſſimus: Jeſu Chriſte: Cuꝫ ſan-
cto ſpū ſignat ſe In gloria Dei
patris. Amen. Quo finito: an-
tequā dicat Dominus vobiſcū.
oſculatur altare in medio: Circa
finem verſus qui cantatur poſt
alleluia, ſiue circa finē Tractus,
ſi eſſet poſt Septuageſimā: Dia-
conus flectit genua ante alta-
re: ⁊ dicit hanc orationem.

MUnda cor meum, ac lábia
mea omnipotēs deus: qui
lábia Iſaię prophetę calculo mū-
daſti ignito: ita me tua grata mi-
ſeratione dignáre mundáre: vt
ſanctum Euangelium tuum di-
gne valeam nuntiare. Per Chri-
ſtum dominum noſtruꝫ. Amen.
Qua cōpleta: ita genibus flexis
aſſumens librum euangeliorū in
manibus: ⁊ páululū ſe Sacerdoti
celebrāti inclinās, benedictionē
petit dicēs. Jube domne bene-

dicere. Et Sacerdos reſpondet.

DOminus ſit in corde tuo, ⁊ in labijs tuis: vt digne ⁊ cõpetenter annuncies euangelium ſuum: in nomine patris, ⁊ filij, ⁊ ✠ ſpiritus ſancti. Deinde cum incenſo, ⁊ luminibus, accedens ad locum Euangelij, ſtans iunctis manibꝰ dicit, Dñs vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Pronuncians Sequẽtia ſcti Euãgelij ⁊c. pollice dexterę manus ſignat librũ Euangelij, deinde frontem, labia, ⁊ pectus: ⁊ dum Miniſtri reſpondẽt Gloria tibi Domine, incenſat ter librum. Poſtea dicit euangeliũ iunctis manibus: Quo finito defert librũ Sacerdoti, qui oſculaẗ Euãgeliũ dicẽs. Per euangelica dicta deleantur noſtra delicta. In Miſſis defunctorũ dicitur, Munda cor meũ, ſed nõ petit benedictiõ, nõ deferunẗ luminaria, nec oſculaẗ liber. Deinde ad mediũ altaris extendens, ⁊ iungens manus, dicit ſi dicendũ eſt, Credo. ⁊ proſequitur iunctis manibus. Quando autẽ ventum eſt ad illud. Et incarnatus eſt, genuflectit vſq; dum dicitur, Crucifixus etiã. In fine. Et vitã vẽturi, ſignat ſe ſigno crucis.

CRedo in vnum Deum, patrem omnipotentem, factorem cęli ⁊ terrę: viſibilium omnium ⁊ inuiſibilium. Et in vnum Dñm Jeſum Chriſtũ, filium Dei vnigenitũ. Et ex patre natum ante omnia ſecula. Deum de Deo: lumen de lumine: Deum verum de Deo vero. Genitum non factum: conſubſtantialẽ patri: per quẽ omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, ⁊ propter noſtram ſalutẽ, deſcẽdit de cęlis. Et incarnatꝰ eſt de ſpiritu ſancto ex Maria virgine, ⁊ homo factꝰ eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato: paſſus ⁊ ſepultꝰ eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundũ ſcripturas. Et aſcendit in cęlũ, ſedet ad dexterã patris. Et iterũ venturus eſt cũ gloria iudicare viuos ⁊ mortuos: cuius regni nõ erit finis. Et in ſpiritum ſanctum dominum ⁊ viuificantem, qui ex patre filioq; procẽdit. Qui cum patre ⁊ filio ſimul adoratur, ⁊ cõglorificatur: qui locutus eſt per prophetas. Et vnam ſanctam catholicam, ⁊ apoſtolicã eccleſiam. Confiteor vnum baptiſma, in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionẽ mortuorum. Et vitam venturi ſeculi. Amen. Deinde ſignat ſe, oſculatur altare, ⁊ verſus populum dicit ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Poſtea dicit. Oremus. ⁊ Offertorium. Quo dicto, ſi eſt Miſſa ſolennis, Diaconus porrigit celebrãti patenã cũ hoſtia: ſi priuata, Sacerdos ipſe accipit patenã cũ hoſtia, quã offerẽs, dicit.

SVſcipe ſancte pater omnipotens, ęterne deus, hanc immaculatam hoſtiam, quam ego indignꝰ famulꝰ tuus offero tibi Deo

meo viuo ꝛ vero, pro innumerabilibus peccatis, offenſionib⁹, ꝛ negligẽtijs meis: ꝛ pro oĩbus circunſtãtibus: ſed ꝛ pro omnibus fidelibus Chriſtianis viuis, atq; defunctis: vt mihi ꝛ illis proficiat ad ſalutẽ in vitã ęternã. Amen.

Deinde repoſita hoſtia ſup corporale, infundit Diaconus vinum in calice, ꝛ vrceolum aquę Sacerdoti porrigit. Vel ſi priuata eſt Miſſa vtrunque infundit Sacerdos, ꝛ aquam miſcendam in calicem benedicit, dicens.

Deus qui humanę ſubſtantię dignitatem mirabiliter condidiſti, ꝛ mirabilius reformaſti: da nobis per huius aquę ꝛ vini myſterium, eius diuinitatis eſſe conſortes: qui humanitatis noſtrę fieri dignat⁹ eſt particeps Jeſus Chriſtus filius tuus dñs noſter. Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: per oĩa ſecula ſeculoꝝ. Amen.

In Miſſis pro defunctis dĩ predicta oõ: ſed aqua nõ benedicit.

Accipiens calicẽ offert, dicens.

Offerimus tibi domine calicem ſalutaris, tuam deprecantes clementiã: vt in cõſpectu diuinę maieſtatis tuę, pro noſtra, ꝛ pro totius mundi ſalute, cum odore ſuauitatis aſcẽdat. Amen.

Deinde poſito calice ſup corporale, ꝛ palla cooperto, iunctis manibus, aliquãtulũ inclinat⁹ dicit.

In ſpiritu humilitatis, ꝛ in animo contrito ſuſcipiamur a te domine: ꝛ ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie: vt placeat tibi domine Deus.

Erect⁹ expandit manus, eaſq; in altũ porrectas iũgẽs, eleuatis ad celũ oculis, ꝛ ſtatĩ dimiſſis, dicit.

Veni ſanctificator oĩpotens, ęterne Deus: ꝛ bene ✠ dic hoc ſacrificiũ tuo ſancto nomini preparatũ.

Poſtea benedicit incenſuꝫ ſi ſolẽniter celebrat, dicẽs.

Per interceſſionẽ beati Michaelis Archangeli ſtantis a dextris altaris incenſi, ꝛ omniũ electorum ſuorũ: incenſum iſtud dignetur dñs bene ✠ dicere: ꝛ in odorem ſuauitatis accipere. Per Chriſtũ dñm noſtrũ. Amẽ.

Et accepto thuribulo a Diacono ſtans in medio altaris eleuat illud, ꝛ incenſat oblata, dicens.

Incenſum iſtud a te benedictũ aſcendat ad te domine: ꝛ deſcẽdat ſuper nos miſericordia tua.

Deinde incenſat altare, dicens.

Dirigatur Domine oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo: eleuatio manuũ mearum ſacrificiuꝫ veſpertinũ. Pone domine cuſtodiam ori meo, ꝛ oſtium cricunſtantię labijs meis, vt non declinet cor meum in verba malitię, ad excuſandas excuſationes in peccatis.

Dum reddit thuribulum Diacono, dicit.

Accendat in nobis domin⁹ ignem ſui amoris: ꝛ flammã ęternę charitatis. ℟. Amen.

Poſtea ter incenſat a Diacono,

Deinde alij per ordinē. Interim
Sacerdos lauat manus, dicens.
Lauabo inter innocentes ma
nus meas, ꝛc. vſque in fi
nem cum Gloria patri ꝛ filio.
In Miſſis pro Defunctis, ꝛ tem
pore paſſionis in Miſſis de tem
pore omittitur Gloria patri.
Deīde ad mediū altaris aliquātu
lū inclinat⁹ iunctis manib⁹, dicit;
Suſcipe ſancta Trinitas, hanc
oblationē: quā tibi offerimus
ob memoriā paſſionis, Reſurre
ctionis, ꝛ Aſcenſionis Jeſu Chri
ſti dñi noſtri, ꝛ in honorem bea
tę Marię ſemper virginis: beati
Joannis Baptiſtę, ꝛ ſanctorum
apoſtolorum Petri ꝛ Pauli: ꝛ
iſtorum, ꝛ omniū ſanctorum: vt
illis proficiat ad honorē: nobis
autē ad ſalutem: ꝛ illi pro nobis
intercedere dignentur in celis:
quorum memoriam agimus in
terris. Per eundem Chriſtum
dominum noſtrum. Amen.
Poſtea oſculat altare, ꝛ vertēs ſe
ad populū dicit voce ſubmiſſa.
Orate fratres: vt meū ac ve
ſtrū ſacrificiū acceptabile
fiat apud deū patrē oīpotentē.
Circunſtantes verò reſpondēt:
alioquin ipſemet Sacerdos.
Suſcipiat dñs ſacrificium de
manibus tuis, vel meis, ad lau
dem ꝛ gloriam nominis ſui: ad
vtilitatem quoque noſtram, to
tiusq; eccleſię ſuę ſanctę. Amen.
Deinde manibus extenſis abſo
lute ſubiūgit orationes ſecretas.


Quibus dictis, cum peruentum
fuerit ad concluſionem clara vo
ce dicit. Per omnia ſecula ſecu
lorum. cum Pręfatione, vt in ſe
quentibus. Pręfatio incipit am
babus manib⁹ poſitis hinc inde
ſuper altare, quas aliquantulum
eleuat cum dicit: Surſum corda.
Jungit manus, ꝛ caput inclinat
cum dicit: Gratias agamus dño
Deo noſtro. Deinde diſiungit
manus, ꝛ diſiunctas tenet vſque
ad finem Pręfationis: ꝛ iterum
iungit cum dicit. Sanctus. ꝛc.
Sequēns Pręfatio cum ſuo can
tu dicitur quotidie à prima Nati
uitatis Domini Miſſa vſque ad
Epiphanię vigiliam incluſiue, ꝛ
in glorioſę virginis Marię Pu
rificatione necnon ꝛ in corporis
Chriſti Miſſa.




A eterne Deus. Quia per in-



carnati verbi myſteriū, noua



mentis noſtrę oculis lux tuę



claritatis infulſit: vt dum vi
ſibiliter

ſibiliter Deuȝ cognoſcimus,
per hunc in inuiſibilium amo-
rem rapiamur. Et ideo cū an-
gelis ⁊ archangelis: cum thro-
nis ⁊ dominationibus: cumqȝ
omni militia cęleſtis exércitus
hymnū glorię tuę cánimus ſi-
ne fine dicentes. Sanctus ⁊c.

Infra Actionem.

COmmunicantes ⁊ noctē vel diem ſacratiſſimā vel ſacratiſſimū celebrantes: quā vel quo M. M.


beatę Marię intemerāta virginitas huic mundo édidit Saluatorem. Sed ⁊ memoriam venerantes: in primis eiuſdem glorioſę ſemperqȝ virginis Marię genitricis eiuſdem Dei ⁊ domini noſtri Jeſu Chriſti: ſed ⁊ beatorum apoſtolorum ac martyrum tuorum Petri ⁊ Pauli ⁊c. In prima Miſſa duntaxat dicitur. Noctem ſacratiſſimam Deinde ſemper dicitur. Diem ſacratiſſimū: vſqȝ ad octauam Natiuitatis Domini incluſiue, ⁊ nō vltra. Sequens Prefatio cum ſuo cantu dicitur in Epiphania Domini: ⁊ per totam octauam.

Æterne Deꝰ. Quia cū vnigé-
nitꝰ tuus in ſubſtātia nrę mor-
talitatis appáruit: noua nos
immortalitatis ſuę luce repa-
rauit. Et ideo cum angelis.

Infra Actionem.

Communicantes ⁊ diem ſacratiſſimū celebrantes: quo vnigenitus tuus in tua tecum gloria coęternus, in veritate carnis noſtrę viſibiliter corporalis apparuit. Sed ⁊ memoriam venerantes: in primis glorioſę ſemperq; virginis Marię, genitricis eiuſdem Dei ⁊ domini noſtri Jeſu Chriſti: ſed ⁊ beatorum apoſtolorum ac martyrum tuorum Petri ⁊ Pauli ⁊c.


Sequens Prefatio cum ſuo cantu dicitur Dominicis diebus Quadrageſimę vſq; ad Dominicam palmarum excluſiue.



Æ eternę Deꝰ. Qui corporali



ieiunio vitia cómprimis: men-



tem eleuas: virtuté largiris ⁊



pręmia: per Chriſtū dominū




noſtrum. Per quem maieſta-



tem tuam laudant angeli.


Sequens Prefatio cū ſuo cantu dicitur ferialibꝰ diebus Quadrageſimę á feria quarta cinerum vſq; ad Dominicaз palmarum.



Æ eternę Deꝰ. Qui corporali




ieiunio vitia cómprimis: men



tem eleuas: virtutem largiris



⁊ pręmia: per Chriſtū domi-



num noſtrū. Per quem maie-




ſtatem tuam laudant angeli.

Sequens Prefatio cum ſuo cantu dicitur in Reſurrectione Domini: quotidie á vigilia Paſchę vſq; ad octauam: ⁊ in feſtis ſolennibus:


lennibus: ⁊ per omnes Dominicas: ⁊ in feſtis duodecim lect. vſque ad Aſcenſionem: vbi alia non aſſignatur.




Aequū ⁊ ſalutare. Te quidē do



mine oī tēpore: Sed in hac po



tiſſimū die glorioſius pręḋica-



re: quū Paſcha noſtrū immo-



latus eſt Chriſtus. Ipſe enim



verus eſt agnus: qui abſtulit



peccata mūdi. Qui mortē no-



ſtrā moriēdo deſtruxit: ⁊ vitā



reſurgēdo reparauit. Et ideo.

Infra Actionem.

Communicantes ⁊ diē ſacratiſſimū celebrantes reſurrectionis dñi noſtri Jeſu Chři ſecundū carnē. Sed ⁊ memoriā venerantes: in primis glorioſę ſemper virginis Marię, genitricis eiuſdē Dei ⁊ dñi nři Jeſu Chři: ſed ⁊ beatorū apoſtolorū. Infra.

Hanc igitur oblationē ſeruitutis noſtrę: ſed ⁊ cunctę familię tuę, quam tibi offerimus pro his quoq;, quos regenerare dignatus es ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto: tribuens eis remiſſionem omnium peccatorum: quęſumus domine, vt placatus accipias: dieſque noſtros ⁊c.


Sequens Pręfatio cum ſuo cantu dicitur quotidie, ferialibus diebus ab octaua Reſurrectionis vſque ad Aſcenſionem.



Aequum ⁊ ſalutare. Te quidē



domine omni tēpore: Sed in



hoc potiſſimū glorioſius pręḋicare:

dicare: quum Paſcha noſtrū
immolatus eſt Chriſtꝰ. Ipſe
enim verꝰ eſt agnꝰ qui abſtulit
peccata mūdi. Qui mortē no-
ſtrā moriendo deſtruxit: ⁊ vitā
reſurgēdo reparauit. Et ideo
cuꝫ angelis ⁊ archāgelis: cum
thronis ⁊ dominationibus:
cumqꝫ omni militia cęleſtis
exercitus hymnū glorię tuę
canimus ſine fine dicentes.

Sequens Prefatio cum ſuo can-
tu dicitur in Aſcenſione Domi-
ni, ⁊ deinceps vſqꝫ ad vigiliam
Pentecoſt. excluſiue.


Per Chr̄m dominū nr̄m. Qui
poſt Reſurrectionē ſuā oībꝰ di-
ſcipulis ſuis manifeſtꝰ apparuit:
⁊ ipſis cernētibꝰ eſt eleuatꝰ in
cęlū: vt nos diuinitatis ſuę tri-
bueret eſſe participes. Et ideo.

Infra


Infra Actionem.

Communicantes ⁊ diem ſacratiſſimū celebrantes:quo dominus noſter vnigenitus filius tuus vnitam ſibi fragilitatis noſtrę ſubſtantiam in glorię tuę dextera collocauit. Sed ⁊ memoriam venerantes: in primis glorioſę ſemperq; virginis Marię genitricis eiuſdem Dei ⁊ domini noſtri Jeſu Chriſti:ſed ⁊ beatorum apoſtolorum ⁊c.


Sequens Pręfatio cum ſuo cantu dicitur a vigilia Pentecoſtes incluſiue, vſque ad octauam excluſiue.



Per Chriſtū Dominū noſtrū.



Qui aſcendens ſup oēs cęlos,




ſedéſq; ad dexterā tuā:promiſ-




ſum ſpiritū ſctū hodierna die




in filios adoptionis effudit.




Quapropter ꝓfuſis gaudijs tot⁹



in orbe terrarū mund⁹ exultat.



Sed ⁊ ſupérnę virtutes atq; an-



gélicę poteſtates hymnū glorię



tuę cōcinūt ſine fine dicētes.

Infra Actionem.

Communicantes ⁊ dié ſacratiſſimum Pentecóſtes celebrantes:quo ſpiritus ſanct⁹ apoſtolis, innumeris linguis appáruit: ſed ⁊ memoriā venerantes: in primis glorioſę ſemperq; virginis Marię, genitricis Dei ⁊ dñi noſtri Jeſu Chriſti:ſed ⁊ beatorum apoſtolorum. ⁊c. Infra.

Hanc igit̄ oblationē ſeruitutis nrę:ſed ⁊ cunctę familię tuę,quam tibi offérimus pro his quoq;,quos regenerare dignat⁹ es ex aqua ⁊ ſpū ſctō:tribuēs eis remiſſionē omniū peccatorū:q̄s domine vt placatus accipias ⁊c.

Sequens

In Miſſis votiuis de ſpũ ſctõ.

Sequens Prefatio cum ſuo cantu dicitur in Miſſis votiuis de Spiritu Sancto, ferialibus diebus.

Per Chriſtũ Dominũ noſtrũ.

Qui aſcendens ſup̃ oẽs cęlos,

ſedenſq; ad dexterã tuã: pmiſ-

ſum ſpiritũ ſanctũ i filios ado-

ptionis effũdit. Quaprópter

profuſis gaudijs totꝰ in orbe

terrarũ mundus exultat. Sed

⁊ ſupernę virtutes atq; angé-

licę poteſtates hymnũ glorię

tuę cõcinunt ſine fine dicentes.

De ſanctiſſima Trinitate.

Sequens Prefatio cum ſuo cantu dicitur in ſolennitate ſanctę Trinitatis.

Aeternę Deus. Qui cum vni-

génito filio tuo ⁊ ſpiritu ſctõ


vnꝰ es deus: vnus es dominꝰ.

Nõ in vnius ſingularitate pſõ-

nę: ſed in vnius Trinitate ſub-

ſtãtię. Quod enĩ de tua gloria reue-





Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in Miſſis votiuis ſanctiſſimę Trinitatis ferialibus diebus.



ſtantię: Quod enim de tua gloria,
reuelante te, credimus: hoc de
filio tuo: hoc de ſpiritu ſctõ:
ſine differẽtia diſcretionis ſen
tim⁹: vt in cõfeſſione verę ſem
piternęq; deitatis, ⁊ in perſo
nis ꝓprietas: ⁊ in eſſentia uni
tas: ⁊ in maieſtate adoreť ęqua
litas. Quẽ laudãt Angeli atq;

Archãgeli: Cherubim quoq;
ac Seraphi: qui nõ ceſſant cla
mare quotidie vna voce dicẽtes.

Sequens Prefatio cum ſuo can tu dicitur in omnibus ſolennitatibus beatę Marię virginis: excepto feſto purificationis: ⁊ infra octauas earuʒ etiã ſi de alio feſto infra dictas octauas agatur: niſi haberet propriam: ⁊ in ſabbatis quãdo dr̃ miſſa de beata Maria.

Aeternę de⁹. Et te i aſſumptio
ne beatę Marię ſemp virginis
collaudare, benedicere, ⁊ pdi
care. Quę ⁊ vnigenitũ tuũ ſan
cti

cti ſpiritꝰ obumbratione con-
cépit: ⁊ virginitatis gloria per-
manéte, lumen ęternũ mundo
effudit. Jeſũ Chrm dominũ
noſtrũ. Per quẽ maieſtatẽ tuá.

Sequens Pręfatio cum ſuo cantu dicitur in Miſſis votiuis beatę Marię virginis ferialibus diebus extra ſabbathum.

A eternę Deꝰ. Et te in venera
tione beatę Marię ſemp virgi
nis collaudare, benedicere, ⁊

pdicare. Quę ⁊ vnigenitũ tuũ
ſancti ſpiritꝰ obumbratione
concépit: ⁊ virginitatis gloria
permanente, lumen ęternum
mundo effudit Jeſuz Chriſtũ
dominũ noſtruz. Per quem.

Sequens Pręfatio cum ſuo cantu dicitur in ſolennitatibus ſanctę Crucis: ⁊ Dominica in palmis: ⁊ feria quinta in cęna dñi.

A eternę Deꝰ. Qui ſalutẽ hu-
mani generis in ligno crucis
conſti-

In Miſſis votiuis de ſctã Cruce.




cõſtituiſti: vt vnde mors orie-




batur: inde vita reſurgeret: ⁊



qui in ligno vincebat: in ligno



quoq; vinceretur: per Chri-



ſtũ dominũ noſtrũ. Per quẽ.

Sequens Pręfatio cum ſuo cantu dicitur in Miſſis votiuis ſanctę Crucis ferialibus diebus: ⁊ feria ſecunda, tertia, ⁊ quarta maioris hebdomadę, feſto non occurrente.



Aeternę De⁹. Qui ſalutẽ hu-



mani generis in ligno crucis


De apoſtolis.



cõſtituiſti: vt vnde mors orie-



batur: inde vita reſurgeret: ⁊



qui in ligno vincebat: in ligno



quoq; vinceretur: per Chri-



ſtũ dominũ noſtrũ. Per quẽ.

Sequens Pręfatio cum ſuo cantu dicitur in omnib⁹ feſtis Apoſtolorum ⁊ Euangeliſtarum, ⁊ per octauas eorum, etiam ſi de alio feſto infra illas agatur: ⁊ hoc vbi alia non aſſignatur.



Aequũ ⁊ ſalutare: te Dñe ſup-



pliciter exorare: vt gregẽ tuũ
paſtor

paſtor eterne non deſeras: ſed
per beatos Apoſtolos tuos
cõtinua ꝓtectione cuſtodias:
vt iiſdẽ rectoribꝰ gubernetur:
quos operis tui vicarios ei-
dem contuliſti preeſſe paſto-
res. Et ideo cum Angelis.

Sequens Prefatio cum ſuo cantu dicitur in Miſſis votiuis de Apoſtolis ferialibus diebus.

A equum et ſalutare: te domine
M.M.

ſuppliciter exorare: vt gregem
tuum paſtor eterne non deſe-
ras: ſed per beatos Apoſto-
los tuos continua protectio-
ne cuſtodias: vt iiſdem recto-
ribus gubernetur: quos ope-
ris tui vicarios eidem contu-
liſti preeſſe paſtores. Et ideo
cum Angelis.

Sequẽs Prefatio generalis cuꝫ ſuo cantu dicitur in dieb⁹ feſtis, tam duplicibus quãꝫ ſemiduplicib⁹ ꝛ xij. lec. necnon ꝛ infra octauas: niſi propria aſſignetur.

Per omnia ſecula ſeculorũ.

℟. Amen. ℣. Domin⁹ vobiſcum. ℟. Et cuꝫ ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habem⁹ ad dominũ. ℣. Gratiaꝫ agamus domino Deo noſtro. ℟. Dignum ꝛ iuſtum eſt. Vere dignum ꝛ iuſtum eſt equum ꝛ ſalutare: nos tibi ſemper ꝛ vbiqꝫ gratias agere, domine ſancte, pater omnipotens, eterne Deus per Chriſtum dominum noſtrũ. Per quem maieſtatem tuam laudant angeli: adorant dominationes: tremunt poteſtates: celi celorumqꝫ virtutes: ac beata Seraphim

Seraphim ſocia exultatione cõcelebrãt. Cũ quibꝰ ⁊ nr̃as voces vt admitti iubeas deprecamur, ſupplici cõfeſſione dicẽtes.

Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus ſabaoth. Pleni ſunt celi, ⁊ terra gloria tua Oſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine Domini, Oſanna in excelſis.

Sequens Prefatio cum ſuo cantu dicitur diebus ferialibus: ⁊ quando Miſſa canitur pro defunctis.

Per omnia ſecula ſeculorũ.

℟. Amen. ℣. Dominꝰ vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. ℣.
M.M.

Surſum corda. ℟. Habemꝰ ad dominũ. ℣. Gratias agamus domino Deo noſtro. ℟.

Dignũ ⁊ iuſtum eſt. Vere dignũ ⁊ iuſtum eſt, equũ ⁊ ſalutare: nos tibi ſemꝑ ⁊ vbiq₃ gratias agere, domine ſancte, pater omnipotẽs, eterne Deus,

Ø ij per


per Chꝛiſtū dominū noſtruꝫ.
Per quem maieſtatem tuam
laudant angeli: adoꝛant do-
minationes: tremunt poteſta-
tes: cęli celoꝛumqꝫ virtutes:
ac beata Seraphim ſocia exul
tatione concelebꝛant. Cum
quibus ⁊ noſtras voces vt ad-
mitti iubeas depꝛecamur, ſup
plici confeſſione dicentes.
In ſolennitatibus duplicibꝰ ma
ioꝛibus ⁊ minoꝛibus.
Gloꝛia in excelſis De o.
Ite miſſa eſt.
In ſolenitatibꝰ virginis Marię.
Gloꝛia in excelſis Deo.
Ite miſſa eſt.
In Dominicis diebus.
Gloꝛi a in excelſis Deo.
Ite miſſa eſt.
In ſemiduplicibus.
Glo ꝛia in excelſis Deo.

Ite


I te Miſſa eſt.
Infra octauas duplices.
Gloria in excelſis Deo.
I te Miſſa eſt.
In tempore Paſchali, ꝛ intra octauas ſimplices.
Gloria in excelſis Deo.
I te Miſſa eſt.
In feſtis duodecim lec.
Glori a in excelſis Deo.
I te Miſſa eſt.
I te miſſa eſt alleluia: alle luia.
M. M.
B enedicamus domino.
R equieſcant in pace.
C redo in vnum Deum.
V idi aquam.
A ſperges me.
Duplex maius.
D ominus vo biſcum.
Sequentia ſancti Euangelij
ſecundū Matthęum. In il
lo tempore dixit Simon Pe trus

O iij


trus ad Jeſum. Ecce nos re-
liquimus omnia ⁊ ſecuti
ſumus te: quid ergo erit
nobis? Jeſus autem di-
xit il lis. Et omnis qui
reliquerit domum: centu-
plum accipiet: ⁊ vitam eter-
nam poſſidebit.
Duplex minus.
Dominus vobiſcu͂. Sequen-
tia ſancti Euangelij ſecun-
dum Marcum.
In Dn̄icis ⁊ ſimplicibus feſtis.
Dominus vobiſcu͂. Sequen-
tia ſancti Euangelij: ſecun-
dum Lucam. Beati qui au-
diunt verbum Dei et cuſto-
diunt illud.
In aduentu ⁊ Quadrageſima.
Dominus vobiſcu͂. Sequen-
tia



tia ſancti Euangelij ſecun-



dum Joannem.

In ferialibus diebus.



Dominus vobiſcu3. Sequen-




tia ſancti Euangelij ſecun-



dum Lucam.

Pro mortuis.




Dominus vobiſcu3. Sequen-



tia ſancti Euangelij ſecun-



dum Joannem.


I·N·R·I

CANON MISSAE.

Sacerdos extendens, & iungens manus, eleuans ad cęlum oculos, & ſtatim demittens, inclinatus ante altare dicit.



Te igitur clementiſſime Pater p̄ Jeſum Chriſtum filium tuū dominū noſtrū ſupplices rogamus ac petimus: Oſculatur altare vti accepta habeas, ⁊ bn̄dicas hęc ✠ dona ✠ hęc munera ✠ hęc ſancta ſacrificia illibata. In primis quę tibi offérimus pro Eccleſia tua ſancta cathólica: quam pacificare, cuſtodire, adunáre, ⁊ régere dignéris toto orbe terrarum: vná cum famulo tuo Papa noſtro N. ⁊ antiſtite noſtro: ⁊ omnibus orthodóxis, atque cathólicę ⁊ apoſtolicę fidei cultoribus.

Commemoratio pro viuis.

Memento Dñe famulorum famularumqꝫ tuarum N. Jungit manus: orat aliquantulum pro quibus orare intendit: deinde extenſis manibus proſequitur. Et omniū circunſtantiū, quorum tibi fides cógnita eſt, ⁊ nota deuotio: pro quibus tibi offérimus: vel qui tibi ófferunt hoc ſacrificiū laudis, pro ſe, ſuiſqꝫ oībus: pro redéptione animarū ſuarū: pro ſpe ſalutis, ⁊ incolumitatis ſuę, tibiqꝫ reddūt vota ſua ęterno Deo viuo ⁊ vero. Infra.

Communicantes ⁊ memoriā venerantes: In primis glorioſę ſemperqꝫ virginis Marię, genitricis Dei ⁊ domini noſtri Jeſu Chriſti: ſed ⁊ beatorum apoſtolorum ac martyrum tuorum Petri ⁊ Pauli, Andreę, Jacobi, Joannis, Thomę, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simonis ⁊ Thaddei, Lini, Cleti Clemētis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chryſogoni, Joannis ⁊ Pauli, Coſmę ⁊ Damiani: ⁊ omniū ſanctorū tuorum: quoruꝫ meritis precibuſqꝫ concedas: vt in omnibus protectionis tuę muniamur auxilio. Jungit manus. Per eundem Chriſtum Dñm noſtrum. Amé. Tenens manus extenſas ſuper oblata dicit. Infra.

Hanc igitur oblationē ſeruitutis noſtrę, ſed ⁊ cunctę familię tuę, quęſumus domine: vt

vt placatus accipias: dieſq; noſtros in tua pace diſpónas: atq; ab eterna damnatione nos éripi: ⁊ in electorum tuorum iubeas grege numerari. Jungit manꝰ. Per Chriſtum dñm nrm. Amé.

Quam oblationem tu Deus in omnibus queſumus bene✠dictam, aſcri✠ptá, ra✠tam, rationabilem, acceptabiléq; facere digneris, ſignat ſemel ſuper Hoſtiam, ⁊ ſemel ſuper Calicé, vt nobis cor✠pus ⁊ ſan✠guis fiat dilectiſſimi filij tui dñi noſtri Jeſu Chriſti. Hic accipit Hoſtiá in manibꝰ dicés.

Qui pridie quàm pateretur, accipit Hoſtiam, accépit panem in ſanctas ac venerabiles manꝰ ſuas, eleuat oculos ad celum, ⁊ eleuatis oculis in celū ad te Deū patrem ſuū omnipotenté: tibi gratias agés, ſignat ſup Hoſtiá, bene✠dixit, fregit, deditq; diſcipulis ſuis dicens, Accipite ⁊ máducate ex hoc oés. Tenens ambabus manibꝰ Hoſtiam, profert verba cōſecrationis diſtincte, ſecrete, ⁊ attente.

H oc eſt enim corpus meū.

Prolatis verbis cōſecrationis: ſtatim Hoſtiam conſecratam genuflexus adorat: ſurgit: oſtendit populo: reponit ſuper corporale: iterum adorat: ⁊ non diſiungit pollices, ⁊ indices: niſi quando Hoſtia tractanda eſt, vſq; ad ablutionem digitorum.

Tunc detecto Calice, dicit.

Simili modo poſtquam cenatum eſt, ambabus manibus accipit Calicem, accipiens ⁊ hūc preclárum Calicem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: item tibi gratias agens, ſiniſtra tenés Calicem dextera ſignat ſuper eum, bene✠dixit, deditq; diſcipulis ſuis dicens. Accipite ⁊ bibite ex eo omnes. Profert verba cōſecrationis ſuper Calicem tenens illum parum eleuatum.

H ic eſt enim calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſioné peccatorū.

Adorat, ⁊ oſtendit populo vt ſupra: dicens.

H ec quotieſcunque fecéritis: in mei memoriam facietis.

Deinde depoſito Calice, dicit.

V nde ⁊ memores domine nos ſerui tui: ſed ⁊ plebs tua ſancta, Chriſti filij tui domini noſtri tam beate paſſionis: necnon ⁊ ab inferis reſurrectionis: ſed ⁊ in celos glorioſe aſcenſionis: offérimus precláre maieſtati tue de tuis donis ac datis, ſignat ter ſuper Hoſtiam, ⁊ Calicem ſimul, Hoſtiam ✠ puram: Hoſtiam ✠ ſanctam: Hoſtiam ✠ immaculatam, ſignat ſemel ſuper Hoſtiá, ⁊ ſemel ſuper Calicé, Panem ✠ ſanctum vite eterne: ⁊ Calicem ✠ ſalutis perpetue.

Extenſis

Extenſis manibus proſequitur.

Supra quę propitio ac ſereno vultu reſpicere digneris: ⁊ accepta habere ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel: ⁊ ſacrificium patriarchę noſtri Abrahę: ⁊ quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedec, ſanctum ſacrificium immaculatam hoſtiam.

Profunde inclinatus iunctis manibus dicit.

Supplices te rogamus omnipotens Deus: iube hęc perferri per manus ſancti angeli tui in ſublime altare tuum in conſpectu diuinę maieſtatis tuę. Oſculatur altare, vt quotquot ex hac altaris participatione ſacroſanctum filij tui, ſignat ſemel ſuper Hoſtiam, ⁊ ſemel ſuper calicē, cor✠pus ⁊ ſan✠guinem ſumpſerimus: ſeipſum ſignat: omni bene✠dictione cęleſti, ⁊ gratia repleamur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Commemoratio pro defunctis.

Memento etiam domine famulorum famularumq; tuarum N. qui nos precęſſerūt cum ſigno fidei: ⁊ dormiunt in ſomno pacis. Iungit manus, orat aliquantulum, pro his defunctis, pro quibus orare intendit: deinde extenſis manibus proſequitur. Ipſis domine ⁊ omnibus in Chriſto quieſcentibus locum refrigerij, lucis, ⁊ pacis vt indulgeas deprecamur. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amē.

Percutit pectus elata parum voce dicens.

Nobis quoq; peccatoribus famulis tuis de multitudine miſerationum tuarum ſperantibus partem aliquam ⁊ ſocietatem donare digneris, cum tuis ſanctis apoſtolis ⁊ martyribus: cum Ioanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia Agnete, Cecilia, Anaſtaſia, ⁊ omnibus ſanctis tuis: intra quorum nos conſortium, non ęſtimator meriti: ſed venię quęſumus largitor admitte. Per Chriſtum dominū noſtrū. Non dicit Amen.

Per quem hęc omnia Domine ſemper bona creas: Signat ter ſuper Hoſtiam, ⁊ calicem ſimul dicens. San✠ctificas: viui✠ficas: bene✠dicis, Diſcooperiat calicem, Et pręſtas nobis: genuflectit, accipit ſacramentum dextera tenens, ſiniſtra calicem, ſignat cum Hoſtia ter a labio ad labium calicis, dicens. Per ip✠ſum: ⁊ cum ip✠ſo, ⁊ in ip✠ſo, bis ſignat inter pectus ⁊ calicem, Eſt tibi Deo patri omni✠potenti: in vnitate ſpiritus ✠ ſancti, eleuans parum calicem cum Hoſtia dicit, Omnis honor ⁊ gloria. Reponit Hoſtiam, cooperit calicem, genuflectit ſurgit, ⁊ dicit.

Per


PEr omnia ſecula ſeculo-
rum. ℟. Amē. Jungit man⁹.
Oremus. Preceptis ſaluta-
rib⁹ moniti: ⁊ diuina inſtitu-
tione formati audemus di-
cere. Extendit manus.
Pater noſter qui es in celis:
ſanctificetur nomen tuum.
Aduéniat regnum tuum:
Fiat voluntas tua, ſicut in ce-
lo ⁊ in terra. Panem no-
ſtrū quotidiánum da nobis
hodie: Et dimitte nobis debi-
ta noſtra, ſicut ⁊ nos dimitti-
mus debitorib⁹ noſtris: Et ne
nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos á ma-
lo. Sacerdos ſecr. dicit. Amē.

In

In diebus ferialibus.

Per omnia ſecula ſecu-
lorum. ℟. Amen. Oremus.
Pręceptis ſalutaribꝰ moniti:
⁊ diuina inſtitutione formati
audemꝰ dicere. Pater noſter
qui es in cęlis: ſanctificetur no-
men tuū. Aduéniat regnum
tuum: Fiat voluntas tua, ſicut
in cęlo ⁊ in terra. Panem no-
ſtrū quotidianum da nobis
hodie: Et dimitte nobis debi-
ta noſtra, ſicut ⁊ nos dimitti-
mus debitoribꝰ noſtris: Et ne
nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos á malo.


Sacerdos ſubmiſſa voce dicit. Amen. Deinde accipit patenam inter indicem, ⁊ medium digitos: ⁊ ſignat ſe cum ea dicens.

Libera nos quęſumus domine ab omnibus malis pręteritis, pręſentibus, ⁊ futuris: ⁊ intercedente beata ⁊ glorioſa ſemper virgine Dei genitrice Maria: ⁊ ſanctis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; Andrea ⁊ omnibus ſanctis: da propitius pacem in diebus noſtris: vt ope miſericor-

ſericordię tuę adiuti: ⁊ a peccato ſimus ſemper liberi: ⁊ ab omni perturbatione ſecuri. Submittit patenam Hoſtię, diſcooperit Calicem, genuflectit, ſurgit, accipit Hoſtiam, frangit eam ſuper Calicem per medium, dicens.


Per eundem dominũ noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. Partem quę in dextera eſt ponit ſuper patenam. Deinde ex parte, quę in ſiniſtra remanſerat, frangit particulam, dicens.

Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Demũ eleuat modicum tertiam particulã Hoſtię cum Calice, dicens.




Per oĩa ſcl'a ſeculorũ. ℟. Amé.

Statimq; facit ſignum crucis ter ſuper ſanguinem, dicens.



Pax ✠ domini, ſit ✠ ſemp vo-



biſ ✠ cum. ℟. Et cũ ſpũ tuo.

Et ponit particulam Hoſtię in ſanguinem, ſecrete dicens.

Haec cõmiſtio ⁊ cõſecratio corporis ⁊ ſanguinis dñi nři Jeſu Chriſti fiat accipiẽtib⁹ nobis in vitam ęternaz. Amen.

Cooperit Calicem, genuflectit, ſurgit, ⁊ inclinatus ſacramento, iunctis manibus, ⁊ ter pectus percutiens dicit.

Agnus Dei qui tollis peccata mũdi, miſerere nobiſ.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

In Miſſis pro defunctiſ omiſſo miſerere nobiſ, diciť dona eiſ requiẽ, ⁊ tertio addiť ſempiternã.

Deinde iunctis manibus inclinatus dicit ſequẽtes orationes.

Domine Jeſu Chriſte: qui dixiſti apoſtolis tuis, pacem meam do vobis: pacem relinquo vobis: ne reſpicias peccata mea: ſed fidem eccleſię tuę: eamq; ſecundum voluntatem tuam pacificáre ⁊ coadunáre digneris. Qui viuis ⁊ regnas in ſecula ſeculorum. Amen.

Hic deoſculatur altare, dicens.

Pax tecũ. ℟. Et cuz ſpiritu tuo.

In Miſſis defunctorum, non datur pax, neque dicitur precedens oratio. Inclinatus dicit.

Domine Jeſu Chriſte fili Dei viui: qui ex voluntate patris, cooperante ſpiritu ſancto per mortem tuam mundum viuificaſti: libera me per hoc ſacroſanctuz corpus ⁊ ſanguinem tuuz ab omnibus iniquitatibus meis, ⁊ vniuerſis malis: ⁊ fac me tuis ſemper inhęrére mandatis, ⁊ à te nunquam ſeparári permittas.

tas. Qui cum eodem Deo patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas in ſecula ſeculorum. Amen.

PErceptio corporis tui domine Ieſu Chriſte quod ego indignus ſumere pręſumo: non mihi proueniat in iudiciū ⁊ condemnationem: ſed pro tua pietate proſit mihi ad tutamentum mentis ⁊ corporis: ⁊ ad medelam percipiendam. Qui viuis ⁊ regnas in ſecula ſeculorū. Amē.

Genuflectit, ⁊ ſurgit, ⁊ dicit.

PAnem cęleſtem accipiam: ⁊ nomen domini inuocabo.

Accipit ambas partes Hoſtię, inter pollicem ⁊ indicem ſiniſtrę manus, ⁊ patenam inter eundem indicem ⁊ medium, ⁊ dextra percutiens pectus, dicit ter.

DOmine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: ſed tantum dic verbo, ⁊ ſanabitur anima mea.

Poſtea dextera ſe ſignans cum Hoſtia ſuper patenam, dicit.

COrpus domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animam meam in vitam ęternam. Amen.

Sumit ambas partes Hoſtię, iungit manus, ⁊ quieſcit aliquantulum: deinde diſcooperit Calicem, genuflectit, extergit patenam ſuper illum, ⁊ dicit.

QVid retribuam Domino pro omnibus quę retribuit mihi: Calicem ſalutaris accipiam: ⁊ nomen domini inuocabo: laudans inuocabo dominum: ⁊ ab inimicis meis ſaluus ero. Hic facta reuerentia ſacramento: accipit Calicem in manibus: ⁊ ſignans ſe illo dicit.

SAnguis domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animā meam in vitam ęternam. Amen.

Sumit totum ſanguinem cum particula, ⁊ dicit.

QVod ore ſumpſimus dñe, pura mente capiamus: ⁊ de munere tēporali fiat nobis remediū ſempiternū. Amen.

Interim porrigit Calicem miniſtro, qui infundit ei parum vini, quo ſe purificat: deinde proſequit.

COrpus tuū domine quod ſumpſi: ⁊ ſanguis quem potaui, adhęreat viſceribus meis, ⁊ pręſta: vt in me non remaneat ſcelerum macula: quem pura ⁊ ſancta refecerunt ſacramenta. Qui viuis ⁊ regnas in ſecula ſeculorum. Amen.

Abluit digitos, extergit, ⁊ ſumit ablutionē, extergit Calicē, ⁊ plicato corporali operit more ſolito. Deinde poſt vltimam orationem, dicit. Dominus vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Poſtea. Ite Miſſa eſt vel. Benedicam Domino. Pro qualitate Miſſę. ℟. Deo gratias. In Miſſis defunctorū, dicit. Requieſcant in pace. ℟. Amen. Poſtea inclinat ſe ante medium altaris, ⁊ dicit.

PLaceat tibi ſancta Trinitas obſequium ſeruitutis meę: ⁊ pręſta: vt ſacrificiū quod oculis

lis tuę maieſtatis indignus obtuli, tibi ſit acceptabile: mihiqꝫ ⁊ omnibus, pꝛo quibus illud obtulit ſit te miſerante pꝛopitiabile. Per Chꝛiſtū dñm noſtrū. Amē.

Qua finita oſculatur altare: ⁊ benedicit populum dicens.

BEnedicat vos oṗs Deus, Pa✠ter, ⁊ Fi✠liꝰ, ⁊ Spiritus ✠ Sanctus. ℟. Amen.

In Miſſis priuatis ſemel tantùm benedicit.

In Miſſis vero pꝛo defunctis, non datur benedictio, ſed dicto. Requieſcant in pace: dicit Placeat tibi ⁊c.

Deinde in cornu Euāgelii dicto. Dominus vobiſcum. Initium, vel ſequentia ſancti Euangelij: ſignans vt ſupꝛa in Euangelio, legit Euangeliū ſecunduꝫ Ioannem manibuſ iunctis. In principio erat verbū, quod faciendum eſt etiam in Miſſis priuatis.

Sequentia de Spiritu ſancto.

SAncti ſpiritus adſit nobis gratia.

Quę corda noſtra ſibi faciat habitacula.

Expulſis inde cunctis vitijs ſpiritalibus.

Spiritus alme illuſtratoꝛ omnium.

Hoꝛridas noſtrę mentis purga tenebras.

Amatoꝛ ſancte ſenſatoꝛum ſemper cogitátuum.

Infunde vnctionem tuam clemens noſtris ſenſibus.

Tu purificatoꝛ omnium flagitioꝛum ſpiritus.

Purifica noſtri oculū interioꝛis hoīs.

Vt vidéri ſupꝛémus genitoꝛ poſſit á nobis.

Mundi coꝛdis quem ſoli cérnere poſſunt oculi.

Pꝛophetas tu inſpiraſti: vt pꝛęcónia Chꝛiſti pꝛęcinuiſſent inclyta.

Apoſtolos confoꝛtaſti: vti trophéum Chꝛiſti per totum mundum véherent.

Quando máchinam per verbuꝫ ſuum fecit deus cęli, terrę márium.

Tu ſuper aquas foturus eas, numen tuum expandiſti ſpiritus.

Tu animabus viuificandis aquas fęcúndas.

Tu aſpirando das ſpiritáles eſſe homines.

Tu diuiſum per linguas mundum ⁊ ritus adunaſti domine.

Idololátras ad cultum Dei réuocas magiſtroꝛum óptime.

Ergo nos ſupplicantes tibi exaudi pꝛopitius ſancte ſpiritus.

Sine quo pꝛeces omnes caſſę creduntur ⁊ indignę Dei áuribus.

Tu qui omnium ſeculoꝛum ſanctos

Tui núminis docuiſti inſtinctu amplectendo ſpiritus.

Ipſe hódie apoſtolos Chꝛiſti,

Donans múnere inſólito, ⁊ cunctis inaudito ſeculis,

Hunc diem glorioſum feciſti. Amen.

DOMINICA
RESVRRECTIONIS DOMINI:

Statio ad Sanctam Mariam Maiorem. Introitus.



REſurrexi ⁊ adhuc tecum ſum, allelúia: poſuiſti ſuper me manum tuam, allelúia: mirabilis facta eſt ſcientia tua, allelúia, allelúia. Ps. Domine probaſti me ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam ⁊ reſurrectionem meam. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper ⁊ in ſecula ſecu. Oratio.

DEus qui hodierna die per vnigenitum tuum ęternitatis nobis áditum deuicta morte reſeraſti: vota noſtra quę pręueniendo aſpiras, etiam adiuuando proſéquere. Per eundẽ dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula.

Hęc oratio tantùm dicitur.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios .j.v.

FRatres: Expurgáte vetus fermentũ: vt ſitis noua conſpérſio, ſicut eſtis azymi. Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaq; epulémur, nõ in fermento véteri, neq; in fermẽto malitię, ⁊ nequitię: ſed in ázymis ſynceritátis ⁊ veritatis. Grad.

Hęc dies quam fecit dominus, exultemus ⁊ lętemur in ea. ℣. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Allelúia. ℣. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Sequentia.

VIctimę paſchàli laudès immolent Chriſtiani.

Agnus redémit oues: Chriſtus innocens patri reconciliauit peccatores.

Mors, ⁊ vita duéllo conflixére mirando: dux vitę mortuus regnat viuus.

Dic nobis Maria quid vidiſti in via?

Sepulchrum Chriſti viuentis: ⁊ gloriam vidi reſurgentis.

Angelicos teſtes: ſudarium ⁊ veſtes.

Surrexit Chriſtus ſpes mea: prǽcédet vos in Galilęam.

C redendum eſt magis ſoli Marię veraci: quam Iudęorum turbę fallaci.
S cimus Chriſtũ ſurrexiſſe á mortuis veré: tu nobis victor rex miſerere. Amẽ. Alla. Et dicit per totam octauã.

Secundum Marcum. xvj.



IN illo tempore: Maria Magdaléne, ⁊ Maria Iacobi, ⁊ Salome emérunt arómata: vt venientes úngerent Ieſum. Et valde mane vna ſabbathorũ veniunt ad monumentum, orto iam ſole: ⁊ dicebant ad ínuicem. Quis reuóluet nobis lápidem ab óſtio monumenti? Et reſpicientes viderunt reuolútum lápidem: erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum: viderunt iuuenem ſedentem in dextris, coopertum ſtola cándida, ⁊ obſtupuerunt. Qui dixit illis. Nolite expauéſcere: Ieſum quęritis Nazarénum crucifixum: ſurrexit, non eſt hic. Ecce locus vbi poſuerũt eũ. Sed ite, dicite diſcipulis eius ⁊ Petro: quia pręcédet vos in Galilęam. Ibi eum vidébitis, ſicut dixit vobis. Credo. Offertoriũ.

Terra trémuit ⁊ quieuit, dum reſurgeret in iudicio deus, alleluia. Secreta.

SVſcipe quęſum⁹ domine preces populi tui cum oblationibus hoſtiarum, vt paſchalibus initiáta myſterijs, ad ęternitatis nobiſ medélam te operante proficiát. Per dominum. Prefatio.

Aequum ⁊ ſalutare. Te quidem domine omni tempore. Infra.

Cõmunicantes ⁊ diem ſacratiſſimum. Item Infra. Hanc igitur oblationem ſerui. Communio.

Paſcha noſtrum immolátus eſt Chriſtus, alleluia: itaqꝫ epulémur in ázymis ſynceritátis ⁊ veritatis, alleluia, alleluia, alleluia. Poſtcommunio.

SPiritum nobis domine tuę caritatis infúnde: vt quos ſacramentis paſchalibus ſatiaſti, tua facias pietate concordes. Per domi. in vnitate eiuſdem.

Infra octa. Paſchę non fit de aliquo feſto: ſed poſt octa. celebratur.

¶ Feria ſecunda: Statio ad ſanctum Petrum. Introitus.



INtroduxit vos dominus in terrã fluentem lac ⁊ mel, alleluia: ⁊ vt lex dñi ſemper ſit in ore veſtro, alleluia, alleluia. Ps. Confitémini domino, ⁊ inuocáte nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper, ⁊ in ſecula ſeculorum. Amen. Oratio.

DEus qui ſolénitate paſchali mundo remedia contuliſti: populum tuum quęſumus

cęleſti

cęleſti dono proſequere: vt ⁊ perfectam libertatem conſequi mereatur, ⁊ ad vitam proficiat ſempiternam. Per dominū noſtruꝫ Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecuꝫ viuit ⁊ regnat in vnita.

Lectio Actuum Apoſtolorum.x.

IN diebus illis: Stans Petrus in medio plebis dixit. Viri fratres, vos ſcitis ꝙ factum eſt verbum per vniuerſaꝫ Judeam: incipiens enim á Galilęa poſt baptiſmum quod prędicauit Joannes Jeſum á Nazarét: quomodo vnxit euꝫ deus ſpiritu ſancto ⁊ virtute: qui pertranſiuit benefaciendo, ⁊ ſanando omnes oppreſſos á diabolo, quoniaꝫ deus erat cum illo. Et nos teſtes ſumus omnium quę fecit in regione Judęorū, ⁊ Jeruſalém: quem occiderūt ſuſpendentes in ligno. Hunc deus ſuſcitauit tertia die, ⁊ dedit euꝫ manifeſtum fieri non omni populo, ſed teſtibus pręordinatis á Deo: nobis qui manducáuimus ⁊ bíbimus cum illo: poſtꝗꝫ ſurrexit á mortuis. Et pręcepit nobis prędicare populo, ⁊ teſtificari, quia ipſe eſt qui conſtitutus eſt á Deo iudex viuorum ⁊ mortuorum. Huic omnes prophetę teſtimoniuꝫ pérhibent remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Credo. Grad.

Hęc dies quam fecit dominus: exultemus ⁊ lętemur in ea. ℣. Dicat nunc Iſraél quoniaꝫ bonus: quoniá in ſeculū

M.M.

miſericordia eius. Alleluia. ℣. Angelus dñi deſcendit de cęlo, ⁊ accedens reuóluit lapidem, ⁊ ſedebat ſuper eum.

Secundum Lucam.xxiiij.



IN illo tempore: Duo ex diſcipulis Jeſu ibát ipſa die in caſtellum qđ erat i ſpácio ſtadiorū ſexaginta ab Jeruſalém, nomine Emaús: ⁊ ipſi loquebantur ad inuicē de his omnibus quę acciderant. Et factum eſt dum fabularentur, ⁊ ſecum quęrerent, ⁊ ipſe Jeſus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem eoruꝫ tenebantur ne eum agnóſcerent, ⁊ ait ad illos. Qui ſunt hi ſermones quos cōfértis adinuicem ambulantes, ⁊ eſtis triſtes? Et reſpondens vnus cui nomen Cleóphas, dixit ei. Tu ſolus peregrinus es in Jeruſalém, ⁊ non cognouiſti quę facta ſunt in illa his diebus? Quibus ille dixit. Quę? Et dixerūt. De Jeſu Nazaréno: qui fuit vir ꝓpheta, potens in opere ⁊ ſermone, coraꝫ Deo ⁊ omni populo. Et quomodo tradiderūt eum ſummi ſacerdotes ⁊ principes nr̄i in damnationeꝫ mortis, ⁊ crucifixerunt eum. Nos autem ſperabámus, ꝙ ipſe eſſet redemptorꝰ Iſraél. Et nunc ſuper hęc omnia tertia

dies eſt hodie, q̃ hęc facta ſunt. Sed ⁊ mulieres quędam ex noſtris terruerunt nos: quę ante lucem fuerunt ad monumentum: ⁊ non inuento corpore eius, venerunt dicentes: ſe etiam viſionem angelorum vidiſſe, qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidã ex noſtris ad monumentum, ⁊ ita inuenerunt ſicut mulieres dixerunt: ipſum verò non inuenerunt. Et ipſe dixit ad eos. O ſtulti ⁊ tardi corde ad credendum in omnibus quę locuti ſunt prophetę. Nonne hęc opórtuit pati Chriſtũ, ⁊ ita intráre in gloriam ſuam? Et incipiens á Moyſé ⁊ omnibus prophetis: interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quę de ipſo erant. Et appropinquauerunt caſtello, quo ibant: ⁊ ipſe finxit ſe lóngius ire, ⁊ coegerunt illũ dicentes. Mane nobiſcum, quoniam adueſperáſcit, ⁊ inclinata eſt iam dies: ⁊ intrauit cum illis. Et factũ eſt dum recúmberet cum illis: accepit panem ⁊ benedixit ac fregit ⁊ porrigebat illis. Et ſtatim aperti ſunt oculi eorũ, ⁊ cognouerunt eum, ⁊ ipſe euánuit ab oculis eorum: ⁊ dixerunt ad inuicem. Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dũ loqueretur in via, ⁊ aperiret nobis ſcripturas? Et ſurgentes eádẽ hora regreſſi ſunt in Jeruſalém, ⁊ inuenerunt cógregatos úndecim, ⁊ eos qui cũ ipſis erant dicentes: q̃ ſurrexit dñs verè, ⁊ appáruit Simoni. Et ipſi narrabant quę geſta erát in via, ⁊ quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Credo. Offerto.

Angelus domini deſcendit de cęlo, ⁊ dixit mulieribus: quem quęritis, ſurrexit ſicut dixit, alleluia. Secreta.

Suſcipe quęſumus domine preces populi tui cum oblationibus hoſtiarum: vt paſchálibus initiata myſterijs, ad ęternitatis nobis medélam, te operáte, proficiant. Per domi. Communio.

Surrexit dominus, ⁊ apparuit Petro, alleluia. Poſtcommunio.

Spiritum nobis domine tuę caritatis infunde, vt quos ſacramentis paſchálibus ſatiaſti, tua fácias pietate concordes. Per. in vnitate eiuſdem.

¶ Feria tertia: Statio ad ſanctum Paulum. Introitus.



Qua ſapiẽtię potauit eos allã: firmabitur in illis ⁊ flectetur, alleluia: exaltauit eos in ęternũ, alleluia, alleluia. Ps. Confitémini domino, ⁊ inuocate nomen eius: annũtiate inter gentes opera eius. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper ⁊ in ſecula ſeculorum. Amen. Oratio.

Deus qui eccleſiam tuã nouo ſemper fętu multiplicas, concede famulis tuis, vt ſacra-

ſacramentum viuendo téneant, quod fide perceperunt. Per dominum noſtrū Jeſum Chriſtū.

Lectio actuū Apoſtolorū. xiij. c.

In diebus illis: Surgés Paulus, ⁊ manu ſiléntium indicés, ait. Viri fratres filij genéris Abrahám, ⁊ qui in vobis timent deum, vobis verbum ſalutis huius miſſum eſt. Qui enim habitant Jeruſalém, ⁊ principes eius ignorantes Jeſum, ⁊ voces prophetaruꝫ, quę per omne ſabbathuꝫ leguntur, iudicantes impleuerunt. Et nullā cauſam mortis inuenientes in eo, petierunt á Pilato, vt interficerent eum. Quumqꝫ cóſummaſſent omnia quę de illo ſcripta erant, deponentes eum de ligno, poſuerunt in monumento. Deus autem ſuſcitauit eum á mortuis tertia die: qui viſus eſt per dies multos his qui ſimul aſcenderant cuꝫ eo de Galilęa in Jeruſalém, qui vſque nunc ſunt teſtes eius ad plebem. Et nos vobis annuntiamus eam quę ad patres noſtros repromiſſio facta eſt: quoniam hanc deus adimpleuit filijs veſtris, reſúſcitans Jeſum Chriſtuꝫ dn̄m noſtrum. Grad.

Hęc dies, quam fecit dominus: exultemus ⁊ lętemur in ea. ℣. Dicant nunc qui redempti ſunt á domino: quos redémit de manu inimici: ⁊ de regionibus congregauit eos. Alleluia. ℣. Surrexit dominus de ſepulchro: qui pro nóbis pepéndit in ligno.

M.M.

Secundum Lucam. xxiiij. Cap.



In illo tépore: Stetit Jeſus in medio diſcipulorum ſuorum, ⁊ dixit eis. Pax vobis, ego ſum, nolite timere. Conturbati veró ⁊ contérriti, exiſtimabant ſe ſpiritum vidére, ⁊ dixit eis. Quid turbati eſtis, ⁊ cogitationes aſcendunt in cordá veſtra? Videte manus meas, ⁊ pedes meos, quia ego ipſe ſum. Palpáte ⁊ vidéte, quia ſpiritus carnem ⁊ oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Et quuꝫ hoc dixiſſet, oſtendit eis manus ⁊ pedes. Adhuc autem illis non credentibus, ⁊ mirantibus prę gaudio, dixit. Habetis hic aliquid quod manducétur? At illi obtulerūt ei partē piſcis aſſi, ⁊ fauum mellis. Et quum manducaſſet coram eis, ſumens reliquias dedit eis, ⁊ dixit ad eos. Hęc ſunt verba quę locutus ſum ad vos, quum adhuc eſſem vobiſcum, quoniam neceſſe eſt impléri omnia quę ſcripta ſunt in lege Moyſi, ⁊ prophetis, ⁊ pſalmis de me. Tunc apéruit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, ⁊ dixit eis, quoniam ſic ſcriptum eſt, ⁊ ſic oportebat pati Chriſtum, ⁊ reſúrgere á mortuis die tertia, ⁊

prędicári in nomine eius pœnitentiaꝫ in remiſſioné peccatorū in omnes gétes. Credo. Offer.

Intónuit de cęlo dominus: ⁊ altiſſimus dedit vocem ſuam: ⁊ apparuerūt fontes aquarum, alleluia. Secreta.

Suſcipe domine fidelium preces cum oblationibus hoſtiarum: vt per hęc pię placationis officia ad cęleſtem gloriam tranſeamus. Per. Communio.

Si conſurrexiſtis cū Chriſto, quę ſurſum ſunt quęrite, alleluia: vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens, quę ſurſum ſunt ſapite, alleluia. Poſtcommu.

Concede quęſum⁹ omnipotens deus: vt paſchalis perceptio ſacraméti continua in noſtris mentibus perſeueret. Per.

¶ Feria .iiij. Statio ad ſanctuꝫ Laurentiū extra muros. Introi.

Venite benedicti patris mei, percipite regnuꝫ, alleluia: qđ vobis paratū eſt ab origine mundi. Alleluia, alleluia, alleluia. Ps. Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. ℣. Gloria. Oro.

Deus qui nos reſurrectióis dominicę annua ſolennitate lętificas: cócede propitius: vt per temporalia feſta quę agim⁹, peruenire ad gaudia ęterna mereamur. Per eundem dominū.

Ab hac die vſqꝫ ad octauaꝫ poſt orationeꝫ diei dicit̃ oro. Eccleſię tuę. vel Deus omniuꝫ fidelium.

Lectio actuū Apoſtolorū .iij. ca.

In diebus illis: Apériens Petrus os ſuū dixit. Viri Iſraelite: ⁊ qui timétis deū, audite. De⁹ Abrahám, ⁊ deus Iſaác, ⁊ deus Iacób: deus patrum noſtroruꝫ glorificauit filiū ſuū Ieſum: qué vos quidé tradidiſtis ⁊ negaſtis ante facieꝫ Pilati: iudicante illo dimitti. Vos autem ſanctuꝫ ⁊ iuſtuꝫ negaſtis: ⁊ petijſtis virū homicidā donari vobis: autoré verò vitę interfeciſtis: quem deus ſuſcitauit á mortuis: cui⁹ nos teſtes ſumus. Et nunc fratres ſcio, quia per ignorantiam feciſtis: ſicut ⁊ principes veſtri. Deus auteꝫ, qui prenuntiauit per os omnium prophetarum, pati Chriſtum ſuum, impleuit ſic. Pœnitémini igitur, ⁊ cóuertimini: vt deleantur veſtra peccata. Gradu.

Hęc dies quam fecit dominus: exultemus ⁊ lętemur in ea. ℣. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me. Alleluia. ℣. Surrexit dominus vere, ⁊ appáruit Petro.

Secundum Ioannem. xxi. Ca.



In illo tempore: Manifeſtauit ſe iterū Ieſus diſcipulis ſuis ad mare Tiberiadis. Manifeſtauit autem ſic. Erant ſimul Simon Petrus, ⁊ Thomas

Thomas qui dicit Didymus: ⁊ Nathanael qui erat á Caná Galileę: ⁊ filij Zebedći: ⁊ alij ex diſcipulis eiꝰ duo. Dicit eis Simon Petrus. Vado piſcari. Dicunt ei. Venimus ⁊ nos tecū. Et exierunt, ⁊ aſcenderunt in nauim: ⁊ illa nocte nihil prehendiderunt. Mane autē facto ſtetit Jeſus in littore: non tamen cognouerunt diſcipuli, quia Jeſus eſt. Dicit ergo eis Jeſus. Pueri, nunquid pulmentárium habetis? Reſpōderunt ei. Non. Et dixit eis. Mittite in déxteram nauigij rete: ⁊ inuenićtis. Miſerunt ergo, ⁊ iam non valebant illud tráhere pre multitudine píſciū. Dicit ergo diſcipulus ille quē diligebat Jeſus, Petro. Dominus eſt. Simon ergo Petrus quum audiſſet, quia dominus eſt: túnica ſuccinxit ſe (erat enim nudus) ⁊ miſit ſe in mare. Alij autem diſcipuli nauigio venerunt. Non enim longe erant á terra: ſed quaſi cubitis ducentis, trahentes rete piſcium. Vt ergo deſcenderunt in terram: viderunt prunas póſitas: ⁊ píſcem ſuperpoſitum ⁊ panem. Dicit eis Jeſus. Afferte de piſcibus quos prehendidiſtis nunc. Aſcendit autem Simon Petrus: ⁊ traxit rete in terram plenum magnis píſcibus, centum quinquaginta tribus. Et quum tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete. Dicit eis Jeſus. Venite prandéte. Et nemo audebat diſcumbentium interrogare eum: tu quis es? ſcientes quia dñs eſt. Et venit Jeſus, ⁊ accepit panē, ⁊ dedit eis: ⁊ píſcē ſimiliter. Hoc iam tertió manifeſtatꝰ eſt Jeſus diſcipulis ſuis: quum ſurrexiſſet á mortuis. Credo. Offertoriū.

Portas cęli aperuit dominus: ⁊ pluit illis manna, vt éderent: panem cęli dedit illis: panem angelorum manducauit homo, alleluia. Secreta.

Sacrificia domine paſchalibꝰ gaudijs immolamus: quibus eccleſia tua mirabiliter ⁊ páſcitur ⁊ nutritur. Per do. Cōmu.

Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, alleluia: mors illi vltra nō dñabitur, alleluia, alleluia. Poſtcōm.

Ab omni nos queſumꝰ dñe vetuſtate purgatos: ſacramenti tui venerãda perceptio in nouā tránſferat creaturā. Qui.

¶ Feria quinta: Statio ad duodecim apoſtolos. Introitus.

Victricem manū tuam dñe laudauerunt páriter, alleluia: ſapiētia apéruit os mutum: ⁊ linguas infantium fecit diſértas, Alleluia, alleluia. Ps. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

Deus qui diuerſitatē gentium in confeſſione tui nominis adunaſti: da vt renatis fonte baptiſmatis: vna ſit fides mentium, ⁊ piétas actionum. Per.

Lectõ actuū Apoſtolorū. viij. Ca.
In diebus illis: Angelus domi
ni locutus eſt ad Philippum
dicens. Surge ꝛ vade cõtra me
ridianum: ad viam quę deſcen
dit ab Jeruſalem in Gazam: hęc
eſt deſerta: ꝛ ſurgẽs abijt. Et ecce
vir Aethiops eunuchus potens
Candacis reginę Aethiopum:
qui erat ſup omnes Gazas eius:
venerat adorare in Jeruſalem: ꝛ
reuertebatur ſedens ſuper cur
rum ſuum: legenſqꝫ Iſaiam pro
phetam. Dixit aūt ſpiritus Phi
lippo. Accede, ꝛ adiunge te ad
currum iſtum. Accurrens autem
Philippus, audiuit illum legen
tem Iſaiam prophetam, ꝛ dixit.
Putaſne intelligis quę legis?
Qui ait. Et quomodo poſſum, ſi
nõ aliquis oſtenderit mihi? Ro
gauitqꝫ Philippum vt aſcende
ret, ꝛ ſederet ſecū. Locus autem
ſcripturę, quā legebat, hic erat.
Tanquã ouis ad occiſionem du
ctus eſt, ꝛ ſicut agnus coram ton
dente ſe ſine voce: ſic nõ aperuit
os ſuum. In humilitate iudiciū
eius ſublatū eſt. Generationem
eius quis enarrabit? Quoniam
tolletur de terra vita ei⁹. Reſpõ
dens autem eunuchus Philip
po dixit. Obſecro te: de quo, pro
pheta dicit hoc: de ſe, an de ali
quo alio? Aperiens autem Phi
lippus os ſuū, ꝛ incipiens a ſcri
ptura iſta, euangelizauit illi Je
ſum. Et dum irent per viam: ve
nerunt ad quandā aquam, ꝛ ait
eunuchus. Ecce aqua: Quis pro
hibet me baptizari? Dixit autē
Philippus. Si credis ex toto
corde, licet. Et reſpondens ait.
Credo filium Dei eſſe Jeſum
Chriſtū. Et iuſſit ſtare currum,
ꝛ deſcenderūt vterqꝫ in aquam,
Philippus ꝛ eunuchus, ꝛ bapti
zauit eum. Quum autem aſcen
diſſent de aqua: ſpiritus domini
rapuit Philippū, ꝛ amplius non
vidit eū eunuchus. Ibat autem
per viam ſuam gaudens. Phi
lippus autem inuentus eſt in
Azoto, ꝛ pertranſiens euange
lizabat ciuitatibus cunctis, do
nec veniret Ceſaream, nomen
domini Jeſu Chriſti. Gradua.
Hęc dies quam fecit dominus: exulte
mus ꝛ lętemur in ea. ℣. Lapidẽ quem
reprobauerūt ędificantes: hic factus eſt
in caput anguli: a dño factū eſt iſtud, ꝛ
eſt mirabile in oculis noſtris. Alleluia.
℣. Surrexit Chriſtus qui creauit om
nia: ꝛ miſertus eſt humano generi.

Secundum Joannem. xx. Cap.



In illo tempo
re: Maria
ſtabat ad
monumẽ
tum foris
plorans.
Dum er
go fleret,
inclinauit ſe, ꝛ proſpexit in monu
mentum, ꝛ vidit duos angelos
in albis ſedentes: vnū ad caput,
ꝛ vnum ad pedes: vbi poſitum
fuerat

fuerat corpus Ieſu. Dicunt ei il-
li. Mulier quid ploras? Dicit
eis. Quia tulerunt dominum
meum: ꝛ neſcio vbi poſuerunt
eum. Hęc quum dixiſſet, conuer
ſa eſt retrorſum: ꝛ vidit Ieſum
ſtantem: ꝛ neſciebat quia Ieſus
eſt. Dicit ei Ieſus. Mulier quid
ploras? Quem queris? Illa exi-
ſtimans quia hortulanus eſſet:
dicit ei. Domine ſi tu ſuſtuliſti
eum: dicito mihi vbi poſuiſti eũ:
ꝛ ego eũ tollam. Dicit ei Ieſus.
Maria. Conuerſa illa dicit ei.
Rabboni: quod dicit magiſter.
Dicit ei Ieſus: Noli me tange-
re: nondum enim aſcendi ad pa-
trem meum. Vade autem ad fra-
tres meos: ꝛ dic eis. Aſcendo ad
patrem meum ꝛ patrem veſtrũ:
Deum meum ꝛ Deũ veſtrum.
Venit Maria Magdalene an-
nuntiãs diſcipulis, quia vidi dñm:
ꝛ hęc dixit mihi. Credo. Offert.
In die ſolennitatis veſtrę dicit do-
minus: inducam vos in terram fluen-
tem lac ꝛ mel alleluia. Secreta.
Suſcipe quęſumus domine mu
nera populorum tuorum pro-
pitius: vt confeſſione tui nomi-
nis, ꝛ baptiſmate renouati, ſem-
piternam beatitudinem conſe-
quantur. Per dominũ. Cõmu.
Populus acquiſitionis annuntiate vir
tutes eius, alleluia: qui vos de tene-
bris vocauit in admirabile lumen ſuum,
alleluia. Poſtcommunio.
Exaudi dñe preces noſtras,
vt redemptionis noſtrę ſacro-
ſancta commercia: ꝛ vitę nobis
conferant pręſentis auxiliũ: ꝛ gau-
dia ſempiterna concilient. Per.

¶ Feria. vj. Statio ad ſanctam Mariam rotundam. Introitus.

Dixit eos do
minus in ſpe,
alleluia: ꝛ ini-
micos eorum
operuit ma-
re, alleluia, al-
leluia, allelu.
Ps. Attendite
popule meus legem meam: inclina-
te aurem veſtram in verba oris mei.
℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ ſpi. Oratio.
Omnipotẽs ſempiterne de-
us, qui paſchale ſacramen-
tum in reconciliationis humanę
fędere cõtuliſti: da mentibus no-
ſtris: vt quod profeſſione celebra
mus, imitemur effectu. Per do.

Epiſtola beati Petri. prima. iij. c.

Chariſſimi: Chriſtus ſemel
pro peccatis noſtris mor-
tuus eſt: iuſtus pro iniuſtis: vt nos
offerret deo, mortificatos quidẽ
carne, viuificatos autem ſpiritu.
In quo ꝛ his, qui in carcere erãt,
ſpiritibus veniens prędicauit:
qui increduli fuerant aliquãdo:
quando expectabant dei patien-
tiam in diebus Noe, quum fabri-
caretur arca: in qua pauci, ideſt
octo animę ſaluę factę ſunt per
aquam. Quod ꝛ vos nũc ſimilis
formę ſaluos facit baptiſma: non
carnis depoſitio ſordiũ: ſed con-
ſcientię bonę interrogatio i deũ:
per

per reſurrectionem dñi nři Jeſu Chři: qui eſt i dextera dei. Gra. H. ęc dies quam fecit dñs: exultemus ⁊ lętemur in ea. ℣. Benedictus qui venit in nomine domini: deus dominus, ⁊ illuxit nobis. Alleluia. ℣. Dicite in gentibus quia domin⁹ regnauit á ligno.

Secunduȝ Mattheum. xxviii. c.



IN illo tempore: Vndecim diſcipuli abierũt i Galileam: in móté vbi conſtituerat illis Jeſus: ⁊ videntes cũ adorauerunt: quidam auteȝ dubitauerunt. Et accedens Jeſus, locutus eſt eis dicens. Data eſt mihi omnis poteſtaȝ in cęlo ⁊ in terra. Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti: docentes eos ſeruare omnia quęcunque mandaui vobis. Et ecce ego vobiſcũ ſum omnibus diebus vſqȝ ad conſummationem ſeculi. Credo. Offertorium.

Erit vobis hęc dies memorialis, alleluia: ⁊ diẽ feſtum celebrabitis ſolennẽ dño in ꝓgenies veſtras, legitimũ ſempiternũ diẽ, alleluia, allá, allá. Secre.

HOſtias quęſumus dñe placat⁹ aſſume: quas ⁊ pro renatorum expiatione peccati deférimus: ⁊ pro acceleratione cęleſtis auxilij. Per do. Commu.

Data eſt mihi oĩs poteſtas in cęlo ⁊ in terra, alleluia: euntes docéte oẽs gentes: baptizãtes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpũs ſancti, allá, allá. Poſtcõ.

REſpice quęſumus domine populum tuum: ⁊ quem ęternis dignatus es renouare myſtérijs: á temporalibus culpis dignanter abſolue. Per do.

¶ Sabbatho in Albis: Statio ad ſcm̃ Joánẽ i Laterano. Intr.



Duxit dominus populuȝ ſuum in exultatione, alleluia: ⁊ electos ſuoȝ in lętitia, alleluia, allá. ps. Confitémini domino, ⁊ inuocate nomen eius: annuntiate inter gentes opera eius. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui. Oratio.

COncede q̃s om̃ps de⁹: vt qui feſta paſchália venerando égimus: per hęc contingere ad gaudia ęterna mereamur. Per.

Epiſtola beati Petri Aplĩ. i. ij. c.

CAriſſimi: Deponẽtes oẽm malitiá, ⁊ oẽm dolũ, ⁊ ſimulationes, ⁊ inuidias, ⁊ oẽs detractiones: ſicut modo géniti infantes, rationábileȝ, ſine dolo lac cõcupiſcite: vt in eo creſcatiȝ in ſalutem: ſi tamen guſtaſtis, quoniaȝ dulcis eſt dñs. Ad quẽ accedentes lápidem viuũ, ab hominibuȝ quidẽ reprobátum: á Deo autẽ electũ ⁊ honorificatũ, ⁊ ipſi tanq̃ȝ lapides viui ſuperędificámini

domos

domos ſpirituales: ſacerdotium ſanctum: offérre ſpirituales hoſtias acceptabiles Deo per Jeſum Chꝛiſtum. Propter quod cóntinet ſcriptura: Ecce ponam in Sion lápidem ſummum, angulárem, electum, precioſum, ⁊ omnis qui crediderit in illū, non confundetur. Vobis igitur honoꝛ credentibus: non credentibus autem lapis quem repꝛobauerunt ędificantes: hic factus eſt in caput ánguli, ⁊ lapis offenſionis, ⁊ petra ſcándali, his qui offendunt verbo, nec credunt: in quo ⁊ poſiti ſunt. Vos autem genus electū: regále ſacerdótium: gens ſancta: populus acquiſitionis: vt virtutes annuntietis eiꝰ, qui de tenebꝛis vos vocauit in admirabile lúmen ſuum. Qui aliquando non populus: nunc autem populus Dei: qui non conſecuti miſericoꝛdiam: nunc autem miſericoꝛdiam conſecuti.

Ab hac die vſque ad octauam Pentecoſtes tam in officio de tempoꝛe, quàm de ſanctis, non dicitur Graduale, ſed eius loco dicuntur duo verſus, cum quatuoꝛ Alleluia, pręterquā in Miſſis Rogationū, ⁊ vigilię Pentecoſtes, in quibus dicitur vnum Alleluia, cū vno verſu: ſimiliter poſt quamlibet pꝛophetiam in Sabbatho quatuoꝛ tempoꝛum poſt Pentecoſtes. Alio tempoꝛe vſq; ad Septuageſimā, quando dicitur Graduale, dicunt tria Alleluia poſt Graduale, bis ante verſum, ⁊ ſemel poſt verſum. Cum autē dicitur Sequentia, Alleluia quod dicēdū eſſet poſt verſū, dicitur poſt Sequentiā.

Alleluia, alleluia. ℣. Hęc dies quam fecit dñs: exultemus ⁊ lętemur in ea. Alleluia. ℣. Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi. Sequentia dicit.

Secundum Joannem. xx. Cap.



In illo tempoꝛe: Vna ſabbathi Maria Magdaléne venit mane quum adhuc ténebꝛę eſſent ad monumétū: ⁊ vidit lapidem ſublatum á monumento. Cucúrrit ergo, ⁊ venit ad Simonem Petrū, ⁊ ad alium diſcipulum, quem diligebat Jeſus, ⁊ dixit eis. Tulerunt dominum de monuméto, ⁊ neſcimus vbi poſuerunt eum. Exijt ergo Petrus, ⁊ ille alius diſcipulus, ⁊ venerunt ad monumentū. Currebant autem duo ſimul, ⁊ ille alius diſcipulus pręcucúrrit citius Petro, ⁊ venit ad monumétum. Et quū ſe inclinaſſet, vidit linteámina póſita: non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, ⁊ introiuit in monumentum, ⁊ vidit linteámina poſita: ⁊ ſudárium quod fúerat ſuper caput eius, nō cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim

ratim inuolutum in vnũ locum. Tunc ergo introiuit ⁊ ille diſcipulus, qui venerat prim⁹ ad monumentum, ⁊ vidit, ⁊ crédidit. Nondum enim ſciebant ſcripturas, quia oportebat eum á mortuis reſurgere. Credo. Offerto.

Benedictus qui venit in nomine domini: benediximus vobis de domo domini: deus dominus ⁊ illuxit nobis, alleluia, alleluia. Secreta.

Concede queſumus domine, ſemper nos per hęc ſacra myſteria paſchalia gratulari: vt continua noſtrę reparationis operatio perpetuę nobis fiat cauſa letitię. Per. In prefatione dicitur die. deinceps Communicantes. Et Hãc igitur. Et Iſte Miſſa eſt cum duplici alleluia, non dicuntur. Communio.

Omnes qui in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, alleluia. Poſtcõ.

Redemptionis noſtrę munere vegetáti, queſumus dñe: vt hoc perpetuę ſalutis auxilio, fides ſemp vera pficiat. Per.

¶ Dñica i octaua Paſche: Statio ad ſanctũ Pancratiũ. Intro.

Quaſi modo géniti infantes, alleluia: rationabiles, ſine dolo: lac cõcupiſcite, alleluia, allelu. alleluia. Ps. Exultate Deo adiutori noſtro: iubilate Deo Iacób. ℣. Gloria patri. Oratio.


Preſta queſumus omnipotens deus: vt qui paſchalia feſta perégimus: hęc te largiente moribus, ⁊ vita teneamus. Per.

Ab hac die vſque ad Aſcenſionem poſt orationem diei dicuntur orationes de beata Maria. Concede nos famulos tuos. ⁊ de Papa. Deus oĩum fideliũ. Epiſtola beati Ioánis aplĩ. j. c. v.

Chariſſimi: Omne quod natum eſt ex Deo vincit mundum, ⁊ hęc eſt victoria, quę vincit mundum, fides noſtra. Quis eſt autem qui vincit mundum, niſi qui credit quoniam Ieſus eſt filius Dei? Hic eſt qui venit per aquam ⁊ ſanguinem Ieſus Chriſtus: Non in aqua ſolum: ſed in aqua ⁊ ſanguine. Et ſpiritus eſt qui teſtificatur, quoniam Chriſtus eſt veritas. Quoniam tres ſunt, qui teſtimonium dant in cęlo: pater, verbum, ⁊ ſpiritus ſanctus, ⁊ hi tres vnum ſunt: ⁊ tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra: ſpiritus, aqua, ⁊ ſanguis. Si teſtimonium hominum accipimus: teſtimonium Dei maius eſt: quoniam hoc eſt teſtimonium Dei quod maius eſt: quia teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. Alleluia. ℣. In die Reſurrectionis meę dicit dominus: precédam vos in Galilęam. Alleluia. ℣. Poſt dies octo, ianuis clauſis, ſtetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum, ⁊ dixit: pax vobis.

Secũdum

Secundum Joannem.xx.



In illo tempore: Quũ eſſet ſero die illo, vna ſabbathorũ, ⁊ fores eſſent clauſe, vbi erant diſcipuli congregati propter metum Judęoruꝫ: venit Jeſus, ⁊ ſtetit in medio eorũ, ⁊ dixit eis. Pax vobis. Et quum hoc dixiſſet, oſtendit eis manus ⁊ latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut miſit me pater, ⁊ ego mitto vos. Hęc quum dixiſſet, inſufflauit, ⁊ dixit eis. Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: ⁊ quorum retinueritis, retenta ſunt. Thomas autem vnus de duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Jeſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli. Vidimus dominum. Jlle autem dixit eis. Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, ⁊ mittam digitum meum in locum clauorum, ⁊ mittam manum meam in latus eius: non credam. Et poſt dies octo iterum erant diſcipuli eius intus, ⁊ Thomas cum eis. Venit Jeſus ianuis clauſis, ⁊ ſtetit in medio, ⁊ dixit eis. Pax vobis. Deinde dicit Thomę. Jnfer digitum tuum huc, ⁊ vide manus meas: ⁊ affer manum tuam, ⁊ mitte in latus meum: ⁊ noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Reſpondit Thomas ⁊ dixit ei. Dominus meus, ⁊ deus meus. Dicit ei Jeſus. Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: beati qui non viderunt, ⁊ crediderunt. Multa quidem ⁊ alia ſigna fecit Jeſus in conſpectu diſcipulorum ſuorũ, quę non ſunt ſcripta in libro hoc. Hęc autem ſcripta ſunt: vt credatis, quia Jeſus eſt Chriſtus filius dei: ⁊ vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Credo. Offertorium.

Angelus domini deſcendit de cęlo, ⁊ dixit mulieribus: quem queritis, ſurrexit ſicut dixit, Alleluia. Secreta.

Suſcipe munera quęſumus domine exultantis eccleſię, ⁊ cui cauſam tãti gaudij prętitiſti, perpetuę fructum concede lętitię. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecuꝫ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus. Pręfatio paſchalis. Cõmunio.

Mitte manum tuã, ⁊ cognoſce loca clauorũ alleluia: ⁊ noli eſſe incredulus, ſed fidelis, alleluia, alleluia. Poſtcõmu.

Quęſumus domine deus noſter: vt ſacroſancta myſteria, quę pro reparationis noſtrę munimine contuliſti, ⁊ pręſens nobis remedium eſſe facias ⁊ futurum. Per dominuꝫ noſtrum Jeſum Chriſtuꝫ filium tuum, qui tecuꝫ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus.

¶ Dñica.

¶ Dñica.ij.poſt Paſcha. Intr.



Iſericordia dñi plena eſt terra, allelu. verbo dei cęli firmati ſũt, alleluia, alleluia. Ps. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri ꝛ filio ꝛ ſpiri. Oratio.

Deus qui in filij tui humilitate, iacentem mundũ erexiſti, fidelibus tuis perpetuã concede letitiam, vt quos perpetuę mortis eripuiſti caſibus, gaudijs facias ſempiternis pérfrui. Per eundem dominum noſtrum.

Lectio ep̃le beati Petri apl̃i.i.ij.

Chariſſimi: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequámini veſtigia eius. Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Qui quum malediceretur, non maledicebat: quum pateretur, non cóminabatur. Tradebat autem iudicanti ſe iniuſte: qui peccata noſtra ipſe pértulit in corpore ſuo ſuper lignum: vt peccatis mortui, iuſtitię viuam⁹, cuius liuore ſanati ſum⁹. Erátis enim ſicut oues errantes, ſed cõuerſi eſtis nunc ad paſtorem, ꝛ epiſcopum animarũ veſtrarum. Alleluia. ℣. Cognouerunt diſcipuli dñm Jeſum in fractione panis. Alla. ℣. Ego ſum paſtor bonus: ꝛ cognoſco oues meas, ꝛ cognoſcunt me meę.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Joannem.x.



In illo tẽpore: Dixit Jeſus phariſeis. Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Mercenarius autem, ꝛ qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues proprię, videt lupũ venientem, ꝛ dimittit oues ꝛ fugit: ꝛ lupus rapit ꝛ diſpergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, ꝛ non pértinet ad eũ de ouibus. Ego ſum paſtor bonus: ꝛ cognoſco meas, ꝛ cognoſcunt me meę. Sicut nouit me pater, ꝛ ego agnoſco patrem, ꝛ animam meam pono pro ouibus meis: ꝛ alias oues habeo, quę non ſunt ex hoc ouili, ꝛ illas oportet me addúcere, ꝛ vocem meam audient: Et fiet vnum ouile, ꝛ vnus paſtor. Credo. Offer.

Deus Deus meus ad te de luce vigilo: ꝛ in nomine tuo leuabo manus meas, Alleluia. Secreta.

Benedictioné nobis domine cónferat ſalutaré ſacra ſemper oblatio, vt quod agit myſterio: virtute pficiat. Per. Cómu.

Ego ſum paſtor bonus, alleluia: ꝛ cognoſco oues meas, ꝛ cognoſcunt me meę, alleluia, alleluia. Poſtcommu.

Preſta

Preſta nobis quęſumus omnipotẽs deꝰ, vt viuificationis tuę gratiã cõſequẽtes, in tuo ſemp munere gloriemur. Per.

¶ Dñica.iij.poſt Paſcha. Int.



Iubilate deo omnis terra, alleluia: pſalmũ dicite nomini eius, alleluia: date gloriã laudi eius, alleluia, alleluia, alleluia. Ps. Dicite deo: quam terribilia ſunt opera tua domine: in multitudine virtutis tuę mentientur tibi inimici tui. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus qui errantibus, vt in viam poſſint redire iuſtitię, veritatis tuę lumen oſtendis, da cunctis, qui chriſtiana profeſſione cẽſentur, ꝛ illa reſpuere quę huic inimica ſunt nomini, ꝛ ea quę ſunt apta ſectari. Per do.

Lectio epiſtolę beati Petri apoſtoli.j. Cap.ij.

Chariſſimi: Obſecro vos tanquam aduenas ꝛ peregrinos, abſtinere vos á carnalibus deſyderijs, quę militant aduerſus animam. Conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detrectãt de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſyderantes, glorificent deũ in die viſitationis. Subiecti igitur eſtote omni humanę creaturę propter deum: ſiue regi, quaſi precellenti: ſiue ducibus tanquã ab eo miſſis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorũ: quia ſic eſt voluntas dei, vt bene facientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Quaſi liberi, ꝛ nõ quaſi velamen habentes malitię libertatem, ſed ſicut ſerui Dei: omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorificate. Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantũ bonis ꝛ modeſtis, ſed etiam dyſcholis. Hęc eſt enim gratia, in Chriſto Ieſu domino noſtro. Alleluia. ℣. Redemptionem miſit dominus populo ſuo. Alleluia. ℣. Oportebat pati Chriſtum, ꝛ reſurgere á mortuis, ꝛ ita intrare in gloriam ſuam.

Secundum Ioannem.xvj.



In illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Modicũ ꝛ iaȝ non videbitis me: ꝛ iterum modicũ ꝛ videbitis me, quia vado ad patrẽ. Dixerũt ergo ex diſcipulis eius ad inuicem. Quid eſt hoc qđ dicit nobis: modicum ꝛ non videbitis me, ꝛ iterũ modicum ꝛ videbitis me: ꝛ quia vado ad patrẽ? Dicebant ergo. Quid eſt hoc, quod dicit nobis modicum? Neſcimus quid loquitur.

Cogno-

Cognouit autem Jeſus, quia volebant eum interrogare, ⁊ dixit eis. De hoc quęritis inter vos, quia dixi: módicum, ⁊ non videbitis me, ⁊ iterum módicuꝫ, ⁊ videbitis me. Amen amen dico vobis, quia plorabitis ⁊ flébitis vos, mundus autem gaudebit. Vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Mulier quum parit, triſtitiam habet, quia venit hóra eius: cum autem pepérerit púerum, iam non méminit preſſúrę propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habétis: iterum autem videbo vos, ⁊ gaudebit cor veſtrũ, ⁊ gaudium veſtrum nemo tollet á vobis. Credo. Offertorium.

Lauda anima mea dominum, laudabo dominum in vita mea: pſallam deo meo quámdiu ero, alleluia. Secreta.

His nobis domine myſtérijs conferatur, quo terrena deſyderia mitigantes, diſcamus amare cęleſtia. Per. Cóm.

Módicum, ⁊ nõ vidébitis me, alleluia: iterum módicũ, ⁊ vidébitis me: quia vado ad patrẽ, alleluia, allá. Poſtcóm.

Sacramenta quę ſumpſimus quęſumus domine, ⁊ ſpiritualibus nos inſtaurent alimentis, ⁊ corporalibus tueantur auxilijs. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecuꝫ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula.

Dñica.iiij.poſt Paſcha. Int.

Cantate domino cánticum nouũ, alleluia: quia mirabilia fecit dominus, alleluia: ante conſpectuꝫ gentium reuelauit iuſtitiam ſuã, alleluia, alleluia, alleluia. Ps. Saluauit ſibi dextera eius: ⁊ bráchium ſanctum eius. V. Gloria patri. Oratio.

Deus qui fidelium mentes vnius éfficis voluntatis, da populis tuis id amare quod precipis, id deſyderare qđ promittis: vt inter mundanas varietates, ibi noſtra fixa ſint corda, vbi vera ſunt gaudia. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit.

Lectio eplę beati Jacobi aplı.j.

Chariſſimi: Omne datuꝫ óptimum, ⁊ omne donum perfectum, deſúrſum eſt, deſcendenꝫ á patre lúminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitúdinis obumbratio. Volũtarié enim génuit nos verbo veritatis: vt ſimus initium aliquod creaturę eius. Scitis fratreꝫ mei dilectiſſimi. Sit auteꝫ omnis homo velox ad audiendum, tarduꝫ autem ad loquendum, ⁊ tardus ad iram. Ira enim viri iuſtitiam dei nõ operatur. Propter quod abijcientes omneꝫ immunditiã, ⁊ abundantiã malitię, in manſuetudine ſuſcipite inſitũ verbũ, qđ poteſt ſaluare animas veſtras.

Alleluia.

Alleluia.℣. Dextera dñi fecit virtutē: dextera dñi exaltauit me. Alleluia.℣. Chriſtus reſurgēs ex mortuis iam nō moritur: mors illi vltra nō dominabit.

Secundum Joannem.xvi.Ca.



In illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vado ad eum qui me miſit, et nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Sed quia hec locutus ſum vobis: triſtitia impleuit cor veſtrum. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis, vt ego vadam. Si enim non abiero: paraclétus non veniet ad vos: ſi autem abiero: mittam eũ ad vos. Et quũ vénerit ille, árguet mundum de peccato, ⁊ de iuſtitia, ⁊ de iudicio. De peccato quidē: quia non crediderunt in me. De iuſtitia verò: quia ad patrem vado: ⁊ iam non videbitis me. De iudicio autem: quia princeps mundi huius iam iudicatus eſt. Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed nō poteſtis portare modo. Quũ autem vénerit ille ſpiritus veritatis: docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur á ſemetipſo: ſed quecũqȝ audiet loquetur, ⁊ que ventura ſunt, annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, ⁊ annunciabit vobis. Credo. **Offer.** Jubilate deo vniuerſa terra: iubilate deo vniuerſa terra: pſalmum dicite nomini eius: venite ⁊ audite, ⁊ narrabo vobis oēs qui timetis deũ: quanta fecit dñs anime mee, alleluia. **Secreta.**

Deus qui nos per huius ſacrificij veneranda cómercia, vnius ſummeqȝ diuinitatis participes eſſe feciſti: preſta queſumus: vt ſicut tuá cognóuimus veritatem: ſic eam dignis moribus aſſequamur. Per. **Cōmu.** Cum vénerit paraclétus ſpiritus veritatis: ille arguet mundum de peccato, ⁊ de iuſtitia, ⁊ de iudicio, alleluia, alleluia. **Poſtcommunio.**

Adeſto nobis domine de⁹ noſter: vt per hec que fideliter ſumpſimus, ⁊ purgemur á vitijs, ⁊ á periculis omnib⁹ eruamur. Per dominum noſtrum.

¶ Dñica.v.poſt Paſcha. Intr.

Vocem iucunditatis annuntiate ⁊ audiatur, alleluia: nuntiate vſque ad extremum terre: liberauit dominus populum ſuum, alleluia, alleluia. **Ps.** Jubilate deo omnis terra: pſalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. **Oro.**

Deus á quo bona cuncta procédunt: largire ſupplícibus tuis: vt cogitemus te inſpirante que recta ſunt: ⁊ te gubernante, eadem faciamus. Per do.

Lectio Epiſtolę beati Jacobi Apoſtoli.j.Cap.

CAriſſimi: Eſtote factoꝛes verbi,⁊ nõ auditoꝛes tantũ: fallentes voſmetipſos:qꝛ ſiquis auditoꝛ eſt verbi, ⁊ non factoꝛ: hic comparabitur viro conſyderanti vultum natiuitatis ſuę in ſpeculo.Conſyderauit enim ſe ⁊ abijt, ⁊ ſtatim oblitus eſt qualis fuerit.Qui aũt pſpexerit in lege perfectę libertatis, ⁊ permãſerit in ea:non auditoꝛ obliuioſus factus,ſed factoꝛ operis:hic beatus in facto ſuo erit.Siquis autem putat ſe religioſum eſſe: non refrenans linguam ſuam:ſed ſeducens coꝛ ſuum:huius vana eſt religio.Religio munda,⁊ immaculata apud deum ⁊ patrem hęc eſt: viſitare pupillos ⁊ viduas in tribulatione eoꝛum: ⁊ immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Al lła. ℣. Surrexit Chꝛs, ⁊ illuxit nobis,quos redemit ſanguine ſuo. Al lła. ℣. Exiui á patre, ⁊ veni in mundũ: iterũ relinquo mundũ, ⁊ vado ad patrẽ.

Secundum Joannem.xvj.Ca.



IN illo tẽpoꝛe: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen amẽ dico vobis: ſi quid petieritis patrem in nomine meo: dabit vobis.Vſque modo non petiſtis quicquã in nomine meo. Petite ⁊ accipietis:vt gaudium veſtrum ſit plenum.Hęc in prouerbijs locutus ſum vobis.Venit hoꝛa, quum iam non in prouerbijs loquar vobis:ſed palam de patre meo annũtiabo vobis. Illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis: quia ego rogabo patrem de vobis. Ipſe enim pater amat vos:qꝛ vos me amaſtis, ⁊ credidiſtis,quia á deo exiui. Exiui á patre, ⁊ veni in mundum:iterum relinquo mundum,⁊ vado ad patrem. Dicunt ei diſcipuli eius. Ecce nunc palã loqueris, ⁊ prouerbium nullum dicis. Nunc ſcimus quia ſcis omnia, ⁊ non opus eſt tibi, vt quis te interroget. In hoc credimus, quia á deo exiſti. Credo. Offer.

Benedicite gentes dominum deum noſtrum: ⁊ obaudite vocem laudis eius,qui poſuit animam meam ad vitã, ⁊ non dedit commoueri pedes meos: benedictus dominus, qui non amouit depꝛecationem meam, ⁊ miſericoꝛdiam ſuam á me. alleluia. Secreta.

SVſcipe domine fidelium preces cum oblationibus hoſtiarum, vt per hęc pię deuotionis officia, ad cęleſtem gloꝛiam tranſeamus. Per dominũ. Cõmu.

Cantate domino,alleluia:cantate domino ⁊ benedicite nomini eius: bene nuntiate de die in diem ſalutare eius, alleluia, alleluia. Poſtcommunio.

TRibue nobis domine cęleſtis menſę virtute ſatiatis, ⁊ deſyde-

deſyderare quę recta ſunt, ⁊ deſyderata percipere. Per dominū.

¶ In litanijs maiorib⁹: Statio ad ſanctū Petrū. Ad hanc Miſſam vtimur indumentis violaceis, ſiue nigris, ⁊ nō genuflectit ad primas orōnes. Hāc Miſſam his tribus diebus ſemel tantū in cōuentu dixiſſe ſufficiat. Introi.



Xaudiuit de tēplo ſctō ſuo vocem meā, alleluia: ⁊ clamor meus in conſpectū ei⁹ introiuit i aures eius, Alleluia, alleluia. Ps. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum, ⁊ refugium meum, ⁊ liberator meus. ℣. Gloria patri ⁊ filio.

In hac Miſſa non dicitur Gloria in excelſis. Oratio.

PReſta queſumus omnipotens deus, vt qui in afflictione noſtra de tua pietate confidimus: contra aduerſa omnia, tua ſemper protectione muniamur. Per dominum noſtrū Jeſum.

Lectio Epiſtolę beati Jacobi Apoſtoli. v. Cap.

CHariſſimi: Confitémini alterutrum peccata veſtra, ⁊ orate pro inuicem, vt ſaluémini. Multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis, ⁊ oratione orauit: vt non plueret ſuper terram: ⁊ nō pluit annos tres, ⁊ menſes ſex. Et rurſum orauit: ⁊ cęlum dedit pluuiam, ⁊ terra dedit fructum ſuum. Fratres mei ſiquis ex vobis erráuerit á veritate, ⁊ conuerterit quis eum: ſcire debet quoniā qui conuerti fécerit peccatorem ab errore vię ſuę: ſaluabit eius animā á morte, ⁊ operiet multitudinem peccatorum. Alleluia. ℣. Confitémini dn̄o quoniā bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et non repetitur Alleluia.

Secundum Lucam. xj. Cap.



IN illo tépore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Quis veſtrum habebit amicū, ⁊ ibit ad illum media nocte, ⁊ dicet illi. Amice commoda mihi tres panes: quoniam amicus meus venit de via ad me, ⁊ non habeo quod ponam ante illū, ⁊ ille deintus reſpondens dicat: noli mihi moleſtus eſſe: iam oſtium meum clauſum eſt: ⁊ pueri mei mecum ſunt in cubili: non poſſum ſurgere, ⁊ dare tibi. Et ſi ille perſeuerá uerit pulſans: dico vobis: ⁊ ſi nō dabit illi ſurgens, eó ꝙ amicus eius ſit: propter improbitatem tamen eius ſurget, ⁊ dabit illi quotquot habet neceſſarios. Et ego dico vobis: petite, ⁊ dabitur vobis: querite, ⁊ inuenietis:

tis: pulſate, ⁊ aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: ⁊ qui querit, inuenit: ⁊ pulſanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem: nunquid lapidem dabit illi? Aut piſcem: nunquid pro piſce ſerpentem dabit illi? Aut ſi petierit ouum: nunquid porriget ei ſcorpionem? Si ergo vos quum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quãto magis pater veſter de cęlo dabit ſpiritũ bonuz petentibus ſe?

Non dicitur Credo. Offerto.

Cõfitebor domino nimis in ore meo, ⁊ in medio multorum laudabo eum, qui aſtitit ad dexteram pauperis, vt ſaluam faceret á perſequentibus animam meam, alleluia. Secreta.

Hęc munera q̃ſumus dñe, ⁊ vincula noſtrę prauitatis abſoluant, ⁊ tuę nobis miſericordię dona cõcilient. Per. Dicitur Pręfatio de reſurrectiõe. Cõm.

Petite, ⁊ accipietis: quęrite, ⁊ inuenietis: pulſate, ⁊ aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: ⁊ qui quęrit, inuenit: ⁊ pulſanti aperietur all'a. Poſtcõ.

Vota noſtra quęſumus dñe pio fauore proſequere: vt dũ dona tua in tribulatione percipimus: de conſolatione noſtra in tuo amore creſcamus. Per. Et dicitũ Benedicamus domino.

¶ In vigilia Aſcenſionis Dñi officiũ Miſſę, ⁊ orationes dñr de dñica preterita: preter epiſtolã, ⁊ euãgeliũ. Epiſtola ad Epheſios. Fratres vnicuique veſtrum.

Require in natali aplorũ. f.20

Euangeliũ ſecunduz Joannem. Subleuatis Jeſus oculis. vt ĩfra. Gloria in excelſis dicitur. ⁊ Pręfatio de reſurrectione. ſi occurrat feſtum duodecim lectionum. fiat commemoratio de vigilia. Non autem ſi fuerit duplex.

Secundum Joannem. xvii. Ca.



In illo tempore: Subleuatis Jeſus oculis in cęlũ dixit. Pater, venit hora: clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te: ſicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis: vt omne quod dediſti ei, det eis vitã ęternam. Hęc eſt autẽ vita ęterna: vt cognoſcant te ſolũ Deuz verũ, ⁊ quem miſiſti Jeſum Chriſtum. Ego te clarificaui ſuper terram: opus conſummaui quod dediſti mihi, vt faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipſuz claritate, quã habui, priuſquã mundus fieret, apud te. Manifeſtaui nomen tuũ hominibꝰ, quos dediſti mihi de mundo. Tui erãt, ⁊ mihi eos dediſti, ⁊ ſermonẽ tuuz ſeruauerunt. Nunc cognouerũt, quia omnia quę dediſti mihi abs te ſunt: quia verba q̃ dediſti mihi, dedi eis, ⁊ ipſi acceperunt, ⁊ cognouerunt verè, quia á te exiui, ⁊ credi-

crediderunt quia tu me miſiſti. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo: ſed pro his quos dediſti mihi, quia tui ſunt. Et mea omnia tua ſunt, ⁊ tua mea ſunt: ⁊ clarificatus ſum in eis: ⁊ iam non ſum in mundo: ⁊ hi in mundo ſunt: ⁊ ego ad te venio.

¶ In die Aſcẽſionis Domini: Statio ad ſanctũ Petrũ. Intro.



Viri Galilei quid admirámini aſpiciẽtes in cęlũ, alleluia: quemadmodũ vidiſtis eum aſcendentem in cęlũ: ita veniet, all'a, all'a, all'a. Ps. Quumq; intuerentur in cęlũ euntẽ illum: ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis: qui ⁊ dixerunt. ℣. Gloria pa. Oratio.

Concede queſum⁹ omnipotens deus, vt qui hodierna die vnigénitũ tuũ, redemptorẽ noſtrũ ad cęlos aſcendiſſe crédimus: ipſi quoq; mente in cęleſtibus habitémus. Per eundem.

Lectio actuum Apoſtolorũ. j. ca.

Primum quidẽ ſermonem feci de omnib⁹ ó Theóphile, quę cępit Jeſus facere, ⁊ docére: vſq; in diem qua pręcipiens apoſtolis per ſpiritum ſanctum, quos elégit, aſſumptus eſt. Quibus ⁊ prębuit ſeipſum viuũ poſt paſſionem ſuam in multis argumentis: per dies quadraginta appárens eis, ⁊ loquens de regno Dei. Et cõuéſcens pręcepit eis ab Jeroſólymis ne diſcederent: ſed expectárent promiſſionem patris: quã audiſtis inquit per os meũ: quia Joannes quidem baptizauit aqua: vos autẽ baptizabímini ſpiritu ſancto, nõ poſt multos hos dies. Igitur qui conuénerãt, interrogabant eum dicentes. Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnũ Iſrael? Dixit autẽ eis. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momẽta, quę pater póſuit in ſua poteſtate: ſed accipietis virtutẽ ſuperueniẽtis ſpiritus ſancti in vos: ⁊ eritis mihi teſtes in Jeruſalẽm, ⁊ in omni Judéa, ⁊ Samária, ⁊ vſq; ad vltimũ terrę. Et quum hoc dixiſſet, videntibus illis eleuatus eſt, ⁊ nubes ſuſcepit eum ab oculis eorũ. Quumq; intuerẽtur in cęlũ euntem illũ: ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtib⁹ albis: qui ⁊ dixerũt. Viri Galilei, quid ſtatis aſpicientes in cęlũ? Hic Jeſus, qui aſſumptus eſt á vobis in cęlum, ſic veniet quemadmodum

vidiſtis eum euntem in celum. Alleluia. ℣. Aſcendit deus in iubilatione: ⁊ dñs in voce tube. Alleluia. ℣. Dominus in Sinai in ſancto: aſcendens in altũ captiuã duxit captiuitatẽ.

Secundum Marcum. xvj. Cap.



In illo tẽpore: Recumbentibus undecim diſcipulis, apparuit illis Ieſus: ⁊ exprobrauit incredulitatem illorum, ⁊ duriciam cordis, quia his qui viderant eum reſurrexiſſe a mortuis, non crediderant: ⁊ dixit eis. Euntes in mundum vniuerſum: predicate euangelium omni creature. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit, ſaluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hec ſequentur. In nomine meo demonia eijcient: linguis loquentur nouis: ſerpentes tollent: ⁊ ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super egros manus imponent, ⁊ bene habebunt. Et dominus quidem Ieſus poſtquã locutus eſt eis, aſſumptus eſt in celum, ⁊ ſedet a dextris Dei. Illi autem profecti, predicauerunt vbiqȝ: domino cooperante, ⁊ ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis. Dicto euangelio extinguitur cereus paſchalis. Credo. Offert.

Viri Galilei, quid admiramini aſpicientes in celum? hic Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in celum: ſic veniet: quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in celum, alleluia. Secreta.

Suſcipe domine munera, que pro filij tui glorioſa Aſcenſione deferimus, ⁊ concede propitius, vt a preſentibus periculis liberemur, ⁊ ad vitam perueniamus eternã. Per eundem. Prefatio. Qui poſt Reſurrectionẽ ſuam. Et dicitur quotidie vſqȝ ad vigiliã Pentecoſtes excluſiue. Infra. Communicantes ⁊ diem ſacratiſſimum celebrantes ⁊c. Et dicitur per octauam tantũ. Cõmu. Pſallite dño qui aſcendit ſuper celos celorum ad orientẽ, alleluia. Poſtcõ.

Preſta nobis qs omnipotens ⁊ miſericors deus, vt que viſibilibus myſterijs ſumenda percepimus: inuiſibili cõſequamur effectu. Per.

¶ Dñica infra octauam Aſcenſionis Domini. Introitus.



Exaudi domine vocẽ meã qua clamaui ad te alla: tibi dixi cor meũ, queſiui vultũ tuum: vultũ tuum dñe requiram: ne auertas faciẽ tuã a me alla, alla. Ps. Dñs illuminatio mea ⁊ ſalus mea: quẽ timebo? ℣. Gloria. Oro.

Omnipotẽs ſempiterne deus, fac nos tibi ſemp ⁊ deuotam

uotã gérere volũtatẽ, ⁊ maieſtati tuę ſyncéro corde ſeruire. Per.

Lcõ eplę beati Petri aplĩ. j. c. iiij.

Charíſſimi: Eſtóte prudẽtes, ⁊ vigiláte in orationibus: Ante omnia aũt mútuã in vobiſmetipſis caritatẽ cõtínuã habẽtes: quia caritas óperit multitudinẽ peccatorũ. Hoſpitáles inuicem ſine murmuratione. Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiã: in altérutrũ illã adminiſtrantes: ſicut boni diſpenſatores multiformis gratię Dei. Siquis loquitur: quaſi ſermones Dei: Siquis miniſtrat: tanquã ex virtute quam adminiſtrat deus, vt in omnibus honorificetur deus per Jeſum Chriſtum dominum noſtrum.

Alleluia. ℣. Regnauit dominus ſuper omnes gentes: deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam. Alleluia. ℣. Non vos relinquam órphanos: vado ⁊ venio ad vos, ⁊ gaudebit cor veſtrum.

Secundum Joannem. xv. Cap.



In illo tẽpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Quũ vénerit paraclétus, quẽ ego mittã vobis á patre: ſpiritũ veritatis, qui á patre procédit: ille teſtimonium perhibébit de me. Et vos teſtimonium perhibébitis, quia ab initio mecum eſtis. Hęc locutus ſum vobis, vt nõ ſcandalizémini. Abſque ſynagógis facient vos. Sed venit hora, vt omnis qui intérficit vos: arbitretur obſéquiũ ſe preſtáre deo. Et hęc facient vobis, quia nõ nouerunt patrẽ, neq; me. Sed hęc locutus ſum vobis, vt quum vénerit hora: eorũ reminiſcámini, quia ego dixi vobis. Credo. Offerto.

Aſcendit deus in iubilatione, ⁊ dominus in voce tubę, alleluia. Secreta.

Sacrificia nos domine immaculata purificent, ⁊ mentibus noſtris ſupernę gratię dent vigorem. Per dominum. Cõmu.

Pater quum eſſem cum eis, ego ſeruabam eos, quos dediſti mihi, alleluia: nunc autem ad te venio: non rogo vt tollas eos de mundo: ſed vt ſerues eos á malo, alleluia, alleluia. Poſtcõmu.

Repleti dñe muneribus ſacris, da q̃s: vt in gratiarum ſemper actione maneamus: Per dñm noſtrũ Jeſum Chriſtũ ⁊c.

¶ In octaua Aſcẽſionis dñi fit idẽ officiũ Miſſę ſicut in die, preter euangeliũ. Sequentia ſancti euãgelij ſecundũ Lucam. xxiiij. c.



In illo tẽpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ego mittam promiſſũ patris mei in vos. Vos autem ſedéte in ciuitate,

uitate, quoaduſqꝫ induámini virtute ex alto. Eduxit autem eos foras in Bethániam, ⁊ eleuatis manibus ſuis benedixit eis. Et factum eſt dum benediceret illis, receſſit ab eis, ⁊ ferebatur in cęlū. Et ipſi adorantes regreſſi ſunt in Jeruſalém cum gaudio magno: ⁊ erant ſemper in templo laudantes, ⁊ benedicentes Deum.

Die veneris poſt octauá Aſcenſionis ſi feſtum nó fuerit: Miſſa dicitur de Dominica pręterita.

¶ In vigilia Pentecóſtes ſi feſtum aliquod duodecim lectionum occurrat: Miſſa dicitur de feſto poſt tertiam, ⁊ Miſſa vigilię poſt noná cantatur. Hora igitur competenti, facto ſigno more ſolito, ⁊ cógregatis in Eccleſia Monachis dicatur nona. Qua completa Sacerdos, ⁊ miniſtri violaceis, ſeu cęleſtinis induti veſtimentis: abſque luminaribus ⁊ incenſo, é ſacrario prodeunt, factaqꝫ reuerentia ante altare, in locis ſuis ſedent. Poſtea leguntur prophetię ſine titulo, ⁊ í fine prophetiarū, dñr orationes abſque. Flectamus genua. Prophetia. j.

Gen, 22. In diebus illis: Tentauit deus Abrahám, ⁊ dixit ad euꝫ. Abrahám, Abrahám. At ille reſpondit. Adſum. Ait illi. Tolle filium tuum vnigénitum quem diligis Iſaác, ⁊ vade in terram viſionis, ⁊ ófferes eum ibi in holocauſtum ſuper vnum montiū, quem monſtráuero tibi. Igitur Abrahám de nocte conſurgens, ſtrauit aſinum ſuum: ducens ſecum duos iuuenes, ⁊ Iſaác filium ſuum. Quumqꝫ concidiſſet ligna in holocauſtum: ábijt ad locum quem pręcéperat ei Deus. Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locū procul: dixitqꝫ ad púeros ſuos. Expectate hic cum aſino: ego ⁊ puer illuc vſque properantes, poſtquá adorauérimus reuertemur ad vos. Tulit quoqꝫ ligna holocauſti, ⁊ impóſuit ſup Iſaác filium ſuuꝫ. Ipſe veró portabat in manibus ſuis ignem ⁊ gladiū. Quumqꝫ duo pérgerent ſimul: dixit Iſaác patri ſuo. Pater mi. At ille reſpondit. Quid vis fili? Ecce inquit ignis ⁊ ligna: vbi eſt victima holocauſti? Dixit Abrahám. Deus prouidebit ſibi victimam holocauſti fili mi. Pergebant ergo páriter: venerūtqꝫ ad locuꝫ quem oſténderat ei deus: In quo ędificauit altare, ⁊ deſuper ligna compoſuit. Quumqꝫ colligaſſet Iſaác filium ſuum: poſuit cum in altari ſuper ſtruem lignorum: extenditqꝫ manū ⁊ arripuit gladiū, vt immolaret filium ſuum. Et ecce angelus dñi de cęlo clamauit dicens. Abrahám Abrahám. Qui reſpódit. Adſuꝫ. Dixitqꝫ ei. Ne extendas manum tuam ſuper púerum: neqꝫ facias illi quicquá. Nunc cognoui, ꝙ timeas Deum, ⁊ non pepercíſti filio tuo vnigenito propter me. Leuauit Abrahám oculos: viditqꝫ

ditq; poſt tergum arietem inter vepres herenté cornib⁹. Quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio: Appellauitq; nomen loci illius, dñs videt. Unde vſq; hodie dicitur: in monte dñs videbit. Uocauit autem angelus dñi Abraham ſecũdo de celo dicens. Per memetipſum iuraui dicit dominus: quia feciſti rem hanc, ⁊ non pepercisti vnigenito filio tuo propter me: benedicens benedicam tibi, ⁊ multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas celi, ⁊ velut arenam que eſt in littore maris. Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, ⁊ benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terre, quia obediſti voci mee. Reuerſuſq; eſt Abraham ad pueros ſuos: abierũtq; Berſabee ſimul, ⁊ habitauit ibi. Qua finita Sacerdos dicit. Oremus.

Deus qui in Abrahe famuli tui opere, humano generi obedientie exempla prebuiſti: cõcede nobis, ⁊ noſtre volũtatis prauitaté frangere, ⁊ tuorũ prece ptorum rectitudiné in omnibus adimplere. Per. Prophetia .ij.

Exo. 14. In diebus illis: Factu; eſt in vigilia matutina, ⁊ ecce reſpiciés dñs ſuper caſtra Aegyptiorum per columnam ignis ⁊ nubis: interfecit exercitũ eorum, ⁊ ſubuertit rotas curruum: ferebanturq; in profundum. Dixerunt ergo Aegyptij. Fugiamus Iſraélem: dñs enim pugnat pro eis contra nos, ⁊ ait dñs ad Moyſén. Extende manum tuam ſuper mare: vt reuertãtur aque ad Aegyptios, ſuper currus, ⁊ equites eorum. Quumq; extẽdiſſet Moyſés manum contra mare: reuerſum eſt primo diluculo ad prioré locum: fugientibuſq; Aegyptijs occurrerunt aque: ⁊ inuoluit eos dñs in medijs fluctibus: reuerſeq; ſunt aque, ⁊ operuerunt currus ⁊ equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequẽtes ingreſſi fuerant mare: nec vnus quidem ſuperfuit ex eis. Filij autem Iſrael perrexerũt per medium ſicci maris: ⁊ aque eis erát quaſi pro muro á dextris ⁊ á ſiniſtris. Liberauitq; dñs in die illo Iſrael de manu Aegyptiorum, ⁊ viderunt Aegyptios mortuos ſuper littus maris, ⁊ manũ magnã, quá exercuerat dñs cõtra eos. Timuitq; populus dñm, ⁊ crediderũt dño, ⁊ Moyſi ſeruo ſuo. Tunc cecinit Moyſés ⁊ filij Iſrael carmé hoc domino, ⁊ dixerunt. Tractus.

Cantemus dño: glorioſe enim honorificatus eſt: equum ⁊ aſcenſores proiecit in mare: adiutor ⁊ protector factus eſt mihi in ſalute;. ℣. Hic deus meus, honorificabo eum: deus patris mei, ⁊ exaltabo eum. ℣. Dñs conterens bella: dominus nomen eſt illi. Oratio.

Deus qui in primis temporib⁹ impleta miracula, noui teſtamenti luce reſeraſti: vt ⁊ mare rubrum forma ſacri fontis exiſteret, ⁊ liberata plebs ab Aegy-

Aegyptiaca ſeruitute, chriſtiani
populi ſacramenta ꝓferret: da vt
oẽs gentes Iſraelis priuilegium
merito fidei cõſecute, ſpiritus tui
participatiõe regenerent. Per.
in vnitate eiuſdẽ. Prophetia.iij.

Deu. 31. In diebus illis: Scripſit Moy
ſes canticum: et docuit filios
Iſrael. Precepitqꝫ dñs Ioſue
filio Nun et ait. Confortare et eſto
robuſtus. Tu enim introduces
filios Iſrael in terrã, quam pol
licitus ſum eis, et ego ero tecum.
Poſtquã ergo ſcripſit Moyſes
verba legis huius in volumine,
atqꝫ compleuit: precepit leuitis
qui portabãt arcam federis dñi
dicens. Tollite librũ iſtum, et po
nite illum in latere arce federis
dñi Dei noſtri: vt ſit ibi cõtra te
in teſtimoniũ. Ego enim ſcio cõ
tentionẽ tuam, et ceruicem tuam
duriſſimam. Adhuc viuente me
et ingrediente vobiſcum, ſemper
contentioſe egiſtis contra dñm:
quãto magis cum mortuus fue
ro? Congregate ad me omnes
maiores natu per tribus veſtras,
atqꝫ doctores, et loquar audien
tibus illis ſermones iſtos, et in
uocabo contra eos celum et ter
ram. Noui enim ꝙ poſt mortem
meam inique agetis, et declina
bitis cito de via quam precepi
vobis: et occurrent vobis mala
in extremo tempore: quando fe
ceritis malum in conſpectu do
mini: vt irritetis eum per ope
ra manuum veſtrarum. Locu
tus eſt ergo Moyſes audiente
vniuerſo cetu filiorum Iſrael,
verba carminis huius: et ad fi
nem vſqꝫ compleuit. Tractus.

Attende celum et loquar: et audiat ter
ra verba ex ore meo. ℣. Expectetur
ſicut pluuia eloquium meum, et deſcen
dant ſicut ros verba mea. ℣. Sicut im
ber ſuper gramen, et ſicut nix ſup fenum:
quia nomen dñi inuocabo. ℣. Date
magnitudinem Deo noſtro: deus vera
opera eius, et omnes vie ei' iudicia. ℣.
Deus fidelis in quo non eſt iniquitas:
iuſtus et ſanctus dominus. Oratio.

Deus glorificatio fidelium, et
vita iuſtorũ, qui per Moy
ſen famulum tuum, nos quoque
modulatione ſacri carminis eru
diſti: vniuerſis gentibus, miſe
ricordie tue munus operare, tri
buendo beatitudinem, auferen
do terrorem: vt quod pronun
tiatum eſt ad ſupplicium, in re
medium transferatur eternum.
Per domi. Prophetia.iiij.

Apprehendent ſeptem mu Iſa. 4.
lieres virum vnum in die
illa dicentes. Panem noſtrum
comedemus, et veſtimentis no
ſtris operiemur: tantummodo
inuocetur nomen tuum ſup nos:
aufer opprobrium noſtrum. In
die illa erit germen dñi in magni
ficentia et gloria: et fructus terre
ſublimis: et exultatio his qui ſal
uati fuerint de Iſrael. Et erit om
nis qui relictus fuerit in Sion, et
reſiduus in Ieruſalem, ſanctus
vocabitur: omnis qui ſcript' eſt
in

in vita in Jeruſalém: ſi ablúerit dominus ſordes filiarum Sión, ⁊ ſanguinẽ Jeruſalém lauerit de medio eius, in ſpiritu iudicij, ⁊ ſpiritu ardoris. Et creabit dominus deus ſuper omnem locum montis Sion, ⁊ vbi inuocatus eſt, nubem per diem, ⁊ fumum ⁊ ſplendorem ignis flammantis in nocte. Super omnem enim glóriam protéctio, ⁊ tabernáculum erit in vmbráculum diei ab ęſtu: ⁊ in ſecuritatem ⁊ abſconſionem á túrbine, ⁊ á plúuia. Tractus.

Uínea facta eſt dilecto in cornu in loco úberi. ℣. Et macériã circundedit, ⁊ circunfódit: ⁊ plantauit vineam Soréth, ⁊ ędificauit turrim in medio eius. ℣. Et torcúlar fodit in ea: vinea enim dñi ſabaóth domus Iſraél eſt. Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne deus, qui per vnicum filium tuuz, eccleſię tuę demonſtraſti te eſſe cultórem, vt omnẽ pálmitem fructum in eodem Chriſto tuo, qui vera vitis eſt, afferéntem, clementer éxcolens, fructus áfferat ampliores: fidelibus tuis, quos velut vineã ex Aegypto per fontem baptiſmi trãſtuliſti, nullę peccatorũ ſpinę prępuáleát, vt ſpirit⁹ tui ſanctificatione muníti, perpétua fruge ditentur. Per eundez. in vnitate eiuſdẽ. Prophetia. v.

Bar. 3. Audi Iſraél mandata vitę: auribus percipe, vt ſcias prudentiam. Quid eſt Iſrael ꝙ in terra inimicorũ es? Inueteraſti in terra aliena: coinquinátus es cum mortuis: deputatus es cum his, qui ſunt in inferno: dereliquiſti fontez ſapientię. Nam ⁊ ſi in via Dei ambulaſſes: habitaſſes útiqz in pace ſuper terraz. Diſce vbi ſit ſapientia: vbi ſit virtus: vbi ſit prudentia: vbi ſit intellect⁹, vt ſcias ſimul: vbi ſit longiturnitas vitę ⁊ victus: vbi ſit lumen oculorum ⁊ pax. Quis inuénit locuz eius, ⁊ quis introiuit in theſauros eius? Ubi ſunt principes gentiuz, ⁊ qui dominantur ſuper beſtias, quę ſunt ſuper terram? Qui in áuibus cęli ludunt, qui argentum theſaurizant, ⁊ aurum in quo confídunt homines, ⁊ non eſt finis poſſeſſionis eorũ, qui argentum fábricant, ⁊ ſoliciti ſunt, nec eſt inuentio operum illorum: ⁊ tamen exterminati ſunt, ⁊ ad inferos deſcenderunt, ⁊ alij in locum eoruz ſurrexerunt. Iuuenes viderunt lumen, ⁊ habitauerunt ſuper terram; viaz autem diſciplinę neſcierũt: neqz intellexerunt ſémitas eius: neqz ſuſceperunt eam filij eorum: á facie eorum longe facta eſt. Non eſt audita in terra Chanaán: neque viſa eſt i Theman. Filij quoqz Agár qui exquiſierunt prudentiá quę de terra eſt: negociatores terrę ⁊ Themán: ⁊ fabulatores ⁊ exquiſitores prudentię ⁊ intelligentię: viam autem ſapientię neſcierũt: neque meminerunt ſemitarum eius. O Iſraél quá magna eſt domus dei: ⁊ ingens locus poſſeſſionis

ſionis eius. Magnus ⁊ non ha-
bet conſummationem: excelſus
⁊ immenſus. Ibi fuerunt gigan-
tes nominati: illi qui ab initio
fuerunt ſtatúra magna, ſcientes
bellum. Non hos elégit domi-
nus: neqꝫ viã diſciplinę inuene-
runt: pꝛoptérea periérũt. Et quo
niam nõ habuerunt ſapientiam,
interierunt pꝛopter ſuã inſipien-
tiam. Quis aſcendit in cęlum, ⁊
accepit eam, ⁊ eduxit eam de nú-
bibus? Quis tranſfretauit ma-
re, ⁊ inuénit eam, ⁊ áttulit eam ſu-
per aurúm electum? Non eſt qui
ſciat viam eius: neqꝫ qui excógi-
tet ſémitas eius. Sed qui ſcit vni
uerſa, nouit illã, ⁊ adinuénit eam
pꝛudentia ſua. Qui perfécit ter-
ram in ſempiterno tempoꝛe, ⁊
adimpleuit eam pecúdibus: vo-
cauitqꝫ eam, ⁊ obaudiuit eũ cum
tremoꝛe. Stellę autem dederũt
lumen in cuſtódijs ſuis, ⁊ lętatę
ſunt: vocatę ſunt, ⁊ dixerunt: ád-
ſumus: ⁊ luxérunt ei cum iucun-
ditate, qui fecit illas. Hic eſt deus
noſter, ⁊ non ęſtimabitur alius
ad eũ. Hic adinuénit oẽm viam
diſciplínę, ⁊ dedit illã Jacób pue-
ro ſuo, ⁊ Iſraél dilecto ſuo. Poſt
hęc ſuper terram viſus eſt, ⁊ cum
hominibus cõuerſatus eſt. Oꝛo.

Deus qui nobis per pꝛophe-
tarum oꝛa pręcepiſti tem-
poꝛalia relinquere, atqꝫ ad ęter-
na feſtináre: da famulis tuis: vt
quę á te iuſſa cognóuimus, im-
plére cęleſti inſpiratione valeá-
mus. Per do. Pꝛophetia. vj.

In diebus illis: Facta eſt ſuper Ezec.
me manus domini, ⁊ edúxit me 37.
in ſpiritu domini, ⁊ dimiſit me in
medio campi, qui erat plenus oſ-
ſibus: ⁊ circunduxit me per ea in
gyrum. Erant autem multa val-
de ſuper faciem campi: ſiccaqꝫ
vehementer, ⁊ dixit ad me. Fili
hominis, putáſne viuẽt oſſa iſta?
Et dixi. Domine deus tu noſti.
Et dixit ad me. Vaticináre de oſ-
ſibus iſtis, ⁊ dices eis. Oſſa árida,
audite verbum domini. Hęc di-
cit dominus deus oſſibus his.
Ecce ego intromittã in vos ſpi-
ritũ, ⁊ viuétis, ⁊ dabo ſuper vos
neruos, ⁊ succréſcere faciam ſu-
per vos carnẽ, ⁊ ſuperextendam
in vobis cutem, ⁊ dabo in vobis
ſpiritum, ⁊ viuétis, ⁊ ſciétis quia
ego dominus. Et pꝛophetaui ſi-
cut pręcéperat mihi. Factus eſt
autem ſónitus pꝛophetante me,
⁊ ecce commótio. Et acceſſerunt
oſſa ad oſſa: vnũquodqꝫ ad iun-
ctúram ſuam. Et vidi, ⁊ ecce ſu-
per ea nerui ⁊ carnes aſcende-
runt, ⁊ extenſa eſt in eis cutis dé-
ſuper, ⁊ ſpiritum non habebant,
⁊ dixit ad me. Vaticináre ad ſpi-
ritum, vaticináre fili hominis, ⁊
dices ad ſpiritum. Hęc dicit do-
minus deus. A quatuoꝛ ventis
veni ſpiritus, ⁊ inſúffla ſuper in-
terfectos iſtos, ⁊ reuiuiſcant. Et
pꝛophetaui ſicut pręceperat mi-
hi, ⁊ ingreſſus eſt in ea ſpiritus, ⁊
reuixerunt: ſteteruntqꝫ ſuper pe-
des

des ſuos, exercitus grandis nimis valde: ⁊ dixit ad me. Fili hominis, oſſa hec vniuerſa domus Iſraël eſt. Ipſi dicũt. Aruerunt oſſa noſtra, periit ſpes noſtra, ⁊ abſciſſi ſumus. Propterea vaticinare, ⁊ dices ad eos. Hec dicit dominus deus. Ecce ego aperiam tumulos veſtros, ⁊ educam vos de ſepulchris veſtris populus meus, ⁊ inducam vos in terram Iſraël, ⁊ ſcietis quia ego dominus, quũ aperuero ſepulchra veſtra, ⁊ eduxero vos de tumulis veſtris populus meus, ⁊ dedero ſpiritum meũ in vobis, ⁊ vixeritis ⁊ requieſcere vos faciam: dicit dominus omnipotens. Orõ.

Domine deus virtutum, qui collapſa reparas, ⁊ reparata conſeruas: auge populos in tui nominis ſanctificatiõe renouandos: vt omnes qui ſacro baptiſmate diluuntur, tua ſemper inſpiratione dirigantur. Per. His finitis deſcendendo ad fontes cantatur tractus. Sicut ceruus deſyderat ad fontes aquarum: ita deſyderat anima mea ad te deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniam, ⁊ apparebo ante faciem dei mei? ℣. Fuerunt mihi lachrymę meę panes die ac nocte: dũ dicitur mihi per ſingulos dies, vbi eſt deus tuus? Deinde ad fontes dĩ. Dominus vobiſcũ. Oremus.

Concede quęſumus omnipotens deus: vt qui ſolennitatem doni ſancti ſpiritus colimus: cęleſtib⁹ deſyderiis accenſi: fontem vitę ſitiamus. Per dñm noſtrũ. In vnitate eiuſdẽ ſpirit⁹. Deinde proceditur ad benedictionem fontiũ. Vbi vero nõ fuerint fontes: tractus: Sicut ceruus: ⁊ oratio ſequens, ⁊ fontium benedictio pretermittunt. Sed finita orõne Dñe deus virtutũ. Sacerdos ⁊ miniſtri exuti caſula ⁊ dalmaticis, ante altare procumbunt. Monachi vero qui ſunt in choro ſtant erecti, ⁊ cantatur litanię à duobus cantoribus in medio chori: cęteris idem reſpondentibus. Peruento autem ad Peccatores te rogam⁹ audi nos. Sacerdos ⁊ miniſtri ad ſacrariũ redeuntes: rubeis ſolenniter induuntur veſtibus: interim accenduntur luminaria circa altare. Peruento autem ad Kyrie elei. litaniarũ: cantores incipiunt ſolenniter Kyrie eleiſõ. pro miſſa.

Kyrie eleiſon. Chriſte elei.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cęlis de⁹ miſerere nob.
Fili redemptor mundi deus: miſerere nobis.
Spũs ſancte deus: miſerere no.
Sancta Trinitas vnus deus: miſerere nobis.
Sancta Maria ora pro nobis.
Sancta dei genitrix ora
Sancta virgo virginum ora
Sancte Michael ora
Sancte Gabriel ora
Sancte Raphael ora
Omnes

Omnes ſancti beatoꝛuꝫ ſpirituũ ordines oꝛate pꝛo nobis
Sancte Joannes Baptiſta oꝛa
Omnes ſancti patriarchę ⁊ pꝛophete: oꝛate pꝛo nobis
Sancte Petre oꝛa
Sancte Paule oꝛa
Sancte Andrea oꝛa
Sancte Joannes oꝛa
Omnes ſancti apoſtoli ⁊ euangeliſtę oꝛate pꝛo nobis
Sancte Stephane oꝛa
Sancte Laurenti oꝛa
Sancte Vincenti oꝛa
Scté Placide cũ ſocijs tuis oꝛat.
Omnes ſancti martyres oꝛate
Sancte Gregoꝛi oꝛa
Sancte Auguſtine oꝛa
Sancte Ambꝛoſi oꝛa
Sancte Hieronyme oꝛa
Sancte Martine oꝛa
Sancte Pater Benedicte oꝛa
Sancte Antoni oꝛa
Sancte Maure oꝛa
Omnes ſancti cõfeſſoꝛes oꝛate
Sancta Maria Magdalena oꝛa
Sancta Juſtina oꝛa
Sancta Lucia oꝛa
Sancta Scholaſtica oꝛa
Omnes ſancti ⁊ ſanctę Dei: intercedite pꝛo nobis
Pꝛopitius eſto, parce nobis dñe
Pꝛopitius eſto, exaudi nos dñe
Ab omni malo, libera nos dñe
Ab omni pctõ, libera nos dñe
A moꝛte ꝑpetua, libera nos dñe
Per myſterium ſanctę incarnationis tuę, libera nos domine
Per aduentum tuum, lib.
Per natiuitatem tuam, lib.
Per baptiſmum ⁊ ſanctum ieiunium tuum, libera nos dñe
Per crucem ⁊ paſſionẽ tuam, lib.
Per moꝛtẽ ⁊ ſepulturã tuam, lib.
Per ſanctaꝫ reſurrectionẽ tuã, li.
Per admirabilem aſcenſionem tuam, libera nos domine
Per aduentum ſpiritus ſancti paracleti, libera nos domine
In die iudicij, lib.
Peccatoꝛes, te rogamꝰ audi nos
Ut nobis indulgeas, te ro.
Ut eccleſiam tuam ſanctã regere ⁊ conſeruare digneris, te ro.
Ut domnum apoſtolicum, ⁊ omnes eccleſiaſticos oꝛdines in ſancta religione cõſeruare digneris, te rog.
Ut noſmetipſos in tuo ſancto ſeruitio confoꝛtare ⁊ conſeruare digneris, te rog.
Ut omnibus benefactoꝛibus noſtris ſempiterna bona retribuas, te rog.
Ut fructus terrę dare ⁊ conſeruare digneris, te rog.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem ęternam donare digneris, te rog.
Ut nos exaudire digneris, te ro.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, parce nobis domine
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, exaudi nos domine
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miſerere nobis
Chꝛiſte audi nos. Chꝛiſte exaudi nos. Kyrie eleiſon.

Quo incepto Sacerdos cū miniſtris in paramentiſ rubris pręcedentibus ceroferarijs, é ſacrario prodiés: quum ad altare peruénerit, facit confeſſionem in loco conſueto. Deinde incenſato altari more ſolito: ⁊ finito Kyrie eleiſon. incipit ſolenniter Gloria in excelſis Deo. ⁊ campanę pulſantur, ⁊ organa, ⁊ icona altaris diſcooperitur: poſtea decantata Gloria in excelſis. dicit Dominus vobiſcum. Oratio.

Preſta quęſumus omnipotens deus, vt claritatis tuę ſuper nos ſplendor effulgeat, ⁊ lux tuę lucis corda eorū, qui per gratiam tuam renati ſunt, ſancti ſpiritus illuſtratione confirmet. Per dominū: in vnitate eiuſdē.

Lectio Actuū Apoſtolorū. xix.

In diebus illis: Factū eſt quum Apollo eſſet Corinthi, vt Paulus peragrátis ſuperioribus partibus, veniret Epheſum, ⁊ inueníret quoſdam de diſcipulis: dixitq; ad eos. Si ſpiritū ſanctum accepiſtis credentes? At illi dixerunt ad eum. Sed neq; ſi ſpiritus ſanct⁹ eſt, audiuimus. Ille verò ait. In quo ergo baptizati eſtis? Qui dixerūt. In Joannis baptiſmate. Dixit autē Paulus. Joannes baptizauit baptiſmo pęnitentię populum dicens: in eum qui venturuſ eſt poſt ipſum vt crederent: hoc eſt in Jeſum. His auditis, baptizati ſunt in nomine domini Jeſu. Et quum impoſuiſſet illis man⁹ Paulus: venit ſpiritus ſanctus ſuper eos, ⁊ loquebātur varijs linguis, ⁊ prophetabant. Erant aūt omnes viri feré duódecim. Jntrogreſſus aūt Paulus in ſynagógā, cū fiducia loquebaf per tres menſes: diſputās, ⁊ ſuadens de regno Dei.

Deinde à duobus cantoribus dicitur Alleluia. Et chorus répetit Alleluia. Póſtea ſequitur ℣. Confitémini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Quo á duobus cantoribus decantato: non répétitur Alleluia. ſed immediate dicitur Tractus.

Laudate dn̄m omnes gentes, ⁊ collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniā confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, ⁊ veritas dn̄i manet in ęternum.

Ad euangeliū non portantur luminaria: ſed incenſum tantum. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Joannem. xiiij. Ca.



In illo tempore: Dixit Jeſuſ diſcipulis ſuis. Si diligitis me, mādata mea ſeruate: ⁊ ego rogabo patrē, ⁊ alium paraclétum dabit vobis: vt maneat vobiſcum in ęternum, ſpiritum veritatis, quem mundus nō poteſt accipere, quia nō videt eum, nec ſcit eum. Vos autem cognoſcétis eum, quia apud vos manebit,

bit, ⁊ in vobis erit. Non relinquam vos órphanos: véniam ad vos. Adhuc módicum, ⁊ mundus me iam non videt. Vos autem vidétis me: quia ego viuo, ⁊ vos viuétis. In illo die vos cognoſcétis, quia ego ſum in patre meo, ⁊ vos in me, ⁊ ego in vobis. Qui habet mandata mea, ⁊ ſeruat ea: ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me, diligétur a patre meo: ⁊ ego diligam eum, ⁊ manifeſtabo ei meipſum. Non dicitur. Credo. Offerto.

Emitte ſpiritum tuum ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciem terrę: ſit gloꝛia domini in ſecula, alleluia. Secreta.

Munera queſumus domine oblata ſanctifica, ⁊ coꝛda noſtra ſancti ſpiritus illuſtratione emunda. Per dominum noſtrum Jeſuꝫ Chꝛiſtum filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti deus per omnia. Pꝛęfatio. Qui aſcendens ſuper omnes celos. Infra. Communicantes. Ité infra. Hác igitur oblationé. Et dicuntur vſque ad octauam tantum. Agnus dei dicitur. ⁊ pacis oſculum datur. Communio.

Ultimo feſtiuitatis die dicebat Jeſus: qui in me credit: flumina de ventre eiuꝫ fluent aquę viuę: hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum, alleluia, alleluia. Poſtcómu.

Sancti ſpiritus domine coꝛda noſtra mundet infuſio, ⁊ ſui roꝛis intima aſperſione fecundet. Per dominum noſtrum Jeſum Chꝛiſtum filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdé ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculoꝛum. Amen.

In feſto ſancti Pauli martyris. Oratio.

Omnipotés ſempiterne deus, qui hunc diem beatiſſimi Pauli martyris tui martyrio conſecraſti: pꝛęſta queſumus, vt qui tanti patris martyrium veneramur, eius fidei conſtantia roboꝛati, ipſius ⁊ in pꝛęſenti mereamur habere auxilium, ⁊ in futuro conſoꝛtium. Per. Secre.

Oblatum ſacrificiuꝫ pꝛo laude nominiꝫ tui, ſuſcipe queſumꝰ domine: vt quod pꝛo eccleſia tua offerimus, interueniente beato Paulo martyre tuo, fiat nobis ſalutiferum remedium. Per dominum. Poſtcómunio.

Sumpſimuꝫ domine noſtrę redemptionis ſacraméta, in honoꝛeꝫ ſancti Pauli martyris tui, qui tibi placuit: ipſo quoque pꝛo nobis te obſecrante ab hoſte maligno redde ſecuros. Per do.

IN DIE SANCTO PENTECOSTES,

Statio ad ſanctum Petrum. Introitus.



Spiritus domini repleuit oꝛ
bem terrarum, alleluia:⁊ hoc,
quod cóntinet omnia, ſcientiam
habet vocis, alleluia, allel uia, al-
leluia. Ps. Omnium eſt enim artifex,
omnem habens virtutem: omnia pro-
ſpíciens. ℣. Gloꝛia patri ⁊ filio. Oro.

DEus qui hodierna die coꝛ-
da fidelium ſancti ſpiritus
illuſtratione docuiſti: da nobis
in eodeꝫ ſpiritu recta ſápere, ⁊ de
eius ſemper cóſolatione gaude-
re. Per dñm. in vnitate eiuſdeꝫ.

Lectio Actuū Apoſtoloꝛū. ij. ca.

IN diebus illis: Dum comple-
rentur dies Pentecóſtes: erát
omnes diſcipuli pariter in eo-
dem loco: ⁊ factus eſt repente de
cęlo ſonus, tanquā aduenientis
ſpiritus vehementis, ⁊ repleuit
totam domum, vbi erant ſeden-
tes: ⁊ apparuerunt illis diſperti-
tę linguę tanquā ignis, ſeditqꝫ ſu-
pꝛa ſingulos eoꝛuꝫ: ⁊ repleti ſunt
omnes ſpiritu ſancto, ⁊ cęperunt
loqui varijs linguis, pꝛout ſpi-
ritus ſanctus dabat éloqui illis.
Erant autem in Jeruſalém habi-
tantes Judęi viri religioſi, ex om
ni natione quę ſub cęlo eſt. Facta
autem hac voce: conuénit mul-
titudo, ⁊ mente confuſa eſt, quo-
niam audiebat vnuſquiſqꝫ lin-
gua ſua illos loquentes. Stupe-
bant autem omnes, ⁊ miraban-
tur dicentes. Nonne ecce omnes
iſti, qui loquuntur, Galilęi ſunt?
Et quomodo nos audiuimus
vnuſquiſqꝫ linguam noſtram, in
qua nati ſumus? Parthi, ⁊ Me-
di, ⁊ Elamitę: ⁊ qui habitant Me-
ſopotámiam, Judęam, ⁊ Cappa-
dóciā: Pontum, ⁊ Aſiam: Phꝛy-
giam ⁊ Pamphyliam: Aegyptū,
⁊ partes Libię, quę eſt circa Cy-
rénem: ⁊ áduenę Romani: Ju-
dęi quoqꝫ ⁊ Pꝛoſélyti: Cretes ⁊
Arabes: audiuimus eos loquen
tes noſtris linguis, magnalia dei.
Alleluia. ℣. Emitte ſpiritum tuum, ⁊
⁊ creabuntur: ⁊ renouabis facieꝫ terrę.


 Alleluia.

Alleluia. ℣. Ueni ſancte Spiritus: reple tuorum corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignem accende. Sequentia.

VEni ſancte Spiritus: ⁊ emitte cęlitus: lucis tuę rádium.
Ueni pater páuperum: veni dator múnerum: veni lumen cordium.
Conſolator optime: dulcis hoſpes animę: dulce refrigerium.
In labore requies: in ęſtu tempéries: in fletu ſolatium.
O lux beatiſſima: reple cordis intima: tuorum fidelium.
Sine tuo númine: nihil eſt in homine: nihil eſt innóxium.
Laua quod eſt ſórdidum: riga quod eſt áridum: ſana quod eſt ſáucium.
Flecte quod eſt rigidum: foue quod eſt frigidum: rege quod eſt déuium.
Da tuis fidelibus: in te confidentibus: ſacrum ſeptenarium.
Da virtutis méritum: da ſalutis éxitũ: da perenne gaudiũ. Amen. Alleluia.

Hęc ſequentia dicitur quotidie per totam octauam, vſque ad Sabbathum incluſiue.

Secundum Joannem. xiiij. Ca.



IN illo tépore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Siquis diligit me: ſermonez meuz ſeruabit, ⁊ pater meus diliget eum, ⁊ ad eum veniémus, ⁊ manſionem apud eum faciémus. Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat: ⁊ ſermonem quem audiſtis non eſt meus: ſed eius qui miſit me patris. Hęc locutus ſum vobis, apud vos manens. Paraclétus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docébit omnia, ⁊ ſuggeret vobis omnia quęcunq; dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor veſtrum, neq; formídet. Audiſtis, quia ego dixi vobis: vado ⁊ venio ad vos. Si diligerétis me, gauderétis útiq;: quia vado ad patrem, quia pater maior me eſt: ⁊ nunc dixi vobis priuſquã fiat: vt quum factum fúerit credátis. Jam non multa loquar vobíſcum. Uenit enim princeps mundi huius, ⁊ in me nõ habet quicquã. Sed vt cognoſcat mundus, quia diligo patrez, ⁊ ſicut mandatũ dedit mihi pater, ſic facio. Credo. Offer.

Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis: á templo tuo quod eſt in Jeruſalém: tibi ófferent reges munera. Alleluia. Secreta.

MUnera quęſumus dómine obláta ſanctifica, ⁊ corda noſtra ſancti ſpiritus illuſtratione emunda. Per dominum. in vnitate eiuſdem. Cõmunio.

Factus eſt repente de cęlo ſonus aduenientis ſpiritus vehemẽtis, vbi erãt ſedentes, alleluia: ⁊ repleti ſunt omnes

ſpiritu

ſpiritu ſancto,loquentes magnália dei, alleluia, alleluia. **Poſtcommunio.**

SAncti ſpiritus domine corda noſtra mundet infúſio: & ſui roris intima aſperſione ſecundet. Per dñm, in vnitate eiuſ.

Infra octauã Pentecoſtes ſi aliqua feſta occurrerint:etiaꝫ duplicia transferuntur poſt octauam.

¶ Feria.ij. Statio ad ſanctum Petrum ad vincula. Introitus.

Cibauit eos ex ádipe frumenti, alleluia: & de petra melle ſaturauit eos, alleluia, alleluia, alleluia. **Ps.** Exultate deo adiutori noſtro: iubilate deo Iacób. ℣. Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto. Sicut erat in princi. **Oro.**

DEus qui apoſtolis tuis ſanctum dediſti ſpiritum, concede plebi tuę pię petitionis effectum: vt quibus dediſti fidem, largiáris & pacem. Per dominum, in vnitate eiuſdem ſpiri.

Lectio Actuum Apoſtoloꝵ.x.


IN diebus illis: Apériens Petrus os ſuũ dixit. Viri fratres & patres, nobis pręcepit dominus prędicare populo, & teſtificári: quia ipſe eſt, qui conſtitutus eſt á Deo iudex viuorum, & mortuorum. Huic omnes prophetę teſtimonium pérhibent: remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Adhuc loquente Petro verba hęc: cécidit ſpiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebant verbum: & obſtupuerunt ex circunciſione fideles, qui vénerant cum Petro: quia & in nationes gratia ſpiritus ſancti effúſa eſt. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. Tunc reſpondit Petrus. Nunquid aquaꝫ quis prohibére poteſt: vt non baptizentur hi qui ſpiritum ſanctum acceperunt ſicut & nos? Et iuſſit eos baptizari in nomine domini noſtri Ieſù Chriſti. **A**lleluia. ℣. Loquebantur varijs linguis apoſtoli magnalia Dei. **A**lleluia. ℣. Veni ſancte ſpiritus reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende. **Sequentia.** Veni ſancte ſpiritus: & emitte célitus: lucis tuę radiuꝫ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.iij.




IN illo tempore: Dixit Ieſus Nicodemo. Sic deus dilexit mundũ: vt filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat: ſed habeat vitam ęternam. Non enim miſit deus filium ſuum in mundum: vt iudicet mundum: ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autem non credit:

iam iudicatus eſt: quia non cre-
dit in nomine vnigéniti filij Dei.
Hoc eſt autem iudicium: quia
lux venit in mundum: ⁊ dilexe-
runt homines magis ténebras,
quam lucem. Erant enim eorum
mala opera. Omnis enim qui
male agit, odit lucem: ⁊ non ve-
nit ad lucem: vt non arguantur
opera eius. Qui autem facit ve-
ritatem, venit ad lucem: vt ma-
nifeſtentur opera eius: quia in
Deo ſunt facta. Credo. Offer.
Intónuit de cęlo dominus: ⁊ altiſſi-
mus dedit vocem ſuam: ⁊ apparuerunt
fontes aquarum. Allelúia. Secreta.
PRopitius quęſumus domi-
ne, hęc dona ſanctifica: ⁊ ho-
ſtię ſpiritalis oblatione ſuſcepta,
noſmetipſos tibi pérfice munus
ęternum. Per domi. Commu.
Spiritus ſanctus docebit vos, alle-
luia: quęcúnq; dixero vobis, alleluia,
alleluia. Poſtcommunio.
ADeſto domine quęſumus
populo tuo: ⁊ quem myſte-
rijs cęleſtibus imbuiſti, ab hó-
ſtium furore defende. Per do.
¶ Feria tértia: Statio ad ſan-
ctum Anaſtaſium. Introitus.



Ccipite iucú-
ditatem glo-
rię veſtrę, alle-
luia: gratias
agẽtes Deo,
all'a: qui vos
ad cęleſtia re-
gna vocauit.
Alleluia, alleluia, alleluia. Ps.
Atténdite popule meus legem meam:
inclinate aurem veſtram in verba oris
mei. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſan-
cto. Sicut erat in principio. Oratio.
ADſit nobis quęſumus do-
mine virtus ſpiritus ſan-
cti: quę ⁊ corda noſtra clementer
expúrget, ⁊ ab omnibus tueátur
aduerſis. Per. in vnitate eiuſdẽ.
Lectio Actuū Apoſtolorū. viij.
IN diebus illis: Quum audiſ-
ſent apoſtoli qui erant Jeroſó-
lymis, quia recepit Samaria ver-
bum Dei: miſerunt ad eos Pe-
trum ⁊ Joannem. Qui quum ve-
niſſent, orauerunt pro ipſis: vt
acciperent ſpiritū ſanctū. Non-
dum enim in quenquā illorum
vénerat: ſed baptizati tantū erát
in nomine domini Jeſu. Tunc
imponebant manus ſuper illos:
⁊ accipiebant ſpiritum ſanctum.
Alleluia. ℣. Spiritus ſanctus docebit
vos quęcunq; dixero vobis. All'a. ℣.
Ueni ſancte ſpiritus, reple tuorū corda
fideliū: ⁊ tui amoris in eis ignẽ accẽde.
Sequentia. Ueni ſancte Spi.
Secundum Joannem. x.



IN illo
tẽpore:
Dixit Je-
ſus phari-
ſeis. Amẽ
amen di-
co vobis:
qui nõ in-
trat per
óſtium in ouíle óuium, ſed aſcen-
dit aliunde: ille fur eſt ⁊ latro.
Qui

Qui aũt intrat per oſtium, paſtor eſt ouium. Huic oſtiarius aperit: ⁊ oues vocẽ eius audiunt: ⁊ proprias oues vocat nominatim, ⁊ educit eas. Et quum proprias oues emiſerit, ante eas vadit: ⁊ oues illũ ſequuntur, quia ſciunt vocẽ eius. Alienum autem non ſequuntur, ſed fugiũt ab eo: quia non nouerunt vocẽ alienorum. Hoc prouerbiũ dixit eis Ieſus. Illi aũt nõ cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterũ Ieſus. Amen amen dico vobis: quia ego ſum oſtiũ ouiũ. Omnes quotquot ante me venerunt, fures fuerunt ⁊ latrones: ſed nõ audierũt eos oues. Ego ſum oſtiũ. Per me ſi quis introierit, ſaluabitur: ⁊ ingredietur ⁊ egredietur, ⁊ paſcua inueniet. Fur nõ venit, niſi vt furetur, ⁊ mactet, ⁊ perdat. Ego veni, vt vitam habeant, ⁊ habundantius habeant. Credo. Offer.

Portas celi aperuit dominus: ⁊ pluit illis manna, vt ederent: panem celi dedit illis: panem angelorum manducauit homo, alleluia. Secreta.

Purificet nos queſumus domine muneris pñtis oblatio, ⁊ ſacra participatione dignos efficiat. Per do. Cõmu.

Spiritus qui a patre procedit allũa: ille me clarificabit, alleluia, allũa. Poſtcõ.

Mentes noſtras queſumus domine ſpiritus ſanctus diuinis reparet ſacramẽtis: quia ipſe eſt remiſſio omnium peccatorum. Per. in vnitate eiuſdem.

Feria quarta: Statio ad ſanctam Mariam Maiorẽ. Introi.


Eus dum egredereris coram populo tuo, alleluia: iter faciẽs eis alleluia: habitãs in illis, alleluia, alleluia, alleluia. Ps. Exurgat deus, ⁊ diſſipentur inimici eius, ⁊ fugiant qui oderunt eum a facie eius. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat.

Deinde Sacerdos dicit Orẽmꝰ. Non dicitur Flectamus genua.

Mentes noſtras queſumus domine paraclitꝰ qui a te procedit illuminet: ⁊ inducat in omnẽ, ſicut tuus promiſit filius, veritatem. Qui tecũ. In vnitate eiuſdẽ. Cantatur in tono ꝓphetie.

Lectio actuum Apoſtolorum.ij.

In diebus illis: Stans Petrus cum vndecim leuauit vocem ſuam, ⁊ locutus eſt eis. Viri Iudei, ⁊ qui habitatis Ieruſalẽ vniuerſi: hoc vobis notum ſit: ⁊ auribus percipite verba mea. Non enim ſicut vos exiſtimatis, hi ebrij ſunt: quum ſit hora diei tertia: ſed hoc eſt, quod dictum eſt per prophetam Ioel. Et erit in nouiſſimis diebus, dicit dominus: effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, ⁊ prophetabunt filij veſtri, ⁊ filie veſtre. Iuuenes veſtri viſiones videbunt, ⁊ ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt. Et quidem ſuper ſeruos meos, ⁊ ſuper ancil-

ancillas meas, in diebus illis ef-
fundaꝫ de ſpiritu meo, ⁊ pꝛophe-
tabunt: ⁊ dabo pꝛodigia in cęlo
ſurſum, ⁊ ſigna in terra deoꝛſum,
ſanguinem ⁊ ignem, ⁊ vapoꝛem
fumi. Sol conuertetur in tene-
bꝛas, ⁊ luna in ſanguinem: ante-
quam veniat dies domini ma-
gnus ⁊ manifeſtus. Et erit om-
nis quicũqꝫ inuocáuerit nomen
domini, ſaluus erit. Alleluia. ℣.
Verbo domini cęli firmati ſunt: ⁊ ſpi-
ritu oꝛis eius omnis virtus eoꝛum.
Hic dicit̃ Gloꝛia in excelſis deo.
Poſtea ſequitur. Dñs vobiſcũ.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oꝛatio.
Preſta queſumus omnipo-
tens ⁊ miſericoꝛs deus, vt
ſpiritus ſanctus aduéniens: tem
plum nos gloꝛię ſuę, dignanter
inhabitando perficiat. Per. in
vnitate eiuſdẽ. Ab hac die vſqꝫ
ad Dominicam ſequentem poſt
oꝛationeꝫ dici dicit̃. oꝛõ Eccleſię
tuę. vel Deus omniuꝫ fidelium.
Lectio actuuꝫ Apoſtoloꝛũ. v. ca.
In diebus illis: Per manus au
tem apoſtoloꝛuꝫ fiebant ſigna
⁊ pꝛodigia multa in plebe, ⁊ erãt
vnanimiter omnes ĩ pórticu Sa
lomonis. Ceteroꝛum autem ne-
mo audebat ſe coniungere illis:
ſed magnificabat eos populus.
Magis auteꝫ augebatur creden
tiuꝫ in domino multitudo viro-
rum ac mulierũ: ita vt in plateas
eiicerent infirmos: ⁊ ponerent in
léctulis ⁊ grabátis: vt veniente
Petro, ſaltẽ vmbꝛa illius obum-
bꝛaret quemquã illoꝛum, ⁊ libe-
rarentur ab infirmitatibus ſuis.
Concurrebant autem ⁊ multitu-
do vicinarum ciuitatum Jeruſa
lém: afferentes ęgros, ⁊ vexatos
á ſpiritibus immundis: qui cu-
rabatur omnes. Alleluia. ℣. Veni
ſancte ſpiritus, reple tuoꝛum coꝛda fide
lium: ⁊ tui amoꝛis in eis ignẽ accende.
Secundum Joannem. vj. Cap.



In illo tẽpoꝛe: Dixit Je
ſus diſci
pulis ſu
is: Nemo
pót veni
re ad me:
niſi pater,
qui miſit me, traxerit eum: ⁊ ego
reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die.
Eſt ſcriptũ in pꝛophetis. Et erũt
omnes docibiles Dei. Omnis
qui audit á patre ⁊ didicit, venit
ad me. Non quia patrem vidit
quiſquã: niſi is qui eſt á Deo: hic
vidit patrem. Amen amen dico
vobis: qui credit in me, habet vi-
tam ęternã. Ego ſum panis vitę.
Patres veſtri manducauerunt
manna in deſerto, ⁊ moꝛtui ſunt.
Hic eſt panis de cęlo deſcendẽs,
vt ſiquis ex ipſo manducáuerit,
non moꝛiatur. Ego ſum panis
viuus, qui de cęlo deſcendi. Si-
quis manducauerit ex hoc pa-
ne, viuet in ęternũ, ⁊ panis quem
ego dabo, caro mea eſt, pꝛo mun
di vita. Credo. Offertoꝛium.
Medita-

Meditabor in mandatis tuis quę dilexi valde: ⁊ leuabo manus meas ad mādata tua quę dilexi. Alleluia. Secreta.

Accipe quęſumus domine munus oblatum, ⁊ dignanter operare: vt quod myſterijs agimus, pijs effectibus celebremus. Per dominū. Cōmunio.

Pacem meam do vobis, alleluia: pacē relinquo vobis, all'a, all'a. Poſtcōio.

Sumentes domine cęleſtia ſacramenta, quęſumus clementiam tuā: vt quod temporaliter gerimus: ęternis gaudijs conſequamur. Per dnm noſtrum.

Feria v. Statio ad ſanctum Laurentium. Introitus.



Piritus domini repleuit orbē terrarum, alleluia: ⁊ hoc, quod continet omnia, ſcientiā habet vocis, alleluia alleluia all'a. ps. Omnium eſt enim artifex: omnem habens virtutem: omnia proſpiciens. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

Deus qui hodierna die corda fidelium ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere: ⁊ de eius ſemper cōſolatione gaudere. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtū filiū tuū. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdē.

Lectio actuum Apoſtolorū. viij.

In diebus illis: Philippus deſcendens in ciuitatem Samarię, prędicabat illis Chriſtū. Intendebant autem turbę his, quę a Philippo dicebantur, vnanimiter audientes: ⁊ vidētes ſigna quę faciebat. Multi enim eorū qui habebant ſpiritus immundos, clamantes voce magna exibant. Multi autem paralytici ⁊ claudi curati ſunt. Factum eſt ergo gaudium magnum in illa ciuitate. Alleluia. ℣. Emitte ſpiritum tuum, ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciem terrę. Alleluia. ℣. Ueni ſancte Spiritus, reple tuorum corda fideliū: ⁊ tui amoris in eis ignem accende.

Secundum Lucam. ix. Cap.



In illo tēpore: Cōuocatis Jeſus duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutē, ⁊ poteſtatē ſuper omnia dęmonia: ⁊ vt languores curarēt: ⁊ miſit illos prędicare regnum Dei, ⁊ ſanare infirmos: ⁊ ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neque virgam, neqȝ peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quamcunque domum intraueritis, ibi manete: ⁊ inde ne exeatis. Et quicunque non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum veſtrorū excutite in teſtimoniū ſuper illos. Egreſſi autē, circuibant per caſtella, euangelizantes, ⁊ curātes vbiqȝ. Offertoriū.

Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis: á templo tuo, quod eſt in Jeruſalém: tibi ófferent reges munera. Alleluia. Secreta.

MUnera quęſumus domine obláta ſanctifica: ⁊ corda noſtra ſancti Spiritus illuſtratione emũda. Per dominũ. in vnitate eiuſdem. Cõmunio.

Factus eſt repẽte de cęlo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis, vbi erant ſedẽtes, alleluia: ⁊ repleti ſunt oẽs Spiritu ſancto loquentes magnalia Dei, alleluia alleluia. Poſtcommunio.

SAncti ſpiritus domine corda noſtra mundet infuſio: ⁊ ſui roris intima aſperſione fęcũdet. Per dominum. in vnitate eiuſd.

¶ Feria vj. Statio ad ſanctos duodecim apoſtolos. Introitus.

REpleat̃ os meũ laude tua, alleluia: vt poſſim cantare, alleluia: gaudebunt labia mea dũ cantauero tibi, alleluia, alleluia. ps. In te domine ſperaui, non confundar in ęternum: in iuſtitia tua libera me, ⁊ éripe me. ℣ Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

DA quęſum⁹ eccleſię tuę miſericors Deus: vt ſancto ſpiritu congregata: hoſtili nullatenus incurſione turbetur. Per dominum. in vnitate eiuſdem.

Lectio Joelis prophetę. ij. cap.

HAec dicit dominus Deus. Exultate filię Sión, ⁊ lętamini in domino deo veſtro: qui dedit vobis doctorem iuſtitię, ⁊ deſcendere faciet ad vos imbrẽ matutinum, ⁊ ſerótinum, ſicut á principio: ⁊ implebũtur arcę frumento: ⁊ redundábunt torculária vino, ⁊ óleo: ⁊ comedétis veſcentes, ⁊ ſaturabimini: ⁊ laudabitis nomen domini dei veſtri: qui fecit vobiſcum mirabilia: ⁊ nõ confundetur populus meus in ſempiternum: ⁊ ſciétis quia in medio Iſraél ego ſum: ⁊ ego dñs deus veſter, ⁊ non eſt amplius: ⁊ nõ confundetur populus meus in ęternum: ait dominus omnipotens. Alleluia. ℣. O quám bonus ⁊ ſuauis eſt domine ſpiritus tuus in nobis. Alleluia. ℣. Ueni ſancte ſpiritus, reple tuorum corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignem accende.

Secundum Lucam. v. cap.



IN illo tẽpore: Factũ eſt i vna dierum: ⁊ Jeſus ſedebat docẽs: ⁊ erãt phariſęi ſedẽtes, ⁊ legis doctores: qui vénerãt ex omni caſtello Galilęę ⁊ Judęę, ⁊ Jeruſalém: ⁊ virtus domini erat ad ſanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominẽ, qui erat paralyticus: ⁊ quęrebãt eum inferre, ⁊ pónere ante eum: ⁊ non inuenientes qua parte illũ

inférrent

inferrent pre turba: aſcenderunt ſupra tectum: ⁊ per tegulas ſubmiſerunt illum cum lecto in medium ante Jeſum. Quorum fidem vt vidit, dixit. Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt cogitare ſcribe ⁊ phariſei dicentes. Quis eſt hic, qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus deus? Et cognouit autem Jeſus cogitationes eorum: reſpondens dixit ad illos. Quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius dicere: dimittūtur tibi peccata tua: an dicere, ſurge ⁊ ambula? Et ſciatis autem, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata: ait paralytico. Tibi dico: ſurge, tolle lectum tuum, ⁊ vade in domum tuam. Et confeſtim ſurgens coram illis, tulit lectum in quo iacebat: ⁊ abijt in domum ſuam, magnificans deum. Et ſtupor apprehēdit omnes: ⁊ magnificabant deum: ⁊ repleti ſunt timore dicētes: quia vidim⁹ mirabilia hodie. Credo. Offer. Lauda anima mea dn̄m: laudabo dominū in vita mea: pſallam deo meo quandiu ero, alleluia. Secreta. Sacrificia domine tuis oblata conſpectibus, ignis ille diuinus aſſumat: qui diſcipulorum Chriſti filij tui per ſpiritum ſanctū corda ſuccendit. Per eundē. in vnitate eiuſdem. Cōmunio. Non vos relinquam orphanos: veniā ad vos iterum, alleluia: ⁊ gaudebit cor veſtrum, alleluia alleluia. Poſtcōio. Sumpſimus domine ſacri dona myſterij humiliter deprecantes: vt que in tui commemorationem nos facere precepiſti: in noſtre proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis ⁊ regnas.

¶ Sabbatho: Statio ad ſanctum Petrum. Introitus.



Arita; dei diffuſa eſt in cordib⁹ vr̄is, allelu. per inhabitantē ſpiritū ei⁹ i vobis, allelu. allel. Ps. Benedic aīa mea dn̄o: ⁊ oīa q̄ intra me ſunt nomini ſancto eius. ℣. Gloria. Deinde Kyrie. Orationes ſubſcripte dicuntur ſine Flectamus genua. Oratio.

Mentibus noſtris queſum⁹ domine ſpiritum ſanctum benignus infunde: cuius ⁊ ſapiētia conditi ſumus, ⁊ prouidentia gubernamur. Per dominum. in vnitate eiuſdem. Prophetia i. Lectio Joelis prophete. ij. cap.

Hec dicit dominus deus: Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem: ⁊ prophetabunt filij veſtri, ⁊ filie veſtre. Senes veſtri ſomnia ſōniabunt: ⁊ iuuenes veſtri viſiones videbunt. Sed ⁊ ſuper ſeruos meos, ⁊ ancillas meas in diebus illis effundam de ſpiritu meo: ⁊ dabo prodigia in celo ſurſum: ⁊ ſigna in terra deorſum: ſanguinem ⁊ ignem ⁊ vaporem fumi. Sol cōuerte-

uertetur in tenebras, ⁊ luna in ſanguinem: antequã veniat dies domini magnus ⁊ horribilis. Et erit: omnis quicumque inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Alleluia. ℣. Spirit⁹ eſt qui viuificat: caro autem nõ prodeſt quicquã. Orõ.

Illo nos igne queſumus domine Spiritus ſanctus inflãmet: quem dominus noſter Jeſus Chriſtus miſit in terrã: ⁊ voluit vehementer accendi. Qui tecũ viuit ⁊ reg. in vnitate eiuſdẽ.

Prophetia ii. L. li. Leuitici xxiii.

In diebus illis: Locutus eſt dominus ad Moyſẽ dicens. Loquere filijs Iſrael, ⁊ dices ad eos. Quum ingreſſi fueritis terram, quam ego dabo vobis: ⁊ meſſueritis ſegetem, feretis manipulos ſpicarum, primitias meſſis veſtrę ad Sacerdotem: qui eleuabit faſciculum coram domino, vt acceptabilis ſit pro vobis altero die ſabbathi: ⁊ ſanctificabit illum. Numerabitis ergo ab ipſo die, in quo obtuliſtis manipulos primitiarum: ſeptem hebdomadas plenas vſque ad alterã diem expletionis hebdomadę ſeptimę: ⁊ ſic offeretis ſacrificium nouum domino ex omnibus habitaculis veſtris: panes primitiarum duos de duabus decimis ſimilę, quos eleuabit Sacerdos coram domino. Quumque eleuauerit eos Sacerdos cum panib⁹ primitiarum coram dño, cedent in vſum eius: ⁊ vocabitis hũc diẽ celeberrimũ atque ſanctiſſimũ. Omne opus ſeruile non facietis in eo. Legitimum ſempiternum erit in cunctis habitaculis, ⁊ generationibus veſtris, dicit dñs omnipotẽs. Alleluia. ℣. Spiritus eius ornauit celos. Orem⁹. Oratio.

Deus qui ad aĩarũ medelã, ieiunij deuotione caſtigari corpora precepiſti: cõcede nobis propitius, ⁊ mente, ⁊ corpore ſemper tibi eſſe deuotos. Per.

Prophetia iij. L. li. Deute. xxvj.

In dieb⁹ illis: Dixit Moyſes. Audi Iſrael quę ego precipio tibi hodie. Quum intraueris terrã, quã dñs deus tuus tibi daturus eſt poſſidedã, ⁊ obtinueris eã, atque habitaueris in ea: tolles de cũctis frugib⁹ tuis primitias, ⁊ pones ĩ cartallo: pgenſque ad locũ quem dñs deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomen eius: acceſeſq; ad Sacerdotẽ, qui fuerit in diebus illis, dices ad eũ. Profiteor hodie coram dño Deo tuo, qui exaudiuit nos, ⁊ reſpexit humilitatem noſtrã, ⁊ laborẽ, atque anguſtias: ⁊ eduxit nos de Aegypto in manu forti, ⁊ brachio extẽto, ingẽtiq; pauore, ĩ ſignis atq; portentis: ⁊ introduxit ad locum iſtum: ⁊ tradidit nobis terram lacte, ⁊ melle manantem. Et iccirco nunc offero primitias frugũ terrę, quam dominus deus tuus dedit mihi. Et dimittes eas in conſpectu domini dei tui: ⁊ adorato domino deo tuo, epulaberis

ris in omnibus bonis: quę dñs deꝰ tuus déderit tibi. Alleluia. ℣. Dum cõplerentur dies Pentecóſtes: erant omnes páriter dicentes. Oratio.

Pręſta quęſumus omnipotens deus: vt ſalutáribus ieiunijs erudíti: ab omnibus etiã vitijs abſtinentes: propitiationẽ tuam facilius impetremꝰ. Per.

Prophetia iiij. Lcõ li. Leui. xxvj.

IN diebus illis: Dixit dominus ad Moyſén. Lóquere filijs Iſrael: ꝛ dices ad eos. Si in pręceptis meis ambulauéritis: ꝛ mandata mea cuſtodiéritis, ꝛ fecéritis ea: dabo vobis pluuias temporibus ſuis, ꝛ terra gignet germen ſuum, ꝛ pomis arbores replebuntur. Apprehendet meſſium tritura vindémiã, ꝛ vindémia occupabit ſementem, ꝛ comedetis panem veſtrum in ſaturitate, ꝛ abſque pauore habitabitis in terra veſtra. Dabo pacem in finibus veſtris: dormietis, ꝛ non erit qui extérreat. Auferam malas beſtias á vobis, ꝛ gladius non tranſibit términos veſtros. Perſequémini inimicos vr̃os, ꝛ córruent coram vobis. Perſequentur quinque de veſtris, centum alienos, ꝛ centum ex vobis, decem milia. Cadent inimici veſtri in conſpectu veſtro, gladio. Reſpíciam vos: ꝛ créſcere faciã. Multiplicabímini: ꝛ firmabo pactum meum vobíſcum: ꝛ comedétis vetuſtíſſima véterum: ꝛ nouis ſuperueniẽtibꝰ, vétera proijciétis. Ponam tabernaculum meũ in medio veſtri, ꝛ non abijciet vos vltra anima mea. Ambulabo inter vos, ꝛ ero veſter deus: voſq; éritis populus meꝰ: dicit dominus omnipotens. Alleluia. ℣. Veni ſancte ſpiritus, reple tuorum corda fidelium: ꝛ tui amoris in eis ignem accénde. Oratio.

Pręſta quęſumus omnipotens deus, ſic nos ab épulis carnalibus abſtinére: vt á vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per dominum. Prophetia. v. Lectio Danielis prophetę. iij.

IN diebus illis: Angelus domini deſcendit cum Azaria ꝛ ſocijs eius in fornacem, ꝛ excuſſit flammam ignis de fornace, ꝛ fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem. Flamma autem diffuſa eſt ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem, ꝛ incéndit quos répperit iuxta fornacem de Chaldęis miniſtros regis: qui eã incendébant. Illos autẽ omnino non tétigit ignis, neq; contriſtauit: nec quicquam moléſtię intulit. Tũc hi tres quaſi ex vno ore laudabant, ꝛ glorificabant ꝛ benedicebant Deũ in fornace dicẽtes. Alleluia. ℣. Benedictus es domine deus patrum noſtrorum: ꝛ laudábilis in ſecula. Finito hoc verſu dicit̃ Gloria i excelſis. Sequitur Dñs vobíſcum. Oratio.

DEus qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium: concede propitius: vt nos famulos

mulos tuos non exurat flamma
vitiorum. Per dominum no-
ſtrum Jeſum Chriſtum filium.
Lectio epiſtolę beati Pauli apo
ſtoli ad Romanos. v. Cap.
FRatres: Juſtificati ex fide,
pacem habeamus ad deum:
per dominum noſtrum Jeſum
Chriſtum: per quem ⁊ acceſſum
habemus per fidem in gratiam
iſtam in qua ſtamus, ⁊ gloria-
mur in ſpe glorię filiorum Dei.
Non ſolùm autem: ſed ⁊ gloria-
mur in tribulationibus: ſcien-
tes ꝙ tribulatio patientiam ope
ratur: patientia autem probatio-
nem: probatio verò ſpem: ſpes
autem non confundit: quia cari-
tas Dei diffúſa eſt in cordibus
noſtris, per ſpiritum ſanctum,
qui datus eſt nobis. Tractus.
Laudate dñm omnes gentes: ⁊ collau
date euz omnes populi. ℣. Quoniam
confirmata eſt ſuper nos miſericordia
eius: ⁊ veritas dñi manet in ęternum.
Secundum Lucam. iiii. Cap.



IN illo
tempo-
re: Sur-
gens Je-
ſus de ſy-
nagoga,
introiuit
in domũ
Simóis.
Socrus autem Simonis tene-
batur magnis fébribus: ⁊ roga-
uerunt illum pro ea: ⁊ ſtans ſu-
per illam imperauit febri: ⁊ di-
miſit illam: ⁊ continuò ſurgens
miniſtrabat illis. Quum ſol au-
tem occidiſſet: omnes qui ha-
bebant infirmos varijs langu-
ribus: ducebant illos ad Jeſum.
At ille ſingulis manus impó-
nens, curabat eos. Exibant au-
tem dęmónia à multis claman-
tia ⁊ dicentia: quia tu es filius
Dei. Et increpans non ſinébat
ea loqui: quia ſciebant ipſum eſ-
ſe Chriſtum. Facta autem die,
egreſſus ibat in deſertum locuz,
⁊ turbę requirebant eum, ⁊ ve-
nerunt vſque ad ipſum, ⁊ detine-
bant illum, ne diſcéderet ab eis.
Quibus ille ait: quia ⁊ alijs ciui-
tatibuſ oportet me euangelizare
regnum Dei: quia ad hoc miſſuſ
ſum. Et erat prędicans in ſyna-
gógis Galilęę. Credo. Offert.
Domine deus ſalutis meę, in die cla-
maui ⁊ nocte corã te: intret oratio mea
in cõſpectu tuo dñe, alleluia. Secre.
VT accepta tibi ſint domi-
ne noſtra ieiunia: pręſta no
bis quęſumus, huius munere ſa
cramenti, purificatum tibi pe-
ctus offérre. Per dominum no
ſtrum Jeſuz Chriſtum. Cómu.
Spiritus vbi vult ſpirat: ⁊ vocẽ ei⁹ au-
dis, allꝰa: ſed neſcis vnde veniat, aut quo
vadat, allꝰa, allelúia, allelúia. Poſtcó.
PRębeant nobis domine di-
uinum tua ſancta feruorez:
quo eorum pariter ⁊ actu dele-
ctemur ⁊ guſtu. Per dominum
noſtrum Jeſuz Chriſtum filium
tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat.

In feſto Sanctiſſimę Trinitatis. Introitus.



Benedicta ſit ſancta Trinitas, atq; indiuiſa vnitas: cõfitebimur ei: quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. Ps. Benedicamus patrem ⁊ filiu; cum ſancto ſpiritu: laudemus ⁊ ſuperexaltemus eum in ſecula. ℣. Gloria patri. Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne deus: qui dediſti famulis tuis in confeſſione verę fidei, ęternę Trinitatis gloriã agnóſcere: ⁊ in potentia maieſtatis, adorare vnitatẽ: quęſumus: vt eiuſdem fidei firmitate, ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Per do.

Epiſtola ad Romanos. xj.

Fratres. O altitudo diuitiarũ ſapiẽtię ⁊ ſciẽtię Dei: quã incomprehenſibilia ſunt iudicia eius: ⁊ inueſtigabiles vię eius. Quis enim cognouit ſenſum domini? aut quis conſiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi: ⁊ retribuet ei? Quoniã ex ipſo, ⁊ per ipſum, ⁊ in ipſo ſunt omnia. Ipſi gloria in ſecula, amen. Gradua.

Benedictus es domine: qui intuéris abyſſos: ⁊ ſedes ſuper Cherubim. ℣. Benedictus es domine in firmamento cęli: ⁊ laudabilis in ſecula. Alleluia. ℣. Benedictus es domine deus patrum noſtrorum: ⁊ laudabilis in ſecula.

Secundum Joannem. iii.



In illo tempore: Erat homo ex phariſęis Nicodémus nomine: princeps Judęorum. Hic venit ad Jeſum nocte: ⁊ dixit ei: Rabbí, ſcimus quia á Deo veniſti magiſter. Nemo enim poteſt hęc ſigna facere, quę tu facis: niſi fuerit deus cum eo. Reſpõdit Jeſus, ⁊ dixit ei. Amén amén dico tibi: niſi quis natus fuerit dénuo, non poteſt videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodémus. Quomodo poteſt homo naſci, quum ſit ſenex? Nunquid poteſt in ventrem matris ſuę iterato introire, ⁊ renáſci? Reſpondit Jeſus. Amén amén dico tibi: niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Quod natum eſt ex carne, caro eſt: ⁊ quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Non miréris quia

dixi

dixi tibi: opoꝛtet vos naſci deńuo. Spiritus vbi vult ſpirat: ⁊ vocem eius audis: ſed neſcis vnde véniat, aut quò vadat. Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu. Reſpondit Nicodémus, ⁊ dixit ei. Quomodo poſſunt hęc fieri? Reſpondit Jeſus, ⁊ dixit ei. Tu es magiſter in Jſraél: ⁊ hęc ignoras? Amén amén dico tibi: quia quod ſcimus lóquimur: ⁊ quod vidimus teſtamur: ⁊ teſtimoniũ noſtrum non accípitis. Si terrena dixi vobis, ⁊ non créditis: quomodo ſi dixero vobis cęleſtia credétis? Et nemo aſcendit in cęlum, niſi qui de cęlo deſcendit: filius hominis, qui eſt in cęlo. Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltári opoꝛtet filium hominis: vt omnis qui credit in ipſum non péreat: ſed habeat vitam ęternam.

Credo in vnum Deum. **Offer.**

Benedictus ſit deus pater ingenitus, vnigenituſqꝫ Dei filius, ſanctus quoqꝫ ſpiritus: quia fecit nobiſcum miſericoꝛdiam ſuam.

Secreta.

SAnctifica quęſumus domine deus noſter per tui ſancti nominis inuocationem, huius oblationis hóſtiam: ⁊ per eam noſmetipſos tibi pérfice munus ęternum. Per dominum noſtrum.

Prefatio. Aeterne Deus. Qui cũ ńr vnigenito. **Communio.**

Benedicimus Deũ cęli: ⁊ corã omnibus viuentibus cõfitébimur ei: quia fecit nobiſcũ miſericoꝛdiã ſuã. **Poſtcõ.**

PRoficiat nobis ad ſalutem coꝛpoꝛis ⁊ animę, domine Deus noſter, huius ſacramenti ſuſcéptio: et ſempiternę ſanctę Trinitatis, eiuſdemqꝫ indiuiduę vnitatis confeſſio. Per dominũ noſtrum Jeſum Chꝛiſtũ filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat.

Dominica prima poſt Pentecoſtes. Introitus.

DOmine i tua miſericoꝛdia ſperaui: exultauit coꝛ meum in ſalutari tuo: cantabo domino, qui bona tribuit mihi. **Ps.** Uſquequo domine obliuiſceris me in finem: vſquequo auertis faciem tuam a me. **℣.** Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui. **Oratio.**

DEus in te ſperantium foꝛtitudo: adéſto pꝛopitius inuocationibus noſtris: ⁊ quia ſine te nihil poteſt moꝛtalis infirmitas: pꝛęſta auxilium gratię tuę: vt in exequendis mandatis tuis, ⁊ voluntate tibi, ⁊ actione placeamus. Per dominum noſtrum.

Lectio epiſtolę beati Joannis Apoſtoli.j. Cap.iiij.

CHariſſimi: Deus caritas eſt. Jn hoc appáruit caritas Dei in nobis: quoniam filium ſuum vnigénitum miſit deus in mundum: vt viuamus per eum. Jn hoc eſt caritas: nõ quaſi nos dilexérimus Deũ: ſed quoniã ipſe pꝛioꝛ dilexit nos: ⁊ miſit filiũ ſuũ pꝛopitiationẽ pꝛo peccatis nr̃is.

Cariſſimi,

Cariſſimi, ſi ſic deus dilexit nos, ꝛ nos debemus inuicem diligere. Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem: deus in nobis manet, ꝛ caritas eius in nobis perfecta eſt. In hoc intelligimus: quoniam in eo manemus, ꝛ ipſe in nobis: quoniá de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus ꝛ teſtificámur: quoniã pater miſit filium ſuum Saluatorem mundi. Quiſquis confeſſus fuerit, quoniam Ieſus eſt filius Dei: Deus in eo manet, ꝛ ipſe in Deo. Et nos cognóuimus, ꝛ credídimus caritati, quam habet deus in nobis. Deus caritas eſt, ꝛ qui manet in caritate, in Deo manet, ꝛ deus in eo. In hoc perfecta eſt caritas Dei nobiſcũ, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia ſicut ille eſt, ꝛ nos ſumus in hoc mundo. Timoꝛ non eſt in caritate: ſed perfecta caritas foꝛas mittit timoꝛem: quoniam timoꝛ pęnam habet. Qui autem timet, non eſt perfectus in caritate. Nos igitur diligamus Deum: quoniá deus pꝛioꝛ dilexit nos. Si quis dixerit quoniam diligo Deum, ꝛ fratrem ſuum óderit: mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum quem videt: Deum quem non videt, quomodo poteſt diligere? Et hoc mandatum habemus á Deo: vt qui diligit Deum: diligat ꝛ fratrem ſuum. Gradua.

Ego dixi, domine miſerere mei: ſana animam meam: quia peccaui tibi. ℣. Beatus qui intelligit ſuper egénum ꝛ páuperẽ: in die mala liberabit eũ dñs. Alleluia. ℣. Verba mea auribus pércipe domine: intéllige clamoꝛẽ meum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. xvj. Cap.



In illo tépoꝛe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hãc. Homo quidam erat diues, ꝛ induebatur púrpura ꝛ byſſo: ꝛ epulabaẗ quotidie ſplendide: ꝛ erat quidam mendicus nomine Lázarus, qui iacébat ad iánuam eius vlcéribus plenus: cupiens ſaturari de micis quę cadebant de menſa diuitis: ꝛ nemo illi dabat. Sed canes veniebant, ꝛ lingébant úlcera eius. Factum eſt autem vt moꝛeretur mendicus, ꝛ poꝛtaretur ab angelis in ſinum Abꝛahę. Moꝛtuus eſt autem ꝛ diues: ꝛ ſepultus eſt in inferno. Eleuans autem oculos ſuos, quum eſſet in toꝛmentis, vidit Abꝛahám á longe, ꝛ Lázarum in ſinu eius, ꝛ ipſe clamans dixit. Pater Abꝛahám miſerere mei: ꝛ mitte Lázarum, vt intíngat extremum digiti ſui in aquam: vt refrigeret linguam meam, quia crucioꝛ in hac flamma. Et dixit illi Abꝛahám. Fili recoꝛdare, quia recepiſti

recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Nunc autem hic conſolatur: tu veró cruciaris. Et in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum eſt: vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint: neq; inde huc tranſmeáre. Et ait. Rogo ergo te pater: vt mittas eum in domum patris mei (habeo enim quinque fratres) vt teſtetur illis: ne & ipſi véniant in hunc locum tormentorũ. Et ait illi Abrahám. Habent Moyſén & prophetas: audiant illos. At ille dixit. Non, pater Abrahám: ſed ſiquis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi. Si Moyſén & prophetas non audiunt: neq; ſiquis ex mortuis reſurréxerit, credét. Credo. Offer.

Intende voci orationis meę rex meus & deus meus: quoniam ad te orabo domine. Secreta.

Hoſtias noſtras domine tibi dicatas quęſumus placatus aſſume, & ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat. Commu.

Narrábo omnia mirabilia tua: lętabor & exultabo in te: pſállam nomini tuo altiſſime. Poſtcommunio.

Tantis domine repleti muneribus: pręſta quęſumus: vt & ſalutaria dona capiamus: & á tua nunquam laude ceſſémus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiũ tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus.

In Tranſlatione S. Marci Euangeliſtæ. Oratio.

Deus qui glorioſa Beati Marci Euangeliſtę memoria nobis tuis famulis hodierna die largiri dignatus es, concede propitius: vt qui eius corporis tranſlationem venerando colimus, ipſius beatitudini te concedente adiungi mereamur. Per dominũ noſtrum. Secre.

His quęſumus domine muneribus intende placatus, & tribue ſupplicatione glorioſi Euãgeliſtę tui Marci nos á peccatis omnibus abſolui, & cęleſti gratia ditari. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ. Poſtcó.

Refecti vitalibus alimonijs quęſumus domine Deus noſter: vt intercedente Beato Marco Euangeliſta tuo, quod ore ſumpſimus, pura mente capiamus. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnit.

IN SOLENNITATE SACRATISSIMI

Corporis Christi. Introitus.



Cibauit eos ex ádipe frumẽti, alleluia: ⁊ de petra melle ſaturauit eos, alleluia, all'a, all'a. Ps. Exultate Deo adiutori noſtro: iubilate Deo Jacob. ℣. Gloria. Oro.

Deus qui nobis ſub ſacramento mirabili, paſſionis tuę memoriam reliquiſti: tribue queſum⁹, ita nos corporis ⁊ ſanguinis tui ſacra myſteria venerári: vt redemptionis tuę fructũ in nobis iugiter ſentiamus. Qui vi.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios. j. cap. xj.

Fratres: Ego accepi á dño quod ⁊ trádidi vobis: quoniã dñs Jeſus in qua nocte tradebatur accepit panẽ: ⁊ gratias agens, fregit ⁊ dixit. Accipite ⁊ manducate: hoc eſt corpus meũ: quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam cõmemorationem. Similiter ⁊ cálicem poſtquã cenauit dicẽs. Hic calix nouũ teſtamentũ eſt in meo ſanguine: hoc fácite quotienſcunq; ſumitis, in meã cõmemorationẽ. Quotienſcunq; enim manducábitis panẽ hunc, ⁊ calicem bibétis: mortem dñi annuntiábitis donec veniat. Itaq; quicunq; manducáuerit panem, vel bíberit calicem dñi indigne: reus erit corporis ⁊ ſanguinis domini. Probet autem ſeipſum homo, ⁊ ſic de pane illo edat, ⁊ de calice bibat. Qui enim mãdúcat ⁊ bibit indigne, iudiciũ ſibi mandúcat ⁊ bibit, nõ diiudicans corpus domini. Gradua.

Oculi omnium in te ſperant domine, ⁊ tu das illis eſcam in tempore opportúno. ℣. Aperis tu manuz tuam: ⁊ imples omne animal bñdictione. All'a. ℣. Caro mea vere eſt cibus: ⁊ ſanguis me⁹ vere eſt potus: qui mandúcat meã carnem, ⁊ bibit meũ ſanguinem in me manet, ⁊ ego in eo. Sequentia.

Lauda Sion Saluatorẽ: lauda ducẽ ⁊ paſtorẽ, in hymnis ⁊ canticis. Quantum potes tantum aude: quia maior omni laude: nec laudare ſufficis.

Laudis thema ſpecialis: panis viuus τ vitalis: hódie propónitur.
Quem in ſacrę menſa cenę: turbę fratrum duodenę: datum non ambigitur.
Sit laus plena, ſit ſonóra: ſit iucunda ſit decóra: mentis iubilatio.
Dies enim ſolennis ágitur: in qua menſe prima recólitur: huius inſtitutio.
In hac menſa noui regis: nouum paſcha nouę legis: phaſe vetus términat.
Vetuſtatem nóuitas: vmbram fugat veritas: noctem lux élíminat.
Quod in cęna Chriſtus geſſit: faciendum hoc expreſſit: in ſui memoriam.
Docti ſacris inſtitutis: panem vinum in ſalutis: conſecramus hoſtiam.
Dogma datur chriſtianis: quod in carnē tranſit panis: τ vinum in ſanguinem.
Quod non capis, quod non vides: animoſa firmat fides: pręter rerū ordinem.
Sub diuerſis ſpeciebus: ſignis tantū τ non rebus: latent res eximię.
Caro cibus, ſanguis potus: manet tamen Chriſtus totus: ſub vtraqꝫ ſpecie.
A ſumente non conciſus: non confractus non diuíſus: íntegre accipitur.
Sumit vnus, ſumunt mille: quantū iſti tantum ille: nec ſumptus conſúmitur.
Sumunt boni, ſumunt mali: ſorte tamen inęquali: vitę vel intéritus.
Mors eſt malis, vita bonis: vide paris ſumptionis: quàm ſit diſpar exitus.
Fracto demum ſacramento: ne vacilles ſed memento: tantum eſſe ſub fragmento: quantum toto tégitur.
Nulla rei fit ſciſſúra: ſigni tantum fit fractúra: qua nec ſtatus nec ſtatúra: ſignati minúitur.
Ecce panis angelorum: factus cibus viatorum: vere panis filiorum: non mittendus canibus.
In figuris pręſignatur: cum Iſaac immolatur: agnus paſchę deputatur: datur manna patribus.
Bone paſtor, panis vere: Ieſu noſtri miſerere: tu nos paſce nos tuére: tu nos bona fac videre: in terra viuentium.
Tu qui cuncta ſcis τ vales: qui nos paſcis hic mortales: tuos ibi commenſáles: cohęredes τ ſodáles: fac ſanctorum ciuium. Amen. Alleluia.

Secundum Joannem. vi. Cap.



In illo tépore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis et turbis Judęorū. Caro mea veré eſt cibus: τ ſanguis meus veré eſt potus. Qui manducat meam carnem, τ bibit meum ſanguinē, in me manet, τ ego in illo. Sicut miſit me viuens pater: τ ego viuo propter patrem: τ qui manducat me, τ ipſe viuet propter me. Hic eſt panis qui de cęlo deſcendit. Non ſicut manducauerunt patres veſtri manna, τ mortui ſunt. Qui manducat hunc panem, viuet in ęternum.

Credo in vnum Deum. Offer.
Sacerdotes ſancti incenſum et panes offerunt Deo: τ ideo ſancti erunt Deo ſuo, τ non pólluent nomen eius, allelúia. Secreta.
Eccleſię

Eccleſię tuę quęſumus domine vnitatis ⁊ pacis propitius dona concede: quę ſub oblatis muneribus myſticé deſignantur. Per dñm. Prefatio. Aeternę deus. Quia p incarnati verbi. Et dicitur per totam octauam. Communio. Quotienſcunqꝫ manducabitis panem hunc, ⁊ calicem bibetis: mortem domini annunciabitis donec veniat. Itaqꝫ quicunqꝫ manducauerit panem vel biberit calicem domini indigne: reus erit corporis ⁊ ſanguinis domini, alleluia. Poſtcõmu. Fac nos quęſumus domine diuinitatis tuę ſempiterna fruitione repleri, quã precioſi corporis ⁊ ſanguinis tui, temporalis perceptio prefigurat. Qui viuis, ⁊ regnas cum Deo patre, in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Si occurrerit feſtum infra octauam corporis Chriſti, transfertur poſt octauam, niſi fuerit duplex. Quia tunc fit de feſto cum commemoratione octauę: Item infra octauam corporis Chriſti fit idem officium Miſſę ſicut in die.

¶ Dñica.ij.poſt Pentec. Intr. Factus eſt dñs protector meus, ⁊ eduxit me in latitudineꝫ, ſaluũ me fecit quoniã voluit me. Ps. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meũ, ⁊ refugium meum, ⁊ liberator meus. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto, Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper. Oratio. Sancti nominis tui domine timorem pariter ⁊ amorem fac nos habere perpetuum, quia nunquam tua gubernatione deſtituis: quos in ſoliditate tuę dilectionis inſtituis. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti.

Lectio epiſtolę beati Joannis Apoſtoli.j.iij.Cap.

Chariſſimi: Nolite mirari ſi odit vos mundus. Nos ſcimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem ſuuꝫ, homicida eſt. Et ſcitis: quia omnis homicida non habet vitam ęternam in ſe manenteꝫ. In hoc cognouimus caritatem Dei: quoniam ille pro nobis animaꝫ ſuam poſuit, ⁊ nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit ſubſtantiã huius mundi, ⁊ viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, ⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo? Filioli mei, nõ diligam⁹ verbo, neqꝫ lingua: ſed opere, ⁊ veritate. Grad. Ad dominum cuꝫ tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me. ℣. Dñe libera animaꝫ meaꝫ a labijs iniquis, ⁊ a lingua doloſa. Alleluia. ℣. Domine deus meus in te ſperaui: ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me, ⁊ libera me.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.xiiij.Cap.



IN illo tépore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolá hác. Homo quidam fecit cenam magnam, ⁊ vocauit multos, ⁊ miſit ſeruum ſuum hora cene dicere inuitatis, vt venirent: quia iam parata ſunt omnia: ⁊ ceperunt omnes ſimul excuſáre. Primus dixit ei. Villam emi: ⁊ neceſſe habeo exire, ⁊ vidére illam: rogo te habe me excuſátuꝫ. Et alter dixit. Juga boum emi quinque: ⁊ eo probáre illa: rogo te habe me excuſátum. Et álius dixit. Vxorem duxi, ⁊ ideo non poſſuꝫ venire. Et reuerſus ſeruꝰ, nuntiauit hec domino ſuo. Tũc iratus paterfamilias dixit ſeruo ſuo. Exi cito in platéas ⁊ vicos ciuitatis: ⁊ páuperes ac débiles, cecos ⁊ claudos introduc huc. Et ait ſeruus. Domine factũ eſt vt imperaſti: ⁊ adhuc locus eſt. Et ait dominuꝫ ſeruo. Exi in vias ⁊ ſepes: ⁊ compélle intráre: vt impleatur domus mea. Dico autem vobis: ꝙ nemo virorum illorum qui vocati ſunt, guſtabit cenam meam. Credo. Offerto.

Domine conuértere, ⁊ éripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. Secreta.

OBlatio nos queſumus domine nomini tuo dicanda purificet, ⁊ de die in diem ad celeſtis vite tránſferat actionem. Per dominum no. Comunio.

Cantabo dño qui bona tribuit mihi: ⁊ pſallaꝫ nomini dñi altiſſimi. Poſtcó.

SVmptis muneribꝰ ſacris domine queſumus: vt cum frequentatione myſtérij, creſcat noſtre ſalutis effectus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit.

Dñica.iij.poſt Pente.Intr.



Reſpice in me, ⁊ miſerere mei domine: quoniam únicus ⁊ pauper ſum ego: vide humilitaté meá ⁊ laboré meũ, ⁊ dimitte oia peccata mea deus meus. Ps. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubéſcam. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſctõ, Sicut erat. Oratio.

DEprecationem noſtrá queſumus domine benignus exaudi, ⁊ quibuꝫ ſupplicandi preſtas affectuꝫ, tribue defenſionis auxilium. Per dominum no.

Lectio epiſtole beati Petri apoſtoli.j.v.Cap.

CHariſſimi: Humiliámini ſub potenti manu Dei: vt vos exaltet in tempore viſitationis. Omnem ſolicitudinem veſtram

proij-

proijcientes in eum: quoniam ip
ſi cura eſt de vobis: ſobrij eſtote
ꝛ vigilate: quia aduerſarius ve
ſter diabolus tanq̄ leo rugiens,
circuit quęrens quem deuoꝛet:
cui reſiſtite foꝛtes in fide: ſcien
tes eandem paſſionem ei, quę in
mundo eſt, veſtrę fraternitati fie
ri. Deus autē omnis gratię, qui
vocauit vos in ęternā ſuā gloꝛiā,
in Chꝛiſto Jeſu modicū paſſos:
ipſe perficiet, cōfirmabit, ſolida
bitq́. Ipſi gloꝛia ꝛ imperium in
ſecula ſeculoꝛum, amen. Grad.
Iacta cogitatum tuum in domino: ꝛ
ipſe te enutriet. ℣. Dum clamarem ad
dn̄m, exaudiuit vocem meam ab his
qui appropinquant mihi. Alleluia. ℣.
Deus iudex iuſtus foꝛtis ꝛ patiens:
nunquid iraſcitur per ſingulos dies.

Secundum Lucam. xv. Cap.



IN illo tēpoꝛe: Erant appropinquātes ad Jeſū publicani et peccatoꝛes: vt au
dirent illum: ꝛ murmurabāt pha
riſęi ꝛ ſcribę dicentes: quia hic
peccatoꝛes recipit, ꝛ manducat
cū illis. Et ait ad illos parabolā
iſtam dicens. Quis ex vobis ho
mo, qui habet centum oues, ꝛ ſi
perdiderit vnam ex illis: nonne
dimittit nonagintanouem in de
ſerto, ꝛ vadit ad illam quę perie
rat, donec inueniat illā? Et quū
inuenerit eam: impōnit in hume
ros ſuos gaudens: ꝛ veniens do
mū, cōuocat amicos ꝛ vicinos
dicens illis. Congratulamini mi
hi: quia inueni ouem meam quę
perierat. Dico vobis, q̄ ita gau
dium erit in cęlo ſuper vno pec
catoꝛe pęnitentiam agente, q̄ ſu
pꝛa nonagintanouem iuſtis, qui
non indigēt pęnitentia. Aut quę
mulier habēs drachmas decem:
ꝛ ſi perdiderit drachmā vnam:
nonne accendit lucernam, ꝛ euer
tit domum, ꝛ quęrit diligenter:
donec inueniat? Et quum inue
nerit: cōuocat amicas ꝛ vicinas
dicens. Congratulamini mihi:
quia inueni drachmā quam per
dideram. Ita dico vobis, gau
dium erit in cęlo coꝛam angelis
Dei: ſuper vno peccatoꝛe pęni
tentiam agente. Credo. Offert.
Sperent in te omnes qui nouerunt no
men tuum domine: quoniam non dere
linquis quęrentes te: pſallite domino
qui habitat in Sion: quoniam non eſt
oblitus oꝛationē pauperum. Secre.
Munera domine quęſumus, oblata ſanctifica: vt tui no
bis vnigeniti coꝛpus ꝛ ſanguis
fiant. Per eundem. Cōmunio.
Dico vobis: gaudium eſt angelis
Dei ſuper vno peccatoꝛe pęnitentiam
agente. Poſtcommunio.
Haec nos communio domine purget a crimine: ꝛ
cęleſtis remedij faciat eſſe conſoꝛ
tes. Per dominum noſtrum.

Dñica.iiij.poſt Pente. Intr.

Dominus illuminatio mea ⁊ ſalus mea, quē timebo: dñs defenſor vitę meę, á quo trepidabo: qui tribulāt me inimici mei, infirmati ſunt, ⁊ ceciderunt. Ps. Si conſiſtant aduerſum me caſtra: non timebit cor meum. ℣. Gloria pa. Oro.

Protector in te ſperantium deus: ſine quo nihil eſt validum, nihil ſanctum: multiplica ſuper nos miſericordiam tuam: vt te rectore, te duce, ſic tranſeamus per bona temporalia, vt nō amittamus ęterna. Per domi.

Ad Romanos. viij. Cap.

Fratres: Exiſtimo ꝙ nō ſunt condignę paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturę, reuelationē filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt, non volens: ſed propter eū qui ſubiecit eam in ſpe: quia ⁊ ipſa creatura liberabitur á ſeruitute corruptionis, in libertatem glorię filiorū Dei. Scimus enim ꝙ omnis creatura ingemiſcit, ⁊ parturit vſq; adhuc. Non ſolum autem illa: ſed ⁊ nos ipſi primitias ſpiritus habentes, ⁊ ipſi intra nos gemimus adoptionē filiorū Dei: expectantes redemptionem corporis noſtri: in Chriſto Jeſu domino noſtro. Gradua.

Propitius eſto domine peccatis noſtris: nequando dicant gentes: vbi eſt deus eorum? ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: ⁊ propter honorem nominis tui domine libera nos. Alleluia. ℣. Deus qui ſedes ſuper thronum, ⁊ iudicas ęquitatem, eſto refugium pauperum in tribulatione.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. vj. Cap.



In illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Eſtote miſericordes: ſicut et pater veſter miſericors eſt. Nolite iudicare, ⁊ non iudicabimini: nolite condemnare, ⁊ non condemnabimini: Dimittite, ⁊ dimittemini, date, ⁊ dabitur vobis. Menſuram bonam, ⁊ cōfertam, ⁊ coagitatam, ⁊ ſupereffluentē dabunt in ſinum veſtrum. Eadem quippe menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autem illis ⁊ ſimilitudinem. Nunquid poteſt cęcus cęcū ducere? Nonne ambo in foueā cadunt? Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Perfectus autem omnis erit: ſi ſit ſicut magiſter eius. Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui: trabem autem quę in oculo tuo eſt, non conſideras? Aut quomodo poteris dicere

dicere fratri tuo: frater, ſine, eijciam feſtúcam de oculo tuo: ipſe trabem in oculo tuo non videns? Hypócrita, éijce primùm trabem de oculo tuo: ⁊ tunc perſpicies vt edúcas feſtúcã de oculo fratris tui. Credo. Offerto.

Illúmina oculos meos, ne vnquam obdórmiam in morte: néquando dicat inimicus meus: preuálui aduerſus eum. Secreta.

Reſpice domine quęſumus, munera ſupplicantis eccleſię: ⁊ ſaluti credentium, perpetua ſanctificatione ſumenda concede. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ reg. Commu.

Dominus firmamentum meum, ⁊ refugium meum, ⁊ liberator meus, deus meus adiutor meus. Poſtcõmu.

Sancta tua nos domine ſumpta viuificent: ⁊ miſericordię ſempiternę preparent expiátos. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiũ tuum, qui tecum.

¶ Dñica.v.poſt Pente. Intr.



Exaudi domine vocẽ meá, qua clamaui ad te: adiutor meus eſto, ne derelinquas me: neq; deſpicias me deus ſalutaris meus. ps. Dominus illuminatio mea, ⁊ ſalus mea: quem timebo? ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpirituí ſancto, ſicut erat in principio. Oratio.

Da nobis domine quęſumus: vt ⁊ mundi curſus pacifice nobis tuo ordine dirigatur: ⁊ eccleſia tua trãquilla deuotione lętetur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtũ filium. Epiſtola beati Petri apli.j.c.iij.

Chariſſimi: Omnes vnánimes in oratione eſtóte: compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles, non reddentes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto, ſed é contrario benedicentes: quia in hoc vocati eſtis, vt benedictionem hereditate poſſideatis. Qui enim vult vitam diligere, ⁊ vidére dies bonos, coérceat linguam ſuam á malo, ⁊ labia eius ne loquantur dolum: declinet autem á malo, ⁊ faciat bonum: inquírat pacem, ⁊ ſequatur eã: quia oculi domini ſuper iuſtos, ⁊ aures eius in preces eorum: vultus autẽ domini ſuper facientes mala. Et quis eſt qui vobis nóceat, ſi boni ęmulatóres fuéritis? Sed ⁊ ſiquid patimini propter iuſtitiam, beati. Timorem autem eorũ ne timuéritis, vt non conturbémini. Dominũ autem Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris. Graduale.

Protector noſter áſpice deus: ⁊ réſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine deus virtutum exaudi preces ſeruorum tuorum. Alleluia. ℣. Domine in virtute tua lętabitur rex: ⁊ ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer.

Secundum Lucam. v. Cap.



In illo tépore: Cũ turbę irruerét in Jeſuz, vt audirét verbuz Dei: τ ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Geneſaréth: τ vidit duas naues, ſtanteſ ſecus ſtagnum. Piſcatores autem deſcénderát, τ lauabát retia. Aſcendens autem in vnam nauim, quę erat Simonis: rogauit eum vt á terra reduceret puſilluz, τ ſedens docebat de nauicula turbas. Vt ceſſauit aũt loqui: dixit ad Simonem. Duc in altum, τ laxáte rétia veſtra in captúraz: τ reſpondens Simon dixit illi. Pręceptor, per totam noctem laborantes nihil cépimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et quuz hoc feciſſent: concluſerunt piſcium multitudinem copioſaz. Rumpebatur autem rete eorum, τ annuerunt ſocijs, qui erant in alia naui, vt venirent τ adiuuarent eos: τ venerunt, τ impleuerunt ambas nauiculas, ita vt pené mergerentur. Quod quũ vidéret Simon Petrus, prócidit ad genua Jeſu dicens. Exi á me: quia homo peccator ſum domine. Stupor enim circundéderat eum, τ omneſ qui cũ illo erant, in captúra piſcium, quam céperant: ſimiliter autem τ Jacobum τ Joanné filios Zebedéi, qui erant ſocij Simonis. Et ait ad Simonem Jeſus. Noli timére: ex hoc iam homines eris cápiens. Et ſubductis ad terram nauibus, relictis omnibus ſecuti ſunt eum. Credo. Offertoriũ.

Benedicam dominum, qui mihi tribuit intellectum: prouidebam Deum in conſpectu meo ſemper: quoniá á dextris eſt mihi ne commóuear. Secre.

Oblationibus noſtris, quęſumus domine, placáre ſuſcéptis, τ ad te noſtras etiam rebélles cōpélle propitius voluntates. Per dominum. Cõmu.

Unam pétij á domino, hanc requirám: vt inhábitem in domo domini omnibus diebus vitę meę. Poſtcõmu.

Myſtéria nos domine quęſumus ſumpta purificent, τ ſuo múnere tueantur. Per do.

¶ Dñica. vj. poſt Pente. Jntr.

Dominus fortitudo plebis ſuę, τ protector ſalutárium Chriſti ſui eſt: ſaluuz fac populum tuum domine, τ benedic hereditati tuę, τ rege eos vſque in ſeculum. Ps. Ad te domine clamabo: deus meus ne ſileas á me: néquando táceas á me: τ aſſimilabor deſcendentibus in lacum. ℣. Gloria patri τ filio τ ſpiri. Oratio.

Deus qui diligétibus te bona inuiſibilia pręparaſti: infunde cordibꝰ noſtris tui amoris affectum, vt te in omnibus τ ſuper

ſuper omnia diligentes, promiſſiones tuas, que omne deſyderiũ ſuperant, cõſequamur. Per.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Romanos.vj.Cap.

FRatres: Quicunqꝫ baptizati ſumus in Chriſto Jeſu: in morte ipſius baptizati ſumus. Conſepulti enim ſumus cuꝫ illo per baptiſmũ in morteꝫ: vt quomodo ſurrexit Chriſtꝰ á mortuiſ per gloriá patris: ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemuſ. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius: ſimul ⁊ reſurrectionis érimus. Hoc ſcíentes: quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt: vt deſtruatur corpus peccati: vt vltra non ſeruiamus peccato. Qui enim mortuꝰ eſt, iuſtificatꝰ eſt á peccato. Si autem mortui ſumus cuꝫ Chriſto, credimꝰ quia ſimul etiá viuemuſ cuꝫ illo. Scientes quia Chriſtus reſurgens á mortuis iam nõ móritur: mors illi vltra nõ dominabit. Quod enim mortuꝰ eſt peccato, mortuus eſt ſemel, quod autẽ viuit, viuit Deo. Jta ⁊ vos, exiſtimate vos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes auteꝫ Deo: in Chriſto Jeſu dño nr̃o. Grad.

Conuértere dñe aliquántulũ: ⁊ deprecáre ſuper ſeruoſ tuoſ. ℣. Dñe refúgiũ factus es nobis á generatione ⁊ progénie. Alleluia. ℣. Jn te dñe ſperaui, non confundar in eternum: in tua iuſtitia libera me, ⁊ éripe me: inclina ad me aurem tuam, accélera vt éripias me.

Secundum Mattheum. v. Ca.



JN illo tépore: Dixit Jeſus diſcipulis tuis. Amen dico vobiſ: niſi abundáuerit iuſtitia veſtra pluſquá ſcribaruꝫ ⁊ phariſeorum, non intrábitis in regnum celorum. Audiſtis quia dictuꝫ eſt antiquis: non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui iráſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo, rhaca: reus erit concilio. Qui auteꝫ dixerit, fátue: reus erit gehénne ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare: ⁊ ibi recordatus fúeris, ꝙ frater tuus habet aliquid aduerſuꝫ te: relinque ibi munus tuum ante altare, ⁊ vade prius reconciliári fratri tuo: ⁊ tunc veniens ófferes munuſ tuum. Credo. Offer.

Pérfice greſſus meos in ſémitis tuis: vt non moueantur veſtigia mea: inclina aureꝫ tuam: ⁊ exaudi verba mea: mirifica miſericordias tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te domine. Secreta.

PRopitiare domine ſupplicationibus noſtris, ⁊ has oblationes famuloruꝫ famularumqꝫ tuarũ benignus aſſúme: vt quod ſínguli obtulerunt ad honorem nominis tui, cunctis proficiat ad ſalutem.

ſalutem. Per do. Communio.
Circuíbo ⁊ immolábo in tabernáculo eius hoſtiam iubilationis: cantábo ⁊ pſalmum dicam domino. Poſtcōm.

Quos cęleſti domine dono ſatiaſti, pręſta quęſumus, vt à noſtris mundemur occultis, ⁊ ab hoſtium liberemur inſidijs. Per dominum noſtrū.

¶ Dñica. vij. poſt Pēte. Intr.



Mnes gentes plaúdite manibus, iubilate deo in voce exultationis. Ps. Quoniam dominus excelſus, terríbilis: rex magnus ſuper omnem terram. V. Gloria patri. Oratio.

Deus virtutum, cuius eſt totum quod eſt óptimum, inſere pectoribus noſtris amorem tui nominis, ⁊ pręſta in nobis religionis augmentum: vt quę ſunt bona nútrias, ac pietatis ſtudio, quę ſunt nutríta cuſtodias. Per.

Epiſtola ad Romanos. vj. Cap.

Fratres: Humanū dico, propter infirmitatem carnis veſtrę. Sicut enim exhibuiſtis mēbra veſtra ſeruíre immundicię, ⁊ iniquitati, ad iniquitatē: ita nunc exhibéte membra veſtra ſeruíre iuſtitię in ſanctificationē. Quum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitię. Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt. Nunc vero liberati à peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem: finem vero vitam ęternam. Stipéndia enim peccati mors, gratia autē Dei vita ęterna, in Chriſto Ieſu domino noſtro. Graduale.

Veníte filij audíte me: timorem domini docebo vos. V. Accedite ad eum ⁊ illumináimini: ⁊ facies veſtrę non confundentur. Alleluia. V. Omnes gentes plaúdite manibus: iubilate Deo in voce exultationis.

Secundum Marcum. viij.



In illo tēpore: Quū turba multa eſſet cum Ieſu, nec haberēt quod mā ducarēt, conuocatis diſcipulis, ait illis. Miſereor ſuper turbam: quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent: ⁊ ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam, deficient in via. Quidam enim ex eis de longe venerunt. Et reſponderunt ei diſcipuli ſui. Vnde iſtos póterit quis hic ſaturare pánibus in ſolitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerūt: Septem. Et pręcepit turbę diſcumbere ſuper terram: ⁊ accipiens ſeptem panes, gratias agens fregit, ⁊ dabat diſcipulis ſuis, vt appónerent: ⁊ appoſuerunt turbę.

Et

Et habebant piſciculos paucos, ⁊ ipſos benedixit, ⁊ iuſſit apponi, ⁊ manducauerūt ⁊ ſaturati ſunt: ⁊ ſuſtulerunt quod ſuperauerat de fragmentis ſeptem ſpoꝛtas. Erant autē qui manducauerant quaſi quatuoꝛ milia: ⁊ dimiſit eos. Credo in vnum. Offerto.


Sicut in holocauſtum arietum ⁊ tauroꝛum: ⁊ ſicut in millibus agnoꝛum pinguium: ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, vt placeat tibi: quia non eſt confuſio confidentibus in te domine. Secreta.

PRopitiare domine ſupplicationibus noſtris, ⁊ has populi tui oblationes benignus aſſume: ⁊ vt nullius ſit irritum votum, nullius vacua poſtulatio, pręſta quęſumus, vt quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per dominū. Cōmu.

Inclina aurem tuam: accelera vt eruas me. Poſtcommunio.

REpleti ſumus domine muneribus tuis: tribue quęſumus: vt eoꝛuʒ ⁊ mundemur effectu, ⁊ muniamur auxilio. Per.

¶ Dñica.viij.poſt Pent. Intr.



Vſcepimus deus miſericoꝛdiā tuā in medio templi tui: ſecundū nomen tuum deus: ita ⁊ laus tua in fines terrę: iuſtitia plena eſt dextera tua. Ps. Magnus dominus ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate Dei noſtri in monte ſancto eius. ℣. Gloꝛia. Oro.

DEus cuius pꝛouidentia in ſui diſpoſitione nō fallitur, te ſupplices exoꝛamus: vt noxia cuncta ſubmoueas, ⁊ omnia nobis pꝛofutura concedas. Per.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Romanos. viij.

FRatres: Debitoꝛes ſumus non carni: vt ſecundum carnem viuamus. Si enim ſecundum carnē vixeritis, moꝛiemini. Si autē ſpiritu facta carnis moꝛtificaueritis, viuetis. Quicunqʒ enim ſpiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timoꝛe: ſed accepiſtis ſpiritū adoptionis filioꝛū: in quo clamam⁹ Abba, pater. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui nřo: ꝙ ſumus filij Dei. Si autem filij, ⁊ heredes: hęredes quideʒ Dei: cohęredes auteʒ Chꝛiſti. Grad.

Eſto mihi in deū pꝛotectoꝛē, ⁊ in locū refugij: vt ſaluum me facias. ℣. Deus in te ſperaui, dñe nō cōfundar i ęternū. Alla. ℣. Magn⁹ dñs ⁊ laudabilis valde in ciuitate dei nři: in monte ſctō ei⁹.

Secundum Mattheum. vij. ca.



IN illo tēpoꝛe: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Attendite a falſis pphetis, qui veniunt ad vos in veſtimētis ouium: intrin-

Intrinſecus autem ſunt lupi ra-
paces. A fructibus eorum co-
gnoſcetis eos. Nunquid colli-
gunt de ſpinis vuas: aut de tribu-
lis ficus? Sic omnis arbor bo-
na fructus bonos facit, mala au-
tem arbor fructus malos facit.
Non poteſt arbor bona fructus
malos facere: neque arbor mala
fructus bonos facere. Omnis
arbor, quę non facit fructum bo-
num, excidetur: ⁊ in ignẽ mitte-
tur. Igitur ex fructibus eorum
cognoſcetis eos. Non omnis
qui dicit mihi: domine domine,
intrabit in regnum celorum: ſed
qui facit voluntatem patris mei,
qui in celis eſt, ipſe intrabit in re-
gnum celorum. Credo. Offert.
Populum humilem ſaluũ facies dñe:
⁊ oculos ſuperborum humiliabis, quo-
niam quis deus preter te dñe? Secre.

Deus qui legalium differen-
tiam hoſtiarum, vnius ſa-
crificij perfectione ſanxiſti, acci-
pe ſacrificium a deuotis tuis fa-
mulis: ⁊ pari benedictione ſicut
munera Abel ſanctifica: vt quod
ſinguli obtulerunt ad maieſtatis
tuę honorem, cunctis proficiat
ad ſalutem. Per do. Commu.
Guſtate ⁊ videte, qm̃ ſuauis eſt dñs:
beatus vir qui ſperat in eo. Poſtcõ.

Tua nos domine medicina-
lis operatio, ⁊ a noſtris per-
uerſitatibus clementer expediat,
⁊ ad ea quę ſunt recta perducat.
Per dominum noſtrum Jeſum
Chriſtum filiũ tuum, qui tecum.

Dñica. ix. poſt Pente. Intr.

Ecce deus adiu-
uat me, ⁊ dñs
ſuſceptor eſt
animę meę, a-
uerte mala ini-
micis meis, ⁊
i veritate tua
diſperde illos
protector meus dñe. Ps. Deus in
nomine tuo ſaluum me fac, ⁊ in virtute
tua iudica me. ℣. Gloria patri. Oro.

Largire nobis domine quę-
ſumus ſemper ſpiritum co-
gitandi quę recta ſunt propitius
⁊ agendi: vt qui ſine te eſſe non
poſſumus, ſecundum te viuere
valeamus. Per dominum no.
Lectio epiſtolę beati Pauli apo-
ſtoli ad Corinthios. j. x. Cap.

Fratres: Non ſimus cõcupi-
ſcentes malorum, ſicut ⁊ illi
concupierunt: Neq; idololatrę
efficiamini, ſicut quidam ex ipſis,
quemadmodum ſcriptum eſt.
Sedit populus manducare ⁊ bi-
bere: ⁊ ſurrexerunt ludere. Neq;
fornicemur, ſicut quidam ex ip-
ſis fornicati ſunt, ⁊ ceciderunt
vna die vigintitria milia: Neque
tentemus Chriſtum, ſicut quidã
eorum tentauerunt, ⁊ a ſerpenti-
bus perierunt: Neq; murmura-
ueritis, ſicut quidam eorum mur-
murauerunt, ⁊ perierunt ab ex-
terminatore. Hęc autem omnia
in figura cõtingebant illis. Scri-
pta ſunt autem ad correptionem
noſtram, in quos fines ſeculo-
rum

rum deuenerunt. Itaque qui ſe
exiſtimat ſtare, videat ne cadat.
Tentatio vos non apprehendat
niſi humana. Fidelis autem deꝰ,
qui non patietur vos tentari ſu-
pra id quod poteſtis: ſed faciet
cum tentatione etiam prouen-
tum, vt poſſitis ſuſtinere. Grad.
Domine dominus noſter quam admi
rabile eſt nomen tuū in vniuerſa terra.
℣. Quoniam eleuata eſt magnificen-
tia tua ſuper cęlos. Alleluia. ℣. Eri-
pe me de inimicis meis deus meus,
⁊ ab inſurgentibus in me libera me.

Secundum Lucam. xvj.



In illo tem-
pore: Dixit
Jeſus diſci-
pulis ſuis pa-
rabolā hanc.
Homo qui-
dam erat di-
ues, qui habe
bat villicum,
⁊ hic diffamatus eſt apud illum,
quaſi diſſipaſſet bona ipſius: ⁊
vocauit illum, ⁊ ait illi. Quid hoc
audio de te? Redde rationem
villicationis tuę. Jam enim non
póteris villicáre. Ait autem villi-
cus intra ſe. Quid faciam, quia
dominus meus aufert á me villi-
cationem? Fódere non valeo,
mendicáre erubéſco. Scio quid
fáciam, vt quum amótus fuero á
villicatione, recipiant me in do-
mos ſuos. Conuocatis itaque
ſingulis debitoribus domini ſui,
dicebat primo. Quantū debes
domino meo? At ille dixit. Cen-
tum cados olei. Dixitq; illi. Ac-
cipe cautionem tuam: ⁊ ſede cito
⁊ ſcribe quinquaginta. Deinde
alio dixit. Tu vero quantum de-
bes? Qui ait. Centum córos tri-
tici. Ait illi. Accipe literas tuas,
⁊ ſcribe octoginta. Et laudauit
dominus villicum iniquitatis,
quia prudenter feciſſet, quia filij
huius ſeculi, prudentiores filijs
lucis in generatione ſua ſunt. Et
ego dico vobis: Fácite vobis
amicos de mamóna iniquitatis,
vt quum defecéritis, recipiant
vos in ęterna tabernácula.

Credo in vnum. Offertorium.
Iuſtitię dñi rectę lętificantes corda, ⁊
iudicia eius dulciora ſuper mel ⁊ fauū,
nā ⁊ ſeruus tuus cuſtodit ea. Secre.

Suſcipe munera queſumꝰ do-
mine, quę tibi de tua largita-
te deférimus, vt hęc ſacroſancta
myſtéria gratię tuę operante vir
tute, ⁊ preſentis vitę nos conuer-
ſatione ſanctificent, ⁊ ad gaudia
ſempiterna perducant. Per do-
minum noſtrum Jeſum Chri-
ſtum filium tuum. Communio.
Qui manducat carnem meam: ⁊ bibit
ſanguinem meum, in me manet ⁊ ego
in eo, dicit dominus. Poſtcommu.

Sit nobis domine reparatio
mentis ⁊ corporis cęleſte my-
ſterium, vt cuius exequimur cul-
tum: ſentiamus effectum. Per
dominum noſtrū Jeſum Chri-
ſtum filium tuum, qui tecum vi-
uit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus.

¶ Dñica

¶ Dñica.x.poſt Pente.Intr.

Dum clamarē ad dominum: exaudiuit vocē meã ab his qui appropinquãt mihi: ⁊ humiliauit eos, qui eſt ante ſecula, ⁊ manet in eternum: iacta cogitatũ tuum in domino, ⁊ ipſe te enutriet. Ps. Exaudi deus orationē meam, ⁊ ne deſpexeris deprecationē meam: intende mihi, ⁊ exaudi me. ℣. Gloria. Oro.

Pateant aures miſericordie tue domine precibus ſupplicantium, ⁊ vt petentibus deſyderata concedas, fac eos que tibi ſunt placita poſtulare. Per do.

Ad Corinthios.j.xij.

Fratres: Scitis quoniã quũ gentes eſſetis, ad ſimulacra muta prout ducebamini euntes. Ideo notũ vobis facio, ꝙ nemo in ſpiritu Dei loquens, dicit anathema Jeſu: ⁊ nemo poteſt dicere dominus Jeſus, niſi in ſpiritu ſancto. Diuiſiones vero gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus: ⁊ diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem antem dominus: ⁊ diuiſiones operationũ ſunt, idem vero deus, qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. Alij quidem per ſpiritũ datur ſermo ſapientie: alij autē ſermo ſcientie, ſecundum eundem ſpiritum: alteri fides in eodem ſpiritu: alij gratia ſanitatum in vno ſpiritu, alij operatio virtutũ, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Hec autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. Graduale.

Cuſtodi me domine vt pupillam oculi: ſub vmbra alarum tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant equitatem. Alleluia. ℣. Te decet hymnus deus in Sion: ⁊ tibi reddetur votũ in Jeruſalem.

Secundum Lucam.xix.Cap.



In illo tēpore: Cum appropinquaret Jeſus Jeruſalem, videns ciuitatem, fleuit ſuper illam dicens: Quia ſi cognouiſſes, ⁊ tu. Et quidem in hac die tua, que ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis: quia venient dies in te, ⁊ circũdabunt te inimici tui vallo, ⁊ circũdabunt te, ⁊ coanguſtabunt te vndique, ⁊ ad terram proſternent te, ⁊ filios tuos qui in te ſunt: ⁊ nõ relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eo quod non cognoueris tempus viſitationis tue. Et ingreſſus in templum cepit eiicere vendentes in illo ⁊ ementes, dicens illis. Scriptum eſt, quia domus mea

domus

domus orationis eſt: vos autem feciſtiſ illam ſpeluncam latronū. Et erat docens quotidie in templo. Credo in vnum. Offerto. Ad te domine leuaui animam meam, Deus meus in te confido non erubeſcam: neque irrideant me inimici mei, étenim vniuerſi qui te expectant non confundentur. Secreta.

Concede nobiſ queſum⁹ hec domine digné frequentáre myſteria: quia quóties huius hoſtię commemoratio celebratur, opus noſtrę redemptionis exercetur. Per domi. Commu. Acceptabis ſacrificium iuſtitię, oblationes ⁊ holocauſta ſuper altare tuum domine. Poſtcommunio.

Tui nobis queſumus domine communio ſacramenti, ⁊ purificationé cónferat, ⁊ tribuat vnitatem. Per dominum no.

¶ Dñica.xij.poſt Pente. Intr.

Deus in loco ſancto ſuo: de⁹ qui inhabitare facit vnánimes in domo: ipſe dabit virtutem ⁊ fortitudinem plebi ſuę. ps. Exurgat deus, ⁊ diſſipentur inimici eius: ⁊ fugiant qui oderunt eum á facie eius. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime ⁊ miſerando manifeſtas: multiplica ſuper nos miſericordiam tuā, vt ad tua promiſſa currentes, cęleſtium bonorum facias eſſe cōſortes. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus.

Epiſtola ad Corinthios.j.xv.ca.

Fratres: Notum vobiſ facio euangelium quod prędicaui vobis, qđ ⁊ accepiſtis, in quo ⁊ ſtatis: per quod ⁊ ſaluámini: qua ratióe prędicáuerim vobis, ſi tenétis: niſi fruſtra credidiſtis. Trádidi enim vobis in primis, quod ⁊ accepi, quoniaʒ Chriſtuſ mortuus eſt pro peccatiſ noſtriſ, ſecundū ſcripturas: ⁊ quia ſepultuſ eſt: ⁊ qꝛ reſurrexit tertia die, ſecundum ſcripturas: ⁊ quia viſus eſt Cephę: ⁊ poſt hoc vndecim. Déinde viſus eſt pluſquaʒ quingentis fratribuſ ſimul, ex quibuſ multi manent vſque adhuc, quidam autem dormierunt. Déinde viſus eſt Jacobo, deinde apoſtolis omnibus. Nouiſſime autem omnium tanquam abortíuo viſus eſt ⁊ mihi. Ego enim ſum minimus apoſtolorum: qui nō ſum dign⁹ vocari apoſtolus: quoniam perſecutus ſum eccleſiam dei. Gratia autem dei ſum id quod ſum: ⁊ gratia eius in me vácua non fuit. Credo. Grad. In deo ſperauit cor meuʒ, ⁊ adiutus ſum: ⁊ refloruit caro mea, ⁊ ex volūtate mea confitebor illi. ℣. Ad te domine clamaui: deus meus ne ſileas, ne diſcedas á me. Alleluia. ℣. Exultate deo adiutori noſtro: iubilate deo Jacób: ſumite pſalmum iucundum cum cithara.

Secun-

Secundum Lucam.xviij.Cap.



IN illo tempore: Dixit Jeſus ad quoſdam qui in ſe confidébant tanquam iuſti, ꝛ aſpernabantur ceteros, parabolá iſtam. Duo homines aſcenderunt in templum, vt orarent, vnus Phariſeus, ꝛ alter Publicánus. Phariſeus ſtás, hec apud ſe orabat. Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut ceteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri: velut etiam hic Publicánus. Jeiuno bis in ſábbatho, decimas do omnium que poſſideo. Et publicánus a longe ſtans nolebat nec oculos ad celum leuare, ſed percutiebat pectus ſuũ dicens. Deus propitius eſto mihi peccatori. Amen dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo, quia omnis qui ſe exaltat, humiliábitur, ꝛ qui ſe humiliat, exaltábitur. Credo. Offertorium.

Exaltabo te domine: quoniam ſuſcepiſti me, nec delectaſti inimicos meos ſuper me: domine clamaui ad te, ꝛ ſanaſti me. Secreta.

TIbi domine ſacrificia dicáta reddãtur, que ſic ad honorem tui nominis deferenda tribuiſti: vt eádem remedia fieri noſtra preſtáres. Per. Cõmunio.

Honora dominum de tua ſubſtantia, ꝛ de primitijs frugum tuarum: ꝛ implebuntur aree tue ſaturitate, ꝛ vino torculária redundabunt. Poſtcommu.

QVeſumus domine de⁹ noſter: vt quos diuinis reparáre non déſinis ſacramentis, tuis non déſtituas benignus auxilijs. Per dominum.

Dñica.xij.poſt Pente.Intr.



DEus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandũ me feſtina: confundantur ꝛ reuereantur inimici mei, qui querunt animam meam. Ps. Auertantur retrorſum ꝛ erubeſcant: qui volunt mihi mala. ℣. Gloria patri. Oratio.

OMnipotẽs ſempiterne deus, qui abundantia pietatis tue ꝛ merita ſupplicum excédis ꝛ vota: effunde ſuper nos miſericordiam tuam, vt dimittas que conſcientia métuit, ꝛ adiicias quod oratio non preſumit. Per.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.ij.Cap.iij.

FRatres: Fiduciam talem habemus per Chriſtũ ad deũ, non ꝙ ſufficientes ſimus cogitare aliquid á nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt: qui ꝛ idóneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti, non litera, ſed ſpiritu. Litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat. Quod ſi miniſtratio mortis, literis deforma-

ta in lapidib⁹, fuit in gloria: ita vt nõ poſſent inténdere filij Iſraël in faciem Moyſi, propter gloriã vultus eius, quę euacuatur: quomodo nõ mágis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? Nam ſi miniſtratio damnationis in gloria eſt: multo mágis abundat miniſterium iuſtitię in gloria. Grad. Benedicam dñm in omni tẽpore: ſemper laus ei⁹ in ore meo. ℣. In dño laudabitur anima mea: audiant manſueti & lętentur. Alleluia. ℣. Dñe deus ſalutis meę: in die clamaui & nocte corã te.

Secundum Marcum. vij.



IN illo tempore: Exiẽs Jeſus de finib⁹ Tyri: venit p Sidónẽ ad mare Galilęę, inter medios fines Decapóleos: & adducunt ei ſurdum & mutum: & deprecabantur eum, vt impónat illi manum: & apprehendens eum de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auriculas eius, & expuens tétigit linguam eius, & ſuſpíciens in cęlum ingémuit, & ait illi: ephphethá, quod eſt adaperíre: & ſtatim apertę ſunt aures eius, & ſolutum eſt vínculum lingnę ei⁹, & loquebatur recte: & pręcepit illis ne cui dicerent. Quanto autẽ eis pręcipiebat: tanto mágis plus prędicabãt: & eó ámpli⁹ admirabant dicentes. Bene omnia fecit: & ſurdos fecit audire, & mutos loqui. Credo. Offerto.

Precatus eſt Moyſés in conſpectu domini Dei ſui & dixit: quare domine iráſceris in populo tuo: parce irę animę tuę: memento Abrahám Iſaác & Jacób: quibus iuraſti dare terraʒ fluentem lac & mel: & placatus factus eſt dominus de malignitate, quam dixit facere populo ſuo. Secreta.

REſpice dñe quęſum⁹ ad noſtram propitius ſeruitutẽ: vt quod offérimus, ſit tibi munus acceptum, & ſit noſtrę fragilitatis ſubſidium. Per. Cõmu. De fructu operum tuorum domine ſatiábitur terra: vt edúcas panem de terra, & vinum lętificet cor hominis: vt exhílaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet. Poſtcõmunio.

SEntiamus quęſumus domine tui perceptione ſacramentiſubſidiũ mentis & corporis: vt in vtróq; ſaluati, cęleſtis remedij plenitudine gloriémur. Per do.

¶ Dñica.xiiij.poſt Pent. Intr.



REſpice dñe in teſtamentum tuũ, & animas pauperũ tuorum ne derelinquas in finẽ: exurge domine & iúdica cauſam tuã: & ne obliuiſcáris voces quęrentiũ te. Ps. Ut quid deus repuliſti in finẽ: iratus eſt furor tuus ſuper oues páſcuę tuę. ℣. Gloria. Oro.

Omni

Omnipotens ⁊ miſericoꝛs deus, de cuius munere venit, vt tibi á fidelibus tuis digne ⁊ laudabiliter ſeruiatur: tribue nobis queſum⁹, vt ad pꝛomiſſiones tuas ſine offenſione curramus. Per do. Ad Galatas.iij.

Fratres: Abꝛahę dictę ſunt pꝛomiſſiones, ⁊ ſemini eius. Non dicit ⁊ ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, ⁊ ſemini tuo, qui eſt Chꝛiſtus. Hoc autez dico teſtamentuz confirmatum á Deo, quę poſt quadringentos ⁊ triginta annos facta eſt lex, non irritum facit ad euacuandaz pꝛomiſſioné. Nam ſi ex lege hęréditas, iam nõ ex pꝛomiſſione. Abꝛahę autem per repꝛomiſſionem donauit deus. Quid igitur lex? Pꝛopter tranſgreſſionez poſita eſt: donec veniret ſemen, cui repꝛomiſerat: oꝛdinata per angelos in manu mediatoꝛis. Mediatoꝛ autem vnius nõ eſt: deus autem vnus eſt. Lex ergo aduerſus pꝛomiſſa Dei? Abſit. Si enim data eſſet lex, quę poſſet viuificare, veré ex lege eſſet iuſtitia. Sed cõcluſit ſcriptura omnia ſub peccato, vt pꝛomiſſio ex fide Jeſu Chꝛiſti dareť credentib⁹. Grad.

Réſpice domine in teſtamentũ tuum: ⁊ animas pauperum tuoꝛum ne obliuiſcáris in finem. ℣. Exurge domine, ⁊ iúdica cauſam tuam: memoꝛ eſto oppꝛóbꝛij ſeruoꝛum tuoꝛum. Allelúia. ℣. Domine refúgium factus es nobis á generatione in generationem.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.x.



In illo tépoꝛe: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Beati oculi qui vident q̃ vos videtis. Dico enim vobis, quia multi pꝛophetę ⁊ reges voluerunt vidére quę vos vidétis, ⁊ non viderunt: ⁊ audire quę audítis, ⁊ non audierunt. Et ecce quidam legiſperitus ſurrexit tentans illum, ⁊ dicens. Magiſter, quid faciendo, vitam ęternam poſſidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid ſcriptum eſt? Quomodo legis? Ille reſpondens dixit. Diliges dominũ Deuz tuum ex toto coꝛde tuo, ⁊ ex tota anima tua, ⁊ ex omnibus víribus tuis, ⁊ ex omni mente tua: ⁊ pꝛoximum tuum ſicut teipſum. Dixitque illi. Recte reſpondiſti. Hoc fac, ⁊ viues. Ille autem volens iuſtificare ſeipſum, dixit ad Jeſum. Et quis eſt meus pꝛóximus? Suſpiciens autem Jeſus dixit. Homo quidam deſcendebat ab Jeruſalem in Jerichó, ⁊ incidit in latrones: Qui etiam diſpoliauerunt eum, ⁊ plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto. Accidit autem vt ſacerdos quidam deſcenderet eadem via, ⁊ viſo

viſo illo pręterijt. Similiter ⁊ leuita quum eſſet ſecus locum, ⁊ videret eum, pertranſijt. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit ſecus eum: ⁊ videns eum, miſericordia motuꝫ eſt: ⁊ appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum ⁊ vinum: ⁊ imponens illum in iumentū ſuum, duxit in ſtabulum, ⁊ curam eius egit: ⁊ altera die protulit duos denarios, ⁊ dedit ſtabulario, ⁊ ait. Curam illius habe, ⁊ quodcunque ſupererogaueris, ego quum rediero reddaꝫ tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi, qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit miſericordiam in illum. Et ait illi Jeſus. Vade ⁊ tu fac ſimiliter.

Credo in vnum Deum. Offer.

In te ſperaui domine: dixi tu es deus meus: in manibus tuis tempora mea. Secreta.

Hoſtias quęſumus domine propitius intende, quas ſacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgentiaꝫ largiendo, tuo nomini dent honorem. Cōmu.

Panem de cęlo dediſti nobis domine, habentem omne delectamentuꝫ, ⁊ omnem ſaporem ſuauitatis. Poſtcōm.

Viuificet nos quęſumꝰ domine huius participatio ſancta myſterij: ⁊ pariter expiationem tribuat ⁊ munimen. Per dominum noſtruꝫ Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus. M.M.

Dn̄ica.xiiij.poſt Pent. Intr.

Protector noſter aſpice deus: ⁊ reſpice i faciē Chriſti tui: quia melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper milia. Ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiſcit ⁊ deficit anima mea in atria domini. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiri. Oro.

Omnipotēs ſempiterne deus, da nobis fidei, ſpei, ⁊ caritatis augmentum: ⁊ vt mereamur aſſequi quod promittis: fac nos amare quod pręcipis. Per dominum noſtruꝫ Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vi.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Galatas. v.

Fratres: Spiritu ambulate, ⁊ deſyderia carnis non perficietis. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus autem aduerſuꝫ carnem. Hęc enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quęcunqꝫ vultis, illa faciatis. Quod ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. Manifeſta autem ſunt opera carnis: quę ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, auaritia, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitię, contentiones, ęmulationes, irę, rixę, diſſenſiones, ſectę, inuidię, homicidia, ebrietates, cōmeſſationes, ⁊ his ſimilia: quę prędico vobis, ſicut prędixi: qm̄ qui talia agunt, regnum dei non conſequentur.

Fructus aũt ſpiritus eſt caritas, gaudiũ, pax, patiẽtia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, ſpes, modeſtia, continentia, caſtitas. Aduerſus huiuſmodi nõ eſt lex. Qui autem ſunt Chꝛiſti, carneꝫ ſuã crucifixerunt cũ vitijs ⁊ cõcupiſcentijs. **Grad.** Bonum eſt cõfidere in domino: quam confidere in homine. ℣. Bonũ eſt ſperáre in dño: quam ſperáre in pꝛincipib⁹. **Alleluia.** ℣. Uenite exultemus domino: iubilemus Deo ſalutari noſtro.

Secundum Lucam. xvij.



In illo tempoꝛe: Dum iret Jeſ⁹ in Jeruſalém: tranſibat per mediam Samáriã ⁊ Galileam. Et quum ingrederetur quoddam caſtellum: occurrerunt ei decem viri lepꝛoſi. Qui ſtetérunt á longe, ⁊ leuauerunt vocem dicentes. Jeſu pꝛeceptoꝛ miſerere noſtri. Quos vt vidit dixit. Jte oſténdite vos ſacerdotibus. Et factum eſt dum irent, mundati ſunt. Unus autem ex illis, vt vidit, quia mundatus eſt: regreſſus eſt cum magna voce magnificans Deum: ⁊ cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritánus. Reſpondens auteꝫ Jeſus dixit. Nonne decem mundati ſunt? Et nouem vbi ſunt? Non eſt inuentus, qui rediret, ⁊ daret gloriaꝫ Deo, niſi hic alienigena? Et ait illi. Surge, vade: quia fides tua te ſaluuꝫ fecit. **Credo.** **Offer.** Immittet angelus dñi in circúitu timentiũ eum, ⁊ éripiet eos: guſtate ⁊ vidéte quoniam ſuauis eſt dñs. **Secre.**

Pꝛopitiare queſumus domine populo tuo, pꝛopitiare muneribus: vt hac oblatione placatus, ⁊ indulgentiam nobis tribuas, ⁊ poſtulata concedas. Per dominum noſtrum. **Commu.** Panis quem ego dedéro, caro mea eſt pꝛo ſeculi vita. **Poſtcommunio.**

Sumptis domine cęleſtib⁹ ſacramentis, ad redemptionis ęternę queſum⁹ pꝛoficiam⁹ augmentum. Per dominum no.

¶ Dñica.xvj.poſt Pente. Intr.



Inclina domine aurem tuã ad me, ⁊ exaudi me: ſaluum fac ſeruuꝫ tuũ deus me⁹ ſperátẽ i te: miſerere mihi domine, quoniam ad te clamaui tota die. **Ps.** Lętifica animam ſerui tui: quoniam ad te domine animam meam leuaui. ℣. Gloꝛia patri ⁊ filio. **Oꝛo.**

Cuſtodi queſumus domine eccleſiam tuaꝫ pꝛopitiatione ꝑpetua: ⁊ quia ſine te lábitur humana moꝛtalitas, tuis ſemper auxilijs, ⁊ abſtrahátur á nóxijs, ⁊ ad ſalutaria dirigatur. Per do.

Ad

Ad Galatas.vj.

FRatres: Si ſpiritu viuimus, ſpiritu ꝛ ambulemus. Non efficiamur inanis gloꝛię cupidi: inuicem pꝛouocantes: inuicẽ inuidentes. Fratres, ꝛ ſi pꝛęoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis: conſyderãs teipſuz, ne ꝛ tu tenteris. Alter alteriꝰ onera poꝛtate, ꝛ ſic adimplebitis legẽ Chꝛiſti. Nã ſiquis exiſtimat ſe aliquid eſſe, quuz nihil ſit: ipſe ſe ſeducit. Opus autem ſuum pꝛobet vnuſquiſqꝫ: ꝛ ſic in ſemetipſo tantùm gloꝛiam habebit, ꝛ non in altero. Vnuſquiſqꝫ enim onus ſuũ poꝛtabit. Cõmunicet aũt is qui catechizatur verbo, ei qui ſe catechizat, in oĩbus bonis. Nolite errare: deus nõ irridétur. Quę enim ſemináuerit homo, hęc ꝛ metet: quoniã qui ſeminat in carne ſua, de carne ꝛ metet coꝛruptionem: qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam ęternã. Bonum autem facientes non deficiamus: tempoꝛe enim ſuo metémus, nõ deficiẽtes. Ergo dum tempus habemus, operémur bonum ad omnes: maxime autem ad domeſticos fidei. Gradua.

Bonum eſt confitéri domino, ꝛ pſallére nomini tuo altiſſime, ℣. Ad annunciandum mane miſericoꝛdiam tuam, ꝛ veritatem tuam per noctem, Alleluia. ℣. Quoniaꝫ deus magnus dominus, ꝛ rex magnus ſuper omnem terram. ... M.M.

Secundum Mattheum.vj.



IN illo tépoꝛe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Nemo põt duobuſ dominis ſeruire. Aut enim vnũ ódio habebit, ꝛ alterum diliget: aut vnum ſuſtinébit, ꝛ alteruz contémnet. Non poteſtiſ Deo ſeruire ꝛ mamónę. Ideo dico vobis: ne ſoliciti ſitis animę veſtrę, quid manducétis: neqꝫ coꝛpoꝛi veſtro, quid induámini. Nonne anima plus eſt q̃ꝫ eſca, ꝛ coꝛpus plus q̃ꝫ veſtimentuz? Reſpicite volatilia cęli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque cóngregant in hóꝛrea, ꝛ pater veſter cęleſtis paſcit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis? Quis autem veſtrum cógitans poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cúbitum vnum? Et de veſtimento quid ſoliciti eſtiſ? Conſyderate lilia agri quomodo creſcunt: non laboꝛant, neqꝫ nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertuſ eſt, ſicut vnum ex iſtis. Si autem fęnum agri quod hódie eſt, ꝛ cras in clibanum mittitur, deus ſic veſtit: quanto magis vos minimę fidei? Nolite ergo ſoliciti eſſe dicentes: quid manducábimus,

aut quid bibémus, aut quo operiémur? Hec enim omnia gentes inquirũt. Scit enim pater veſter, quia his omnib⁹ indigétis. Querite ergo primum regnum Dei, ⁊ iuſtitiaꝫ eius, ⁊ hec omnia adijciétur vobis. Credo. Offer.

Expetans expectaui dominum, ⁊ reſpexit me, ⁊ exaudiuit deprecationem meam, ⁊ immiſit in os meum canticum nouum, hymnũ deo noſtro. Secre.

COncede nobis queſum⁹ domine vt hec hoſtia ſalutaris, ⁊ noſtrorũ fiat purgatio delictorum, ⁊ tue propitiatio poteſtatis. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiuꝫ. Cómu.

Primũ querite regnum Dei, ⁊ hec oĩa adijcient vobis, dicit dñs. Poſtcõ.

PUrificent ſemper ⁊ múniát tua ſacramenta nos deus, ⁊ ad perpetue ducant ſaluationis effectum. Per dominũ noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Dñica.xvj.poſt Pẽte. Intr.



Iſerere mihi dñe, quoniaꝫ ad te clamaui tota die: quia tu dñe ſuauis ac mitis es, ⁊ copioſus in miſericordia oĩbus inuocantibus te. Ps. Inclina domine aurem tuam mihi, ⁊ exaudi me: quoniam inops ⁊ pauper ſum ego. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiri. Oratio.

ECcleſiam tuam domine miſeratio continuata mundet ⁊ muniat: ⁊ quia ſine te nõ poteſt ſalua conſiſtere, tuo ſemper munere gubernetur. Per dominuꝫ noſtrum Jeſum Chriſtuꝫ filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.iij.

FRatres: Obſecro vos, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, que eſt gloria veſtra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patreꝫ domini noſtri Jeſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in celis ⁊ in terra nominatur: vt det vobis ſecundum diuitias glorie ſue, virtutem: corroborári per ſpiritũ eius, in interiori homine, habitare Chriſtuꝫ per fidem in cordibus veſtris: in caritate radicáti ⁊ fundati, vt poſſitis comprehéndere cum omnibus ſanctis que ſit latitúdo, longitudo, ſublimitas, ⁊ profunduꝫ. Scire etiam ſupereminenté ſciẽtie caritatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei autem qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quã petimus aut intelligimus ſecundum virtutem que operatur in nobis, ipſi gloria in eccleſia, ⁊ in Chriſto Jeſu in oẽs generationes ſeculi ſeculórũ amen. Grad.

Timebunt gentes nomen tuum domine, ⁊ omnes reges terre gloriam tuam. ℣. Quoniã edificauit dominus Sión; ⁊ videbitur in maieſtate ſua. Alleluia. ℣. Cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit.

Secundum Lucam.vii.



In illo tépore: Ibat Jeſus in ciuitatē que vocatur Naim: ꝛ ibant cū illo diſcipuli eius, ꝛ turba copioſa. Quum autem appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebátur filius únicus matris ſue. Et hec vidua erat, ꝛ turba ciuitatis multa cum illa. Quam quum vidiſſet dñs: miſericordia motus ſuper eam, dixit illi. Noli flere, ꝛ accéſſit, ꝛ tétigit lóculum: Hi autem qui portabant, ſtetérunt: ꝛ ait. Adoléſcens, tibi dico, ſurge. Et reſédit qui erat mortuus, ꝛ cepit loqui: ꝛ dedit illum matri ſue. Accepit autem omnes timor: ꝛ magnificabant Deū dicentes: quia propheta magnus ſurrexit in nobis, ꝛ quia deus viſitauit plebem ſuam. Credo. Offerto.

Domine in auxilium meum réſpice: confundantur ꝛ reuereantur, qui querunt animam meam, vt auferant eam: dñe in auxiliū meum reſpice. Secre.

Da nos domine ſacramenta cuſtódiant, ꝛ contra diabólicos ſemper tueantur incurſus. Per dominum no. Cõmu.

Domine memorabor iuſtitie tue ſolius: deus docuiſti me á iuuētute mea: ꝛ vſque in ſenectam ꝛ ſénium deus ne derelinquas me. Poſtcõmunio.

Mentes noſtras ꝛ corpora poſſideat, queſumus dñe, doni celeſtis operatio: vt nõ noſter ſenſus in nobis, ſed iugiter eius preueniat effectus. Per do.

Dñica.xvij.poſt Pent. Intr.



Iuſtus es domine, ꝛ rectū iudiciū tuū: fac cū ſeruo tuo ſecundū miſericordiā tuā. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri ꝛ filio ꝛ ſpiritui. Oratio.

Da nos queſumus domine, gratia ſemper preueniat ꝛ ſequatur: ac bonis operibus iugiter preſtet eſſe intentos. Per do.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Ephesios.iiij.

Fratres: Obſecro vos ego vinctꝰ in domino: vt digne ambulétis vocatione qua vocati eſtis, cum omni humilitate ꝛ manſuetudine: cū patientia ſupportantes inuicem in caritate: ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Unum corpus ꝛ vnus ſpiritus: ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtre. Unus dominus, vna fides, vnū baptiſma: vnus deus ꝛ pater omnium: qui eſt ſuper omnes, ꝛ per omnia, ꝛ in omnibus nobis. Qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum amen. Graduale.

Beata gens cuius eſt dñs deus eorũ, populus quem elégit dñs in hereditatem ſibi. ℣. Verbo dñi celi firmati ſunt, ⁊ ſpiritu oris eius omnis virtuȝ eorum. Allelúia. ℣. Dñe exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te peruéniat.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.xiiij.



In illo tépore: Quuȝ intraret Jeſus in domũ cuiuſdam principis phariſeorum ſabbatho manducare panem, ⁊ ipſi obſeruabant euȝ. Et ecce homo quidam hydrópicus erat ante illum: ⁊ reſpondens Jeſus, dixit ad legiſperitos ⁊ phariſeos. Si licet ſabbatho curare? At illi tacuerunt. Ipſe vero apprehenſum ſanauit eum, ac dimiſit: ⁊ reſpondens ad illos dixit. Cuius ueſtrũ aſinuȝ aut bos in puteum cadet, ⁊ non continuó extrahet illum die ſabbathi? Et non poterant ad hec reſpondére illi. Dicebat autem ⁊ ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accúbitus eligerent, dicens ad illos. Quum inuitatus fúeris ad nuptias, non diſcúmbas in primo loco, ne forté honorator te ſit inuitatus ab illo: ⁊ veniens is qui te ⁊ illum vocauit, dicat tibi: da huic locum: ⁊ tunc incipias cum rubore nouiſſimuȝ locum tenere. Sed quum vocatus fueris, vade ⁊ recúmbe in nouiſſimo loco: vt quũ venerit qui te inuitauit, dicat tibi. Amice aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus: quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: ⁊ qui ſe humíliat, exaltabitur. Credo. Offertoriũ.

Oraui deum meũ ego Daniel dicenȝ: exaudi dñe preces ſerui tui: illúmina faciem tuã ſuper ſanctuariũ tuum, ⁊ propitius intende populũ iſtũ, ſuper quem inuocatũ eſt nomen tuũ de⁹. Secre.

Munda nos queſumus domine, ſacrificij preſentiȝ effectu: ⁊ pérfice miſeratus in nobis, vt eius mereamur eſſe participes. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpirit⁹ ſancti Deus. Cómu.

Vouéte ⁊ réddite domino Deo veſtro omnes qui in circúitu eius affertis munera: terribili ⁊ ei qui aufert ſpiritum principum, terribili apud reges terre. Poſtcommunio.

Purifica queſumus domine mentes noſtras benignus, ⁊ rénoua celeſtibus ſacramẽtis: vt conſequenter ⁊ corporuȝ preſens pariter ⁊ futuruȝ capiamus auxilium. Per dominuȝ noſtrũ Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vni.

Require officium quatuor temporuȝ menſis Septembris poſt vigeſimã quartam dñicã. fo.

Dñica.xviij.poſt Pēt.Intr.

DA pacem dñe ſuſtinētibus te: vt prophetę tui fideles inueniantur: exaudi preces ſerui tui, ⁊ plebis tuę Iſrael. Ps. Lętatus ſum in his, quę dicta ſunt mihi, in domū domini ibimus. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper ⁊ in ſecula. Oratio.

DA quęſumus domine populo tuo diabolica vitare contagia, ⁊ te ſolum Deum pura mente ſectari. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtū filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat.

Ad Corinthios.j.cap.j.

FRatres: Gratias ago Deo meo ſemper pro omnibus vobis: in gratia Dei quę data eſt vobis in Chriſto Ieſu: quia in omnibus diuites facti eſtis in illo: in omni verbo ⁊ ī omni ſcientia: ſicut teſtimoniū Chriſti confirmatum eſt in vobis: ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia: expectantibus reuelationē domini noſtri Ieſu Chriſti: qui ⁊ confirmabit vos vſqꝫ in finem ſine crimine: in die aduentus domini noſtri Ieſu Chriſti. Gradua. Lętatus ſum in his, quę dicta ſunt mihi: in domum domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua: ⁊ abundantia in turribus tuis. Alleluia. ℣. Timebunt gentes nomen tuum domine, ⁊ omnes reges terrę gloriam tuam.

Secundum Mattheum.xxij.



IN illo tēpore: Acceſſerūt ad Ieſum phariſęi: ⁊ interrogauit eū vnꝰ ex eis legis doctor, tentans eum, ⁊ dicēs. Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege? Ait illi Ieſus. Diliges dominū Deum tuum ex toto corde tuo, ⁊ ex tota anima tua, ⁊ ex tota mente tua. Hoc eſt maximum ⁊ primum mandatum. Secundum autē ſimile eſt huic. Diliges proximum tuum ſicut teipſū. In his duobꝰ mandatis vniuerſa lex pendet ⁊ prophetę. Congregatis autem phariſęis, interrogauit eos Ieſus dicens. Quid vobis videtur de Chriſto? Cuius filiꝰ eſt? Dicunt ei: Dauid. Ait illis. Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eū dñm dicens: dixit dñs domino meo: ſede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellū pedum tuorū? Si ergo Dauid vocat eū dñm: quomodo filius eiꝰ eſt? Et nemo poterat reſpondere ei verbum: neqꝫ auſus fuit quiſquā ex illa die, eum amplius interrogare. Credo. Offerto.

Sanctificauit Moyſes altare domino: offerēs ſuper illud holocauſta, ⁊ immolās victimas, fecit ſacrificiū veſpertinum

tinum in odorem ſuauitatis dño deo, in conſpectu filiorum Iſrael. Secre.

M Aieſtatem tuam domine ſuppliciter deprecamur, vt hec ſancta que gérimus, ⁊ preteritis delictis nos éxuant ⁊ futuris. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiū. Cõmunio.

T óllite hoſtias, ⁊ introite ī átria ei⁹: adorate dñm in aula ſancta ei⁹. Poſtcõ.

S Anctificationibus tuis omnipotens deus, ⁊ vitia noſtra curentur, ⁊ remedia nobis ęterna prouéniant. Per dominum no.

¶ Dñica.xix.poſt Pẽte. Intr.



Al⁹ populi ego ſum, dicit dominus: de quacūq; tribulatione clamáuerint ad me exaudiam eos, ⁊ ero illorum dominus in perpetuum. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. ℣. Gloria. Oratio.

D Irigat corda noſtra queſumus dñe, tuę miſerationis operatio, quia tibi ſine te placére non póſſumus. Per dominum.

Ad Epheſios.iiij.

F Ratres: Renouámini autē ſpiritu mentis veſtrę: ⁊ induite nouum hominē, qui ſecundū deum creatus eſt, in iuſtitia ⁊ ſanctitate veritatis. Propter qđ deponentes mendacium, loquimini veritatē vnuſquiſq; cū proximo ſuo, quoniā ſumus inuicem membra. Iraſcimini ⁊ nolite peccare. Sol non óccidat ſuper iracundiā veſtram. Nolite locū dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manib⁹ ſuis quod bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatē patienti. Grad.

D irigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Alleluia. ℣. Confitémini domino, ⁊ inuocate nomen eius: annuntiate inter gentes opera eius.

Secundum Mattheum.ix.



I N illo tempore: Aſcendens Ieſus in nauiculam tranſfretáuit, ⁊ venit in ciuitatem ſuā: ⁊ ecce offerebant ei paralyticū iacentē in lecto: ⁊ vidēs Ieſus fidem illorū, dixit paralytico. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidā de ſcribis dixerūt intra ſe. Hic blaſphēmat. Et quum vidiſſet Ieſus cogitationes eorum, dixit. Vt quid cogitatis mala in cordib⁹ veſtris? Quid eſt facili⁹ dicere, dimittunt tibi peccata tua: an dicere, ſurge ⁊ ámbula? Vt ſciatis autem, quia filius hominis habet poteſtatē in terra dimittēdi peccata, tunc ait paralytico. Surge tolle lectū tuū, ⁊ vade in domū tuam.

Et ſurrexit, ⁊ abijt in domū ſuaʒ. Videntes autem turbę, timuerunt, ⁊ glorificauerunt Deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus. Credo. Offertorium.

Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me dñe: ⁊ ſuper iram inimicorum meorū extendes manum tuā, ⁊ ſaluum me fecit dextera tua. Secre.

Deus qui nos per huius ſacrificij venerāda commércia vnius ſummęqʒ diuinitatis participes éfficis, preſta quęſumus, vt ſicut tuam cognóuimus veritatem, ſic eam dignis moribus aſſequámur. Per. Cómu.

Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis: vtinā dirigant̄ vię meę ad cuſtodiēdas iuſtificationes tuas. Poſtcóm.

Gratias tibi referimus domine ſacro munere vegetáti, tuam miſericordiaʒ deprecantes, vt dignos nos eius participatione perficias. Per domi.

¶ Dñica.xx.poſt Pente. Intr.



Omnia quę feciſti nobis dñe, in vero iudicio feciſti: quia peccáuim⁹ tibi, ⁊ mandatis tuis non obediuimus: ſed da gloriam nomini tuo, ⁊ fac nobíſcum ſecundum multitudinem miſericordię tuę. Ps. Beati immaculati in via: qui ámbulant in lege domini. ℣. Gloria. Oratio.

Omnipotens ⁊ miſéricors deus, vniuerſa nobis aduerſantia propitiátus exclúde: vt mente ⁊ corpore páriter expediti, quę tua ſunt liberis mentibus exequamur. Per dominū.

Epiſtola ad Epheſios.v.

Fratres: Videte itaqʒ quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes: redimentes tempus, quoniā dies mali ſunt. Proptérea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes, quę ſit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed implemini ſpiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, ⁊ hymnis, ⁊ canticis ſpiritualibus: cantātes, ⁊ pſallentes in cordibus veſtris domino: gratias agentes ſemper pro omnibus in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti deo ⁊ patri: ſubiecti inuicē in timore Chriſti. Grad.

Oculi omnium in te ſperant dñe, ⁊ tu das illis eſcam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manū tuā, ⁊ imples omne animal benedictione. Alle. ℣. Paratum cor meum deus, paratū cor meū: cantabo ⁊ pſallam tibi gloria mea.

Secundum Mattheum.xxii.



In illo tépore: Loquebatur Ieſus principib⁹ ſacerdotuʒ ⁊ phariſeis in parabolis dicens. Simile factum eſt regnum celorum homini regi,

gi, qui fecit nuptias filio ſuo, ꝛ miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias, ꝛ nolebāt venire. Iterum miſit alios ſeruos dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandium meum paraui, tauri mei ꝛ altilia occiſa ſunt, ꝛ omnia parata, venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, ꝛ abierunt, alius in villam ſuam, alius vero ad negociationem ſuam. Reliqui vero tenuerunt ſeruos eius, ꝛ contumelijs affectos occiderunt. Rex autem quum audiſſet iratus eſt, ꝛ miſſis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos, ꝛ ciuitatem illorum ſuccendit. Tunc ait ſeruis ſuis. Nuptię quidem paratę ſunt, ſed qui inuitati erant, nō fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, ꝛ quoſcunqꝫ inueneritis vocate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt malos ꝛ bonos, ꝛ implete ſunt nuptię diſcumbentium. Intrauit autem rex vt videret diſcumbentes, ꝛ vidit ibi hominē non veſtitum veſte nuptiali, ꝛ ait illi. Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex miniſtris. Ligatis manibus ꝛ pedibus, eius mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus ꝛ ſtridor dentium. Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi. Credo. Offerto.

Super flumina Babylonis illic ſedimus ꝛ fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Secreta.

HAec munera queſumus domine, quę oculis tuę maieſtatis offerimus, ſalutaria nobis eſſe concede. Per. Communio.

Memento verbi tui ſeruo tuo domine in quo mihi ſpem dediſti: hęc me conſolata eſt in humilitate mea. Poſtcōm.

TUa nos queſumus domine medicinalis operatio, ꝛ a noſtris peruerſitatibus clementer expediat, ꝛ ſemper faciat tuis inherere mandatis. Per dominū.

Dñica.xxi.poſt Pent. Intr.



IN voluntate tua dñe vniuerſa ſunt poſita, ꝛ non eſt qui poſſit reſiſtere voluntati tuę. tu enim feciſti omnia cęlum ꝛ terrā, ꝛ vniuerſa quę cęli ambitu continentur, dominuſ vniuerſorum tu es. ps: Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri ꝛ filio. Oro.

LArgire queſumus domine fidelibus tuiſ indulgentiam placatus ꝛ pacem, vt pariter ab omnibus mundentur offenſis, ꝛ ſecura tibi mēte deſeruiāt. Per.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.vi.


FRatres: Cōfortamini in domino, ꝛ in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus

inſidias

inſidias diaboli: quoniaꝫ non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem ⁊ ſanguinem: ſed aduerſus principes ⁊ poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritalia nequitię in cęleſtib⁹. Propterea accipite armaturam dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, ⁊ in omnib⁹ perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, ⁊ induti loricaꝫ iuſtitię, ⁊ calciati pedes in pręparatione euangelij pacis, in omnibus ſumẽtes ſcutũ fidei: in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere: ⁊ galeam ſalutis aſſumite, ⁊ gladiuꝫ ſpiritus, quod eſt verbum dei. Gradua.

Dñe refugiuꝫ factus es nobis á generatione in generationem. ℣. Priuſquã montes fierent aut formaretur terra ⁊ orbis, á ſeculo ⁊ in ſeculum tu es deus. Alleluia. ℣. In exitu Iſraél de Aegypto: domuſ Jacób de populo bárbaro.

Secundum Joannem.iiij.



In illo tẽpore: Erat quidaꝫ régulus, cuiuſ filius infirmabat Capharnaum. Hic quum audiſſet quia Jeſus adueniret á Judęa in Galilęam: abijt ad eum: ⁊ rogabat eũ, vt deſcenderet, ⁊ ſanaret filium eius: incipiebat enim mori. Dixit ergo Jeſus ad eũ. Niſi ſigna ⁊ prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum régulus. Domine deſcende priuſquã moriatur filius meus. Dicit ei Jeſus. Vade, filius tuus viuit. Credidit homo ſermoni, quem dixit ei Jeſus, ⁊ ibat. Jam autem eo deſcendente ſerui occurrerunt ei, ⁊ nuntiauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerat: ⁊ dixerũt ei, quia heri hora ſeptima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Jeſus, filius tuuſ viuit: ⁊ credidit ipſe, ⁊ dom⁹ eius tota. Credo. Offertorium.

Vir erat in terra Hus nomine Job ſimplex ⁊ rectus ac timens deum: quem Satán petijt, vt tentaret: ⁊ data eſt ei poteſtas á domino in facultate, ⁊ in carne eius: perdiditqꝫ omnem ſubſtantiam ipſius, ⁊ filios, carnem quoqꝫ eius graui úlcere vulnerauit. Secreta.

Cœleſtem nobis prębeant hęc myſtéria quęſum⁹ domine medicinam, ⁊ vitia noſtri cordis expurgent. Per. Cõmu.

In ſalutari tuo anima mea, ⁊ in verbum tuum ſperaui: quando facies de perſequentibus me iudicium: iniqui perſecuti ſunt me, ádiuua me domine deus meus. Poſtcommunio.

Vt ſacris domine reddamur digni muneribus, fac nos tuis quęſumus ſemper obedire mandatis. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiũ.

Dñica

¶ Dñica.xxij.poſt Pẽte.Intr.

SI iniquitates obſeruaúeris domine, domine quis ſuſtinebit:' quia apud te ꝓpitiatio eſt deus Iſrael. Ps. De pꝛofundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. ℣. Gloꝛia patri. Oratio.

FAmiliam tuam quęſumus domine continua pietate cuſtódi, vt á cunctis aduerſitatibuſ te pꝛogẽte ſit libera, ⁊ ĩ boniſ actibus tuo nomini ſit deuota. Per.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Philippenſes.j.

FRatres: Confidimus in domino Ieſu, quia qui cępit in vobis opus bonũ, perficiet vſqꝫ in diem Chꝛiſti Ieſu. Sicut eſt mihi iuſtum hoc ſentire pro omnibus vobis: eó ꝙ hábeam vos in coꝛde ⁊ in vinculis meis, ⁊ in defenſione ⁊ cõfirmatione euangelij, ſocios gaudij mei omnes vos eſſe. Teſtis enim mihi eſt deus, quomodo cupiaʒ omnes vos in viſcéribus Ieſu Chꝛiſti. Et hoc oꝛo, vt caritas veſtra magis ac magis abundet in ſciẽtia, ⁊ in omni ſenſu: vt pꝛobétis potioꝛa, ⁊ ſitis ſyncéri, ⁊ ſine offenſa in diem Chꝛiſti, repleti fructu iuſtitię per Ieſum Chꝛiſtuʒ, in gloriam ⁊ laudem Dei. Graduale.

Ecce quam bonum ⁊ quam iucunduʒ habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguentum in capite: quod deſcendit in barbam: barbam Aaron. Alleluia. ℣. Qui timent dominum, ſperent in eo: adiutoꝛ, ⁊ pꝛotectoꝛ eoꝛum eſt.

Secundum Mattheum.xviij.



IN illo tẽpoꝛe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuiſ parabolã hanc. Simile eſt regnũ cęloꝛum homini regi, qui voluit rationem ponere cuʒ ſeruis ſuiſ. Et quum cępiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus qui debebat ei decem milia talenta. Quum autem non haberet vnde rédderet: iuſſit eum dominus eius venúndari, ⁊ vxoꝛem eius, ⁊ filios, ⁊ omnia quę habebat, ⁊ reddi. Prócidens autem ſeruus ille, rogabat euʒ dicens. Patientiaʒ habe in me, ⁊ omnia reddam tibi. Miſertus autem dominus ſerui illíus, dimiſit eum, ⁊ debitũ dimiſit ei. Egreſſus auteʒ ſeruus ille, inuénit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios, ⁊ tenens ſuffocábat eum dicens. Redde quod debes. Et prócidens conſeruus eius rogabat eum dicens. Patientiam habe in me, ⁊ omnia reddam tibi. Ille autem noluit, ſed ábijt, ⁊ miſit eum in cárcerem, donec rédderet débitum. Videntes autem conſerui eius quę fiebant,

fiebant, contriſtati ſunt valde: ⁊
venerunt, ⁊ narrauerunt domi-
no ſuo omnia, quę facta fuerant.
Tunc vocauit illum dñs ſuus, ⁊
ait illi. Serue nequã, omne debi
tum dimiſi tibi, quoniaȝ rogaſti
me: nonne ergo opoꝛtuit ⁊ te mi-
ſereri conſerui tui, ſicut ⁊ ego tui
miſertus ſum? Et iratus dominꝰ
eius, tradidit eum toꝛtoꝛibus,
quoaduſqȝ redderet vniuerſum
debitum. Sic ⁊ pater meus cele-
ſtis faciet vobis, ſi non remiſeri-
tis vnuſquiſqȝ fratri ſuo de coꝛ
dibus veſtris. Credo. Offerto.
Recoꝛdare mei domine, omnipoten-
tatui dominans: ⁊ da ſermonem rectum
in os meum, vt placeant verba mea in
conſpectu pꝛincipis. Secreta.
Suſcipe domine pꝛopitius ho
ſtias, quibus ⁊ te placari vo-
luiſti, ⁊ nobis ſaluteȝ potenti pie-
tate reſtitui. Per domi. Cõmu.
Ego clamaui, quoniam exaudiſti me
Deus: inclina aurem tuam, ⁊ exaudi
verba mea. Poſtcommunio.
Immoꝛtalitatis alimoniã con-
ſecuti, quęſumus domine, vt
quod oꝛe percepimuȝ, pura men
te ſectemur. Per dominum no.

¶ Dñica. xxiij. poſt Pẽt. Intr.

Dicit dominus,
ego cogito cogi
tationes pacis,
⁊ nõ afflictionis:
inuocabitis me,
⁊ ego exaudiam
vos: ⁊ reducam captiuitatem ve-
ſtraȝ de cunctis locis. Ps. Bene-
dixiſti domine terram tuã: auertiſti ca-
ptiuitatem Jacob. ℣. Gloꝛia. Oratio.
Deus refugium noſtrum ⁊
virtus, adeſto pijs eccleſię
tuę pꝛecibꝰ autoꝛ ipſe pietatis, ⁊
pꝛęſta, vt quod fideliter petimuȝ,
efficaciter conſequamur. Per.

Lectio epiſtolę beati Pauli apo
ſtoli ad Philippenſes. iij.

Fratres: Imitatoꝛes mei eſto
te, ⁊ obſeruate eos qui ita am
bulant, ſicut habetis foꝛmam no
ſtram. Multi enim ambulant,
quos ſępe dicebam vobis, nunc
autem ⁊ flens dico, inimicos cru
cis Chꝛiſti: quoꝛum finis interi-
tus: quoꝛum deus venter eſt, ⁊
gloꝛia in confuſione ipſoꝛuȝ, qui
terrena ſapiunt. Noſtra aũt con-
uerſatio in cęlis eſt. Unde etiam
ſaluatoꝛẽ expectamus dominuȝ
noſtrum Jeſum Chꝛiſtũ, qui re-
foꝛmabit coꝛpus humilitatis no
ſtrę, configuratũ coꝛpoꝛi clarita-
tis ſuę, ſecundum operationem
qua poſſit etiaȝ ſubijcere ſibi om
nia. Itaqȝ fratres mei cariſſimi
⁊ deſyderatiſſimi, gaudium meũ
⁊ coꝛona mea, ſic ſtate in domino
cariſſimi. Euodian rogo, ⁊ Syn-
tychen depꝛecoꝛ, idipſum ſape-
re in domino. Etiã rogo ⁊ te ger-
mane compar, adiuua illas, quę
mecum laboꝛauerunt in euange
lio cum Clemente ⁊ cęteris adiu
toꝛibus meis, quoꝛum nomina
ſunt in libꝛo vitę. Graduale.
Liberaſti nos domine ex affligentibus
nos: ⁊ eos qui nos oderunt cõfudiſti.
℣.

℣. In deo laudabimur tota die: ⁊ in nomine tuo confitébimur in ſecula. Alleluia. ℣. De pꝛofundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meā.

Secundum Mattheum.xxii.



IN illo tépoꝛe: Abeūtes phariſei conſiliū inierunt, vt caperent Jeſū in ſermone: ⁊ mittūt ei diſcipulos ſuos cum Herodiánis dicentes. Magiſter, ſcimus quia verax es, ⁊ viā Dei in veritate doces, ⁊ non eſt tibi cura de aliquo, non enim réſpicis perſonam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur, Licet cenſum dari Ceſari, an non? Cógnita autem Jeſus nequitia eoꝛum ait. Quid me tentatis hypocritę? Oſténdite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Jeſus. Cuius eſt imago hęc ⁊ ſuperſcriptio? Dicunt ei: Ceſaris. Tunc ait illis. Réddite ergo quę ſunt Ceſaris Ceſari, ⁊ quę ſunt Dei Deo. Credo. **Offertoꝛiū.**

De pꝛofundis clamaui ad te domine: domine exaudi oꝛationē meam: de pꝛofundis clamaui ad te domine. **Secre.**

DA miſericoꝛs deus, vt hęc ſalutaris oblatio, ⁊ ꝗ pꝛopꝛijs nos reatibus indeſinenter expédiat, ⁊ ab omnibus tueatur aduerſis. Per do. **Communio.**

Amen dico vobis, quicquid oꝛantes pétitis, crédite: quia accipietis, ⁊ fiet vobis. **Poſtcommunio.**

SUmpſimus domine ſacri dona myſtérij, humiliter depꝛecantes, vt quę in tui commemoratione nos facere pꝛęcepiſti, in noſtrę pꝛoficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis ⁊ regnas.

¶ **Dñica.xxiiij.poſt Penteco.**

Officium reſumitur de dominica pręterita pręter oꝛationem, epiſtolam, ⁊ euangelium: quę inferius annotantur. Introitus.

Dicit dominus ego cogito cogitationes pacis. vt ſupꝛa. **Oꝛatio.**



Xcita quęſumus domine tuoꝛum fidelium voluntates, vt diuini operis fructum pꝛopénſius exequentes, pietatis tuę remedia maioꝛa percipiant. Per dominum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Coloſſenſes.j.

FRatres: Non ceſſamus pꝛo vobis oꝛantes ⁊ poſtulātes: vt impleámini agnitione voluntatis Dei in omni ſapientia, ⁊ intellectu ſpirituali: vt ambuletis digne, deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, ⁊ creſcentes in ſcientia Dei: in omni virtute confoꝛtati ſecundum potentiam claritatis eius,

in

in omni patientia ⁊ longanimitate cum gaudio, gratias agentes deo ⁊ patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine: qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, ⁊ tranſtulit in regnum filij dilectionis ſue, in quo habemus redemptionem ⁊ remiſſionem peccatorum in Chriſto Jeſu domino noſtro. Grad. Liberaſti nos domine. vt ſupra.

Secundum Joannem. vj.



In illo tempore: Quum ſubleuaſſet ergo oculos Jeſus, ⁊ vidiſſet, qꝛ multitudo maxima venit ad eū: dicit ad Philippum. Vnde ememus panes, vt manducent hi? Hoc aūt dicebat tentās eū. Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturꝰ. Reſpōdit ei Philippus. Ducentorū denariorū panes nō ſufficiūt eis, vt vnuſquiſqꝫ modicū quid accipiat. Dicit ei vnꝰ ex diſcipulis eius Andreas frater Simonis Petri. Eſt puer vnus hic, qui habet quinqꝫ panes hordeaceos ⁊ duos piſces, ſed hec quid ſunt inter tantos? Dixit ergo Jeſus. Facite hoīes diſcumbere. Erat autē fenū multū in loco. Diſcubuerunt ergo viri numero quaſi quinque milia. Accepit ergo Jeſus panes: ⁊ quū gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbētibꝰ: ſimiliter ⁊ ex piſcibus, quantū volebant. Vt aūt impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis. Colligite que ſuperauerūt fragmēta, ne pereant. Collegerūt ergo, ⁊ impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinque panibꝰ hordeaceis, que ſuperfuerūt his qui māducauerāt. Illi ergo hoīes quū vidiſſent, qđ Jeſus fecerat ſignū, dicebāt: quia hic eſt vere propheta, qui venturus eſt in mundum. Credo. Offer. De pfundis. Secr.

Propitius eſto domine ſupplicationibus noſtris: ⁊ populi tui oblationibꝰ precibuſqꝫ ſuſceptis, omniū noſtrum ad te corda conuerte, vt a terrenis cupiditatibus liberi, ad celeſtia deſyderia tranſeamus. Per. Cōm. Amen dico vobis. Poſtcōmunio.

Concede nobis queſumus dñe, vt per hec ſacramenta que ſumpſimus: quicquid in noſtra mente vitioſū eſt ipſorū medicationis dono curet. Per do.

¶ Feria.iiij. Quatuor Tēporū menſis Septembris: Statio ad ſanctā Mariā Maiorem. Intr.



Xultate deo adiutori noſtro, iubilate deo Jacob: ſumite pſalmū iucundū cum cithara: canite initiū menſis tuba: quia preceptū in Iſrael eſt, ⁊ iudicium Deo Jacob. Ps.

Teſtimonium in Ioſeph poſuit illud: quum exiret de terra Aegypti, linguam quam non nouerat audiuit. ℣. Gloria.

Gloria in excelſis nō dicitur. ſed ſtatim finito Kyrie. dr̄ Oremꝰ. Flectamus genua. Leuate. Oro.

Miſericordię tuę remedijs quęſumus domine fragilitas noſtra ſubſiſtat, vt quę ſua cōditione atteritur, tua clementia reparetur. Per dominum no.

Lectio Amos prophetę. ix.
Cantatur in tono prophetię.

Hæc dicit dominus deus. Ecce dies veniunt, ꝛ comprehendet arator meſſorem, ꝛ calcator vuę mittentem ſemen: ꝛ ſtillabunt montes dulcedinē: ꝛ omnes colles culti erunt. Et conuertam captiuitatem populi mei Iſrael: ꝛ ędificabunt ciuitates deſertas, ꝛ inhabitabunt: ꝛ plantabunt vineas, ꝛ bibent vinum earū: ꝛ facient hortos, ꝛ comedent fructus eorū. Et plantabo eos ſuper humū ſuam, ꝛ non euellā eos vltra de terra ſua quam dedi eis, dicit dn̄s omnipotens. Grad.

Quis ſicut dominus deus noſter: qui in altis habitat: ꝛ humilia reſpicit in cęlo ꝛ in terra: ℣. Suſcitans a terra inopem: ꝛ de ſtercore erigens pauperem.

Deinde dr̄ Dominus vobiſcū. ſine Flectamus genua. Oratio.

Præſta quęſumus domine familię tuę ſupplicanti: vt dum a cibis corporalibus ſe abſtinet, a vitijs quoq; mente ieiunet. Per dominum noſtrū Ieſum.

Lectio libri Eſdrę. Neemię. viij.
Cātatur in tono epiſtolę ferialis.

In diebus illis: Congregatus eſt omnis populus quaſi vir vnus ad plateā quę eſt ante portam aquarum: ꝛ dixerunt Eſdrę ſcribę, vt afferret librum legis Moyſi, quam pręcepit dominus Iſraeli. Attulit ergo Eſdras ſacerdos legē coram multitudine virorum ac mulierum, cunctiſq; qui poterant intelligere, in die prima menſis ſeptimi: ꝛ legit in eo aperte in platea, quę erat ante portam aquarum, de mane vſq; ad mediā diē in conſpectu virorum ac mulierū, ꝛ ſapientiū: ꝛ aures omnis populi erāt erectę ad librū. Stetit autē Eſdras ſcriba ſuper gradū ligneū, quē fecerat ad loquendum, ꝛ ſteterunt leuitę iuxta eū: ꝛ aperuit Eſdras librum corā oī populo, ꝛ bn̄dixit Eſdras dn̄o deo voce magna, ꝛ reſpōdit omnis populus: Amen amē, eleuans manꝰ ſuas: ꝛ incuruati ſunt, ꝛ adorauerunt deū proni in terram. Porro leuitę ſilentiū faciebant in populo ad audiendam legem. Populus autem ſtabat in gradu ſuo. Et legerunt in libro legis dei diſtincte, ꝛ appoſite ad intelligendū. Dixit aūt Neemias ꝛ Eſdras ſacerdos ꝛ ſcriba, ꝛ leuitę interpretātes vniuerſo populo. Dies ſanctificatus eſt dn̄o deo noſtro, nolite lugere, ꝛ nolite flere: (flebat enim omnis populus quum audiret verba legis) ꝛ dixit

rit eis. Ite ⁊ comédite pinguia, ⁊ bibite mulſum, ⁊ mittite partes eis, qui non preparauerunt ſibi: quia ſanctus dies domini eſt. Et nolite cõtriſtari: gaudiuꝫ étenim dñi eſt fortitudo noſtra. Grad.

Beata gens cuius eſt dñs deus eorũ: populus quem elégit dñs in hereditatem ſibi. ℣. Uerbo dñi celi firmati ſunt, ⁊ ſpiritu oris eius omnis virtus eorũ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Marcum. ix.



In illo tépore: Reſpondés vnus de turba dixit ad Jeſũ: Magiſter, áttuli filiuꝫ meum ad te, habentem ſpiritum mutum, qui vbicunqꝫ eum apprehénderit, allidit eum: ⁊ ſpumat, ⁊ ſtridet dentibus, ⁊ aréſcit: ⁊ dixi diſcipulis tuis, vt eiicerent illum, ⁊ non potuerunt. Qui reſpondés eis, dixit. O generatio incrédula, quándiu apud vos ero? quándiu vos pátiar? Afférte illum ad me. Et attulerunt eum. Et quum vidiſſet illuꝫ, ſtatim ſpiritus conturbauit euꝫ: ⁊ eliſus in terrã volutabatur ſpumans. Et interrogauit patrem eius. Quantuꝫ tépõris eſt, ex quo ei hoc áccidit? At ille ait. Ab infantia: ⁊ frequenter euꝫ in ignem ⁊ in aquam miſit, vt eũ pérderet. Sed ſiquid potes ádiuua nos, miſertus noſtri. Jeſus autem ait illi. Si potes crédere, omnia poſſibilia ſunt credenti. Et continuo exclámans pater púeri, cum lachrymis aiebat. Credo domine: ádiuua incredulitatem meã. Et quum vidéret Jeſus concurrentem turbam, comminatus eſt ſpiritui immundo, dicens illi. Surde ⁊ mute ſpiritus, ego precipio tibi, exi ab eo, ⁊ ámplius ne introéas in eũ. Et exclamás, ⁊ multum diſcerpens eum, éxijt ab eo: ⁊ factus eſt ſicut mórtuus: ita vt multi dicerent, quia mórtuus eſt. Jeſus autem tenens manũ eius, eleuauit euꝫ, ⁊ ſurrexit. Et quum introiſſet in domum, diſcipuli eius ſecretó interrogabant euꝫ. Quare nos non potuimus éijcere illum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione ⁊ ieiunio. Offertorium.

Meditabor in mandatis tuis, que dilexi valde: ⁊ leuabo manus meas ad mandata tua, que dilexi. Secreta.

Haec hoſtia queſumus domine emundet noſtra delicta, ⁊ ad ſacrificium celebranduꝫ, ſubditorum tibi corpora menteſqꝫ ſanctificet. Per. Commu.

Comédite pínguia: ⁊ bibite mulſũ: ⁊ mittite partes eis qui nõ preparauerunt ſibi: ſanctus étenim dies domini eſt: nolite contriſtari: gaudium étenim domini eſt fortitudo noſtra. Poſtcõm.

Sumentes domine dona celeſtia ſuppliciter deprecamur,

vt quę ſédula ſeruitute donante te gérimus, dignis ſenſibus tuo munere capiamus. Per domi.

¶ Feria.vj. Statio ad ſanctos duodecim apoſtolos. Introitꝰ.



Aetetur cor quęrétiū dominuz: q̄rite dominum, ⁊ confirmámini: quęrite faciez eiꝰ ſemp. Ps. Confitémini domino, ⁊ inuocate nomen eius: annuntiate inter gentes opera eius. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiri. Oratio.

Preſta queſumus omnipotens Deus, vt obſeruationes ſacras ánnua deuotione recolentes, ⁊ corpore tibi placeamus ⁊ mente. Per dominum.

Lectio Oſeę prophetę.xiiij.

Haec dicit dominus deus. Conuértere Iſraël ad dominum Deum tuum, quoniam corruiſti in iniquitate tua. Tóllite vobíſcuz verba, ⁊ conuertimini ad dominum, ⁊ dicite ei. Omnem aufer iniquitatem, ⁊ accipe bonum, ⁊ reddémus vitulos labiorum noſtrorum. Aſſur non ſaluabit nos, ſuper equos non aſcendemus, nec dicemus vltra, dij noſtri opera mánuuz noſtrarum, quia eius qui in te eſt miſeréberis pupilli. Sanabo contritiones eorum, diligam eos ſpontaneé, quia auerſus eſt furor meꝰ ab eis. Ero quaſi ros: Iſraël germinabit quaſi lilium, ⁊ erúmpet radix eius vt Libani. Ibunt rami eius: ⁊ erit quaſi oliua gloria eius, ⁊ odor eius vt Libani. Conuertent̃ ſedentes in vmbra eius, viuent tritico, ⁊ germinabunt quaſi vinea. Memoriale eius ſicut vinuz Libani. Ephraim quid mihi vltra idola? Ego exaudiaz, ⁊ dirigam eum ego vt abietem virentem: ex me fructus tuus inuentus eſt. Quis ſapiens, ⁊ intelliget iſta? intelligens, ⁊ ſciet hęc? Quia rectę vię dn̄i, ⁊ iuſti ambulabunt in eis: preuaricatores verò corruent in eis. Grad.

Conuértere domine aliquántulum: ⁊ deprecáre ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis á generatione in generationem.

Secundum Lucam.vij.



In illo tempore: Rogabat Ieſum quidam phariſeus, vt máducaret cum illo: ⁊ ingreſſus domum phariſei, diſcubuit. Et ecce mulier, quę erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd Ieſus accubuit in domo phariſei, áttulit alabáſtrū vnguenti: ⁊ ſtans retro ſecus pedes eius, lachrymis cępit rigáre pedes eius, ⁊ capillis capitis ſui tergebat, ⁊ oſculabat̃ pedes eius,

⁊ vn-

⁊ vnguēto vngebat. Videns autem phariſeus, qui vocauerat eū, Ait intra ſe dicēs. Hic ſi eſſet propheta, ſciret vtiqꝫ, que ⁊ qualis eſt mulier, que tangit eum, quia peccatrix eſt. Et reſpondens Jeſus, dixit ad illuꝫ. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magiſter dic. Duo debitores erant cuidaꝫ feneratori: vnus debebat denarios quingentos, ⁊ alius quinquaginta. Non habētibus illis vnde redderent, donauit vtriſqꝫ. Quis ergo eum plus diligit? Reſpondens Simon dixit. Aeſtimo quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicaſti. Et conuerſus ad mulierem, dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti: hec autem lachrymis rigauit pedes meos, ⁊ capillis ſuis terſit. Oſculum mihi nō dediſti: hec autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti, hec auteꝫ vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniā dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minꝰ diligit. Dixit autem ad illaꝫ. Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt qui ſimul accumbebant dicere intra ſe. Quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te ſaluam fecit, vade in pace. Offertorium.

Benedic anima mea dn̄o: ⁊ noli obliuiſci oēs retributiones eius: ⁊ renouabitur ſicut aquile iuuentus tua. Secre.

Accepta tibi ſint domine queſumus noſtri dona ieiunij, que ⁊ expiando nos tua gratia dignos efficiant, ⁊ ad ſempiterna promiſſa perducant. Per dominum noſtrum. Cōmunio.

Aufer a me opprobrium ⁊ contemptū, quia mādata tua exqſiui dn̄e: nā ⁊ teſtimonia tua meditatio me eſt. Poſtcō.

Queſumus omnipotens deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, beneficia potiora ſumamus. Per do.

¶ Sabbatho: Statio ad ſanctum Petrum. Introitus.

Venite adoremus Deuꝫ, ⁊ pcidamus ante dn̄m: ploremus ante eum, qui fecit nos: quia ipſe eſt dominus deus noſter. Ps. Venite exultemus domino: iubilemus deo ſalutari noſtro. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Deinde Kyrie eleiſon. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oro.

Omnipotēs ſempiterne deus, qui per continentiaꝫ ſalutarem ⁊ corporibus mederis ⁊ mentibus, maieſtatem tuam ſupplices exoramus: vt pia ieiunantium deprecatione placatus, ⁊ preſentia nobis ſubſidia tribuas, ⁊ futura. Per dominum noſtrū.

Prophetia prima.
Lectio libri Leuitici.xxiij.

IN diebus illis: Locutus eſt dominus ad Moyſén dicens. Decimo die menſis huius ſeptimi, dies expiationum erit celebérrimus, ⁊ vocabitur ſanctus: affligétiſqꝫ animas veſtras in eo, ⁊ offerétis holocauſtum domino. Omne opus ſeruile non facietis in tempore diei huius, quia dies propitiationis eſt: vt propitiétur vobis dominus deus veſter. Omnis anima quę afflita non fuerit die hac, peribit de populis ſuis: ⁊ quę operis quíppiam fécerit, delébo eam de populo ſuo. Nihil ergo operis facietis in eo. Legitimum ſempiternum erit vobis in cunctis generationibus ⁊ habitationibus veſtris. Sabbathum requietionis eſt, affligétiſque animas veſtras. Die nono menſis á véſpera vſqꝫ ad véſperum celebrábitis ſabbatha veſtra, dicit dominus omnipotens. Grad.

Propitius eſto domine peccatis noſtris: néquando dicant gentes vbi eſt deus eorꝫ. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter, ⁊ propter honorem nominis tui dñe libera nos. ℣. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Orõ.

DA nobis quęſumus omnipotens Deus, vt ieiunando tua gratia ſatiémur, ⁊ abſtinendo cunctis efficiamur hoſtibus fortiores. Per dominnm noſtrum Ieſum Chriſtum filiū.

Prophetia ſecunda.
Lectio libri Leuitici.xxiij.

IN diebus illis: Locutus eſt dominus ad Moyſén dicens. A quintodecimo die menſis ſeptimi, quando congregauéritis omnes fructus terrę veſtrę, celebrábitis férias domini ſeptem diebus. Die primo ⁊ die octauo erit ſabbathum, ideſt requies: ſumétiſque vobis die primo fructus arboris pulchérrimę, ſpatulaſqꝫ palmarum, ⁊ ramos ligni denſarum frondium, ⁊ ſálices de torrente, ⁊ lętabímini corá domino Deo veſtro: celebrábitiſqꝫ ſolennitatem eius ſeptem dieb⁹ per annum. Legitimum ſempiternum erit in generationibus veſtris. Menſe ſéptimo feſta celebrábitis, ⁊ habitábitis in vmbráculis ſeptem diebus. Omnis qui de genere Iſraél eſt, manebit in tabernáculis, vt diſcant póſteri veſtri, quód in tabernáculis habitare fécerim filios Iſraél: quuꝫ edúcerē eos de terra Aegypti, ego dñs deus veſter. Grad.

Protector noſter áſpice Deus: ⁊ réſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine Deus virtutum, exaudi preces ſeruorum tuorum. ℣. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

TVére quęſumus domine familiam tuam: vt ſalutis ętérnę remedia, quę te inſpirante requirimus, te largiente conſequamur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Prophe-

Prophetia tertia.
Lectio Michęę prophetę.vij.

DOmine deus noſter paſce populũ tuum in virga tua, gregem hęreditatis tuę, habitantes ſolos in ſaltu iuxta dies antiquos. Videbunt gentes, ⁊ confundentur ſuper omni fortitudine ſua. Quis deus ſimilis tui, qui aufers iniquitatem, ⁊ tranſfers peccatum reliquiarum hęreditatis tuę? Non immittet vltra furorem ſuum: quoniá volens miſericordiam eſt. Reuertetur ⁊ miſerebitur noſtri, depónet iniquitates noſtras, ⁊ proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra. Dabis veritatem Iacób, miſericordiam Abrahám, quę iuraſti patribus noſtris á diebus antiquis, dñe deus noſter. Grad.

Conuertere domine aliquántulum: ⁊ deprecáre ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine refúgium factus es nobis á generatione in generationem. ℣. Orem⁹. Flectamus genua. Leuate. Oro.

PReſta quęſumus domine ſic nos ab épulis carnalib⁹ abſtinére, vt á vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per domi.

Prophetia quarta.
Lectio Zacharię prophetę.viij.

IN diebus illis: Factum eſt verbum dñi ad me dicens. Hęc dicit dominus deus exercituũ. Sicut cogitaui, vt affligerẽ vos, quum ad iracundiam me prouocaſſent patres veſtri, ⁊ non ſum miſertus: ſic conuerſus cogitaui in diebus iſtis, vt benefaciam domui Iuda ⁊ Ieruſalem. Nolite timére. Hęc ſunt ergo verba quę facietis. Loquímini veritatem vnuſquiſque cum próximo ſuo, veritatem ⁊ iudicium pacis iudicáte in portis veſtris, ⁊ vnuſquiſque malum contra amicum ſuũ ne cogitétis in cordibus veſtris, ⁊ iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hęc ſunt quę odi, dicit dominus. Et factum eſt verbum domini exercituum ad me dicens. Hęc dicit dominus exercítuum. Ieiunium quarti, ⁊ ieiunium quinti, ⁊ ieiuniũ ſeptimi, ⁊ ieiuniũ decimi, erit domui Iudę in gaudium, ⁊ lętitiam, ⁊ in ſolennitates prę́cláras. Veritatem tantũ ⁊ pacem dilígite, dicit dñs exercituum. Gradua.

Dirigat̃ oratio mea, ſicut incenſum in cóſpectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuũ mearum ſacrificium veſpertinum. ℣. Orem⁹. Flectam⁹ ge. Leua. Oro.

VT nobis domine tribuis ſolenne tibi deférre ieiunium, ſic nobis quęſumus indulgentię pręſta ſubſidiũ. Per do.

Prophetia quinta.
Lectio Danielis prophetę.iij.

IN diebus illis, Angelus domini deſcendit cũ Azaria ⁊ ſocijs eius in fornacem, ⁊ excuſſit flammam ignis de fornace, ⁊ fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem. Flamma autem diffuſa eſt ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem: ⁊ incendit

quos répperit iuxta foꝛnacē de Chaldeis miniſtros regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tétigit ignis, neq; contriſtauit: nec quicquā moleſtię intulit. Tunc hi tres quaſi ex vno oꝛe laudabant, ⁊ gloꝛificabant, ⁊ benedicebant Deum in foꝛnace dicentes. Hymnus.

Benedictus es domine deus patrum noſtroꝛum. ℟. Et laudabilis ⁊ gloꝛioſus in ſecula. ℣. Et benedictum nomen gloꝛię tuę quod eſt ſanctum. ℟. Et laudabile ⁊ gloꝛioſum in ſecula. ℣. Benedictus es in templo ſancto gloꝛię tuę. ℟. Et laudabilis ⁊ gloꝛioſus in ſecula. ℣. Benedictus es ſuper thꝛonum ſanctum regni tui. ℟. Et laudabilis ⁊ gloꝛioſus in ſecula. ℣. Benedictus es ſuper ſceptrum diuinitatis tuę. ℟. Et laudabilis ⁊ gloꝛioſus in ſecula. ℣. Benedictus es qui ſedes ſuper cherubím intuēs abyſſos. ℟. Et laudabilis ⁊ gloꝛioſus in ſecula. ℣. Benedictus es qui ámbulas ſuper pennas ventoꝛū, ⁊ ſuper vndas maris. ℟. Et laudabilis ⁊ gloꝛioſus in ſecula. ℣. Benedicant te omnes angeli ⁊ ſancti tui. ℟. Et laudent te ⁊ gloꝛificent in ſecula. ℣. Benedicant te cęli, terra, mare, ⁊ omnia quę in eis ſunt. ℟. Et laudent te ⁊ gloꝛificent in ſecula. ℣. Gloꝛia patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. ℟. Et laudabili ⁊ gloꝛioſo in ſecula. ℣. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper: ⁊ in ſecula ſeculoꝛum, amen. ℟. Et laudabili ⁊ gloꝛioſo in ſecula. ℣. Benedictus es domine deus patrū noſtroꝛum. ℟. Et laudabilis ⁊ gloꝛioſus in ſecula. Hic dicitur Dominus vobiſcū ſine Flectamus genua. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium, concede propitius, vt nos famulos tuos non exúrat flamma vitioꝛum. Per dominū noſtrum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Hebꝛeos. ix.

Fratres: Tabernáculum factum eſt pꝛimū: in quo erant candélabꝛa, ⁊ menſa, ⁊ pꝛopoſitio panum, quę dicitur ſancta. Poſt velamentum autem ſecundum tabernáculum quod dicitur ſancta ſanctoꝛum: áureum habens thuribulum, ⁊ arcam teſtamenti circuntectam ex omni parte auro: in qua vrna áurea habens manna, ⁊ virga Aarón quę froꝛuerat, ⁊ tábulę teſtamenti: ſuper quę erant Cherubím gloꝛię, obumbꝛantia pꝛopitiatóꝛiū: de quibus non eſt modó dicendum per ſingula. His veró ita compóſitis: in pꝛioꝛi quidem tabernáculo ſemper introíbant ſacerdotes, ſacrificioꝛum officia conſummantes. In ſecundo veró ſemel in anno ſolus póntifex, non ſine ſanguine, quem offérret pꝛo ſua ⁊ populi ignoꝛantia: hoc ſignificante ſpiritu ſancto: nondū pꝛopalátam eſſe ſanctoꝛū viam: adhuc pꝛioꝛi tabernáculo habente ſtatum: quę parabola, eſt temporis inſtántis: iuxta quam munera ⁊ hoſtię offeruntur, quę nó poſſunt

poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem, ſolúm modo in cibis, ⁊ in pótibus, ⁊ in várijs baptiſmatibus, ⁊ iuſtitijs carnis, vſque ad tempus correctionis impóſitis. Chriſtuſ autem aſſiſtens póntifex futurorum bonorum, per ámplius ⁊ perféctius tabernáculum non manufactum, ideſt non huius creationis, neque per ſanguinem hircornm aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, ęterna redemptione inuenta. **Tractus.**

Laudate dñm omnes gentes: ⁊ collaudate eũ omnes populi. ℣. Quoniã confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: ⁊ veritas dñi manet in ęternum.

Secundum Lucam. xiij.



IN illo tépore: Dicebat Jeſuſ turbis ſimilitudineſ hanc. Arborez fici habebat quidam plantatam in vínea ſua: ⁊ venit quęrens fructum in illa, ⁊ non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineę. Ecce anni tres ſunt, ex quo vénio quęrens fructũ in ficúlnea hac, ⁊ non inuénio. Succide ergo illam. Vt quid etiam terram óccupat? At ille reſpondens dixit illi. Domine dimítte illam ⁊ hoc anno, vſque dum fódiam circa illam, ⁊ mittam ſtércora. Et ſi quidem fécerit fructum: ſin autem, in futurum ſuccides eam. Erat autem docens in ſynagoga eorum ſabbathis: Et ecce mulier quę habebat ſpiritum infirmitatis annis decem ⁊ octo, ⁊ erat inclináta, nec omnino póterat ſurſuz reſpícere. Quã quum vidéret Jeſus, vocauit eam ad ſe, ⁊ ait illi. Mulier, dimiſſa es ab infirmitate tua: ⁊ impóſuit illi manus: ⁊ conféſtim erecta eſt: ⁊ glorificabat Deum. Reſpondens autẽ archiſynagóguſ, indignanſ quia ſabbatho curaſſet Jeſus, dicebat turbę. Sex dies ſunt, ĩ quibus opoꝛtet operari. Jn his ergo veníte ⁊ curámini, ⁊ non in die ſabbathi. Reſpondens autem ad illuz Dominus dixit. Hypocritę, vnuſquiſqz veſtrum ſabbatho non ſoluit bouem ſuum aut áſinum á pręſépio, ⁊ ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahę, quam alligáuit ſatanás ecce decẽ ⁊ octo annis, non opoꝛtuit ſolui á vínculo íſto die ſabbathi? Et quũ hęc díceret, erubeſcebant omnes aduerſarij eiꝰ: ⁊ omnis populꝰ gaudebat ĩ vniuerſiſ, quę glorioſè fiebãt ab eo. **Offer.**

Domine deus ſalutis męę in die clamaui ⁊ nocte coꝛaz te: intret oꝛatio mea in conſpectu tuo domine. **Secreta.**

COncede quęſumus omnipotens deus, vt oculis tuę maieſtatis munus oblatum, ⁊ gratiam nobis pię deuotionis obtíneat,

obtineat, ⁊ effectum beatę perennitatis acquirat. Per. Commu.

Menſe ſeptimo feſta celebrabitis: quũ in tabernaculis habitare fecerim filios Iſraël: quũ educerẽ eos de terra Aegypti: ego dñs deus veſter. Poſtcõ.

PErficiant in nobis domine queſumus tua ſacramenta quod continent: vt quę nunc ſpe gerimus, rerum veritate capiamus. Per dominum noſtrum.

IN ANNIVERSARIO Dedicationis Eccleſię. Introi.



TErribilis eſt locus iſte: hic domus Dei eſt, ⁊ porta cęli: ⁊ vocabit aula Dei. ps. Quam dilecta tabernacula tua dñe virtutũ: cõcupiſcit, ⁊ deficit anima mea in atria dñi. ℣. Gloria pa. Orõ.

DEus, qui nobis per ſingulos annos hui⁹ ſancti templi tui cõſecrationis reparas diẽ, ⁊ ſacris ſemper myſterijs repręſentas incolumes: exaudi preces populi tui, ⁊ pręſta, vt quiſquis hoc templũ beneficia petiturus ingreditur, cuncta ſe impetraſſe lętetur. Per dominũ noſtrum.

Lectio libri Apocalypſis beati Ioannis Apoſtoli. xxi.

IN diebus illis: Vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalẽ nouam, deſcendentem de cęlo, a Deo paratam, ſicut ſponſã ornatam viro ſuo. Et audiui vocem magnã de throno dicentem. Ecce tabernaculum Dei cũ hominibus, ⁊ habitabit cum eis. Et ipſi populus eius erunt: ⁊ ipſe Deus cum eis erit eorum Deus. Et abſterget Deus omnem lachrymã ab oculis eorum: ⁊ mors vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra, quę prima abierũt. Et dixit qui ſedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Grad.

Locus iſte á Deo factus eſt: ineſtimabile ſacramentum: irreprehenſibilis eſt. ℣. Deus cui aſtat angelorum chorus: exaudi preces ſeruorum tuorum. Alleluia. ℣. Adorabo ad templũ ſanctum tuum: ⁊ confitebor nomini tuo. Alleluia. ℣. Bene fundata eſt domus domini ſupra firmam petram.

Secundum Lucam. xix.



IN illo tẽpore: Egreſſus Ieſus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachęus: ⁊ hic erat princeps publicanorum, ⁊ ipſe diues. Et quęrebat videre Ieſum quis eſſet: ⁊ nõ poterat pre turba, quia ſtatura puſillus erat: ⁊ precurrens aſcendit in arborem ſycomorum, vt videret illum, quia inde erat tranſiturus. Et quum veniſſet ad locũ, ſuſpiciens Ieſus vidit illum, ⁊ dixit ad eum, Zachęe feſtinans deſcende:

ſcende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et feſtinans deſcendit, ⁊ excépit illũ gaudens. Et cum vidérent omnes murmurabant dicentes, q̃ ad hominem peccatorẽ diuertiſſet. Stans aũt Zacchéus dixit ad Jeſum. Ecce dimidium bonorũ meorum dñe do paupéribus: ⁊ ſi quid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplũ. Ait Jeſus ad eum, quia hodie ſalus domui huic facta eſt: eó q̃ ⁊ ipſe ſit fili⁹ Abrahę. Venit enim filius hominis quęrere, ⁊ ſaluum fácere quod perierat. **Offerto.**

Domine deus in ſimplicitate cordis mei lętus obtuli vniuerſa: ⁊ populum tuum qui repertus eſt, vidi cum ingenti gaudio: deus Iſraél cuſtodi hanc voluntatem domine deus. **Secreta.**

Annue quęſumus domine précibus noſtris, vt quicunq; intra templi huius, cuius anniuerſariũ dedicationis diem celebramus, ámbitum continemur: plena tibi atq; perfecta corporis ⁊ animę deuotione placeamus: vt dum hęc vota pręſentia réddimus, ad ęterna pręmia te adiuuáte peruenire mereamur. Per dominũ noſtrum. **Cõmu.**

Domus mea, domus orationis vocábitur dicit dominus: in ea omnis qui petit áccipit: ⁊ qui quęrit inuenit: ⁊ pulſanti aperietur. **Poſtcommunio.**

Deus qui de viuis ⁊ electis lapidibus ęternũ maieſtati tuę pręparas habitáculũ: auxiliáre populo tuo ſupplicanti, vt quod eccleſię tuę próficit corporalibus ſpácijs, ſpiritualibus amplificétur augmentis. Per do.

In ipſa die Dedicationis Eccleſię Miſſa dicitur vt ſupra in Anniuerſario Dedicationis, exceptis orationibus, quę dicuntur vt ſequitur. Oratio.

Deus, qui inuiſibiliter omnia contines, ⁊ tamen pro ſalute generis humani ſigna tuę potentię viſibiliter oſtendis, templum hoc potentia tuę inhabitationis illuſtra, ⁊ concede, vt omnes, qui huc deprecaturi conueniunt, ex quacunq; tribulatione ad te clamauerint, conſolationis tuę beneficia cõſequantur. Per dominum noſtrum. **Secreta.**

Deus, qui ſacrandorum tibi auctor es munerum, effunde ſuper hanc orationis domum benedictionem tuam: vt ab omnibus in ea inuocantibus nomẽ tuum, defenſionis tuę ſentiatur auxilium. Per dominum noſtrũ Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſan. **Poſtcommu.**

Quęſumus, omnipotẽs deus: vt in hoc loco, quẽ nomini tuo indigni dedicauimus, cunctis petentibus aures tuę pietatis accommodes. Per dominum noſtrũ Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Proprium

PROPRIVM
SANCTORVM.

In vigilia ſancti Andreę Apoſtoli. Introi.



Dominus ſecus mare Galileę vidit duos fratres, Petrum ⁊ Andreã, ⁊ vocauit eos: venite poſt me: faciam vos fieri piſcatores hominũ. Ps. At illi relictis retibus ⁊ naui, ſecuti ſunt dominũ. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio. **Oratio.**

Quęſumus omnipotẽs deus, vt beatus Andreas apoſtolus, tuũ pro nobis imploret auxiliũ: vt á noſtris reatibus abſoluti, á cunctis etiam periculis eruamur. Per domi. **Lectio libri Sapientię. xliiii.**

Benedictio dñi ſuper caput iuſti: ideo dedit illi dñs hęreditatẽ, ⁊ diuiſit ei partẽ in tribubus duodecim: ⁊ inuẽnit gratiá in cóſpectu omnis carnis. Magnificauit eũ in timore inimicorũ, ⁊ in verbis ſuis monſtra placauit.

uit. Glorificauit eum in conſpectu regum, ⁊ oſtendit illi gloriam ſuã. In fide ⁊ lenitate ipſius ſanctum fecit illum: ⁊ elegit eum ex omni carne. Et dedit illi coram pręcepta, ⁊ legem vitę ⁊ diſciplinę, ⁊ excelſum fecit illum. Statuit illi teſtamentũ ęternum, ⁊ circuncinxit eum zona iuſtitię, ⁊ induit eum dñs coronam glorię. Grad. Nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos, ⁊ ſuper arénam multiplicabuntur.

Secundum Joannem .j.



In illo tempore: Stabat Joannes, ⁊ ex diſcipulis eius duo, ⁊ reſpiciẽs Jeſuz ambulantem dicit. Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo diſcipuli loquentem, ⁊ ſecuti ſunt Jeſum. Conuerſus autem Jeſus, ⁊ videns eos ſequentes ſe, dicit eis. Quid quęritis? Qui dixerunt ei. Rabbi (quod dicitur interpretatum magiſter) vbi hábitas? Dicit eis Jeſus. Venite ⁊ vidéte. Venerunt ⁊ viderunt vbi manéret, ⁊ apud eum manſerunt die illo. Hora autem erat quaſi decima. Erat aũt Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierant á Joanne, ⁊ ſecuti fuerant eum. Inuénit hic primum fratrem ſuum Simonem, ⁊ dixit ei. Inuénimus Meſſiam (quod eſt interpretatũ Chriſtus) ⁊ adduxit eum ad Jeſum. Intuitus autẽ eum Jeſus, dixit. Tu es Simon fili⁹ Jone: tu vocáberis Cephas: quod interpretatur Petrus. In craſtinum vóluit exire in Galilęam, ⁊ inuénit Philippum, ⁊ dicit ei Jeſus. Séquere me. Erat autem Philippus á Bethſáida ciuitate Andreę ⁊ Petri. Inuénit Philippus Nathanaél ⁊ dixit ei. Quem ſcripſit Moyſés in lege, ⁊ prophetę: inuénimus Jeſum filium Joſeph á Nazaréth, ⁊ dixit ei Nathanaél. A Nazaréth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus. Veni ⁊ vide. Vidit Jeſus Nathanaél venientem ad ſe, ⁊ dicit de eo. Ecce vere Iſraélita, in quo dolus non eſt. Dicit ei Nathanaél. Vnde me noſti? Reſpódit Jeſus, ⁊ dixit ei. Priuſq̃ te Philippus vocáret, quũ eſſes ſub ficu, vidi te. Reſpódit ei Nathanaél, ⁊ ait. Rabbi, tu es filius Dei: tu es rex Iſrael. Reſpondit Jeſus, ⁊ dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te ſub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei. Amen amen dico vobis: videbitis cęlum apertũ, ⁊ angelos Dei aſcendentes ⁊ deſcendentes ſupra filium hominis. Offertorium. Gloria ⁊ honore coronaſti eum: ⁊ conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum domine. Secreta.

Sacran-

Sacrandum tibi domine munus offerimus: quo beati Andreę ſolennia recolentes, purificationem quoqʒ noſtris mentibus imploramus. Per dominū. Prefatio communis. Idem in aliis omnino ſeruandum eſt vigiliis: vt communis ſemper prefatio dicatur: niſi alia forte ſpecialis aſſignetur. Communio. Dixit Andreas Simoni fratri ſuo: inuenimus Meſſiam, qui dicitur Chriſtus: ⁊ adduxit eū ad Ieſum. Poſtcō.

Perceptis domine ſacramentis ſuppliciter exoramus, vt intercedente beato Andrea apoſtolo tuo, quę pro illius veneranda gerimus paſſione, nobis proficiant ad medelam. Per domi.

¶ Pro commemoratione ſancti Saturnini martyris. Oratio.

Deus qui nos beati Saturnini martyris tui concedis natalitio perfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per dominum no. Secre.

Munera tibi domine dicata ſanctifica, ⁊ intercedēte beato Saturnino martyre tuo, per hęc eadem nos placatus intende. Per domi. Poſtcōmu.

Sanctificet nos quęſumus domine, tui perceptio ſacramenti, ⁊ interceſſione ſanctorum tuorum tibi reddat acceptos. Per dominum noſtruʒ Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vi.

¶ In feſto ſancti Andreę apoſtoli. Introitus.



Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus: nimis confortatꝰ eſt principatꝰ eorum. Ps. Dñe probaſti me, ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, ⁊ reſurrectionem meam. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui. Oratio.

Maieſtatem tuam dñe ſuppliciter exoramus: vt ſicut eccleſię tuę beatus Andreas apoſtolus extitit predicator ⁊ rector: ita apud te ſit pro nobis perpetuus interceſſor. Per dominum noſtrum. Ad Romanos. x.

Fratres: Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem cōfeſſio fit ad ſalutē. Dicit enim ſcriptura. Omnis qui credit in illum, nō cōfundetur. Non enim eſt diſtinctio Iudęi ⁊ Gręci. Nam idem dñs omnium, diues in omnes qui inuocant illuʒ. Omnis enim quicunqʒ inuocauerit nomē domini, ſaluus erit. Quomodo ergo inuocabunt, in quem nō crediderūt? Aut quomodo credēt ei, quem nō audierunt? Quomodo autē audient ſine predicante? Quomodo vero predicabūt, niſi mittantur? Sicut ſcriptum eſt. Quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantiū bona.

bona. Sed nō omnes obédiunt euágelio. Iſaias enim dicit. Domine quis crédidit auditui noſtro? Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum Chriſti. Sed dico. Nunquid non audierunt? Et quidē in omnē terram exiuit ſonus eorum, ⁊ in fines orbis terrę verba eorum. Grad.

Conſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: proptérea populi confitebuntur tibi. Alleluia. ℣. Dilexit Andream dominus in odorem ſuauitatis.

Secundum Matthęum. iiij.



In illo tempore: Ambulās Ieſus iuxta mare Galileę, vidit duos fratres: Simonem qui vocatur Petrus, ⁊ Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, (erāt enim piſcatores) ⁊ ait illis. Venite poſt me, ⁊ faciam vos fieri piſcatores hominum. At illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum. Et procédens inde, vidit alios duos fratres: Iacobum Zebedęi ⁊ Ioannem fratrem eius in naui cū Zebedęo patre eorum, reficientes retia ſua, ⁊ vocauit eos. Illi autem ſtatim relictis retib⁹ ⁊ patre: ſecuti ſunt eum. Credo. Offer.

Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Secreta.

Sacrificium noſtrum tibi domine, quęſum⁹ beati Andreę Apoſtoli tui precatio ſancta conciliet: vt in cuius honorem ſolenniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per domi.

Prefatio de Apoſtolis. Cōmu.

Venite poſt me, faciā vos fieri piſcatores hominum: at illi relictis retibus ⁊ naui, ſecuti ſunt dominum. Poſtcō.

Sumpſimus domine diuina myſteria, beati Andreę apoſtoli feſtiuitate lętantes, quę ſicut tuis ſanctis ad gloriam, ita nobis quęſumus ad veniam prodeſſe perficias. Per dominum no.

¶ In feſto S. Nicolai ↄfeſſoris.

Introitus. Statuit. 220. Orō.



DEus qui beatum Nicolaum pontificem tuum innumeris decoraſti miráculis, tribue quęſumus, vt ei⁹ meritis ⁊ precibus á gehénnę incēdijs liberemur. Per domi.

Epl'a. Ecce Sacerdos mag. 221.

Euágeliū. Homo quidā pegre. 221.

Require in communi confeſſorum ponti. fol. 221. Secreta.

Sanctifica quęſum⁹ dn̄e deus hęc munera, quę in ſolennitate ſancti antiſtitis tui Nicolai offérim⁹: vt per ea vita noſtra inter aduerſa ⁊ próſpera vbiqꝫ dirigatur. Per do. Poſtcommu.

Sacrifi-

SAcrificia quę ſumpſimus domine, pro ſolennitate ſancti pontificis tui Nicolai, ſempiterna nos protectione conſeruent. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiũ tuum, qui tecum.

¶ In feſto ſancti Ambroſij epiſcopi ⁊ confeſſoris ac doctoris Eccleſię omnia fiunt ſicut in communi doctorum: preter orationes. quęre fol. 222. Oratio.



Xaudi domine populum tuum, tota tibi mente ſubiectum: ⁊ beati Ambroſij cõfeſſoris tui atque pontificis ſupplicatione cuſtodi: vt corpore ⁊ corde protectus, quod piè credit áppetat: ⁊ quod iuſtè ſperat obtineat. Per do. Epiſtola. Teſtificor coram Deo. fol. 222. Euangelium. Vos eſtis ſal terrę. folio 223. Secreta.

SAcrificium noſtrum domine beati Ambroſij pontificis interceſſione placat⁹ ſuſcipe, ⁊ per hoc nos tibi ſacrificium eſſe concede. Per dominum noſtrum. Credo in vnũ Deum. Poſtcõ.

SVmptis domine diuinis myſterijs, beati Ambroſij pontificis interceſſione nobis hoc prodeſſe poſtulamus ad veniã, quod illi proficit ad gloriã. Per dominum noſtrũ Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vi.

¶ In feſto cõceptionis glorioſiſſimę virginis Marię. Introi.



SAlue ſancta parẽs enixa puerpera regem: qui cęlũ terráqꝫ regit in ſecula ſeculorum. Ps. Virgo dei génitrix, quem totus non capit orbis: in tua ſe clauſit viſcera factus homo. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

MAieſtatem tuam omnipotens de⁹ ſupplices deprecamur, vt qui hodie exultãtibus animis beatiſſimę ſemperqꝫ virginis Marię Cõceptionis feſtũ diem celebrare gaudemus, eius glorioſis precibus ⁊ meritis ab inſtantibus malis, ⁊ á morte perpetua liberemur. Per dominũ.

Lectio libri Sapientię. viij.

DOminus poſſedit me in initio viarũ ſuarum, antequã quicquã faceret á principio. Ab ęterno ordinata ſum, ⁊ ex antiquis: antequã terra fieret. Nondum erant abyſſi, ⁊ ego iam concepta

cépta eram. Necdũ fontes aqua-
rum erúperant: Necdum mon-
tes graui mole conſtiterant: an-
te omnes colles ego parturie-
bar. Adhuc terram non fécerat,
⁊ flumina, ⁊ cárdines orbis terrę.
Quando pręparabat cęlos áde-
ram: quando certa lege ⁊ gyro
vallábat abyſſos: quando ęthe-
ra firmabat ſurſum, ⁊ librabat
fontes aquarum: quando cir-
cúndabat mari terminum ſuum,
⁊ legem ponebat aquis, ne tran-
ſirent fines ſuos: quando ap-
pendebat fundamenta terrę: cuʒ
eo eram cuncta compónens: ⁊
delectabar per ſingulos dies:
ludens coram eo omni tempo-
re, ludens in orbe terrarum: ⁊
delicię meę eſſe cum filijs homi-
num. Nunc ergo filij audite me.
Beati qui cuſtódiunt vias me-
as. Audite diſciplinam, ⁊ eſtó-
te ſapientes, et nolite abíjcere
eam. Beatus homo qui audit
me, ⁊ qui vígilat ad fores meas
quotídie, ⁊ obſeruat ad poſtes
óſtij mei. Qui me inuénerit, in-
uéniet vitam, ⁊ háuriet ſalutem
a domino. Graduale.

Benedicta et venerabilis es virgo
Maria: quę ſine tactu pudóris inuen-
ta es mater Saluatoris. Verſus.
Virgo Dei génitrix, quem totus non
capit orbis: in tua ſe clauſit víſce-
ra factus homo. Alleluia. Verſus.
Felix es ſacra virgo Maria, ⁊ om-
ni laude digniſſima: quia ex te ortus
eſt ſol iuſtitię.

Initium ſancti euangelij ſecun-
dum Mattheum. j.



Liber gene-
rationis
Jeſu chri-
ſti filij Da
uid, filij
Abrahã.
Abrahaʒ
génuit J-
ſaác: Jſaác autem génuit Jacób:
Jacób autẽ genuit Júdam ⁊ fra-
tres eiꝰ. Júdas aũt genuit Pha-
rés ⁊ Zarám de Thámar: Pha-
rés aũt genuit Eſróm: Eſróm au-
tem genuit Arám: Arám autẽ ge
nuit Aminadáb. Aminadáb au-
tem genuit Naaſſón: Naaſſón au
teʒ genuit Salmón: Salmón au-
tem genuit Boóʒ de Rhaáb:
Boóʒ autem genuit Obéd ex
Ruth: Obéd autẽ genuit Jeſſé:
Jeſſé autẽ genuit David regem.
David autẽ rex genuit Salomo
nẽ ex ea quę fuit Vrię: Salomon
aũt genuit Roboám: Roboám
aũt genuit Abiã: Abiá ãt genuit
Aſá: Aſá autẽ genuit Joſaphát:
Joſaphát aũt genuit Jorám: Jo
rám aũt genuit Oziam: Ozias au
tem genuit Joatham: Joatham
aũt genuit Achaʒ: Achaʒ autem
genuit Ezechíam. Ezechías aũt
genuit Manaſſén: Manaſſés au
tem genuit Amón: Amón auteʒ
genuit Joſíam: Joſías auteʒ ge-
nuit Jechonian ⁊ fratres eius in
tranſmigratione Babylónis. Et

poſt tranſmigrationem Babylónis Jechonias genuit Salathiél: Salathiél autem genuit Zorobabel: Zorobabel autem genuit Abiúd: Abiúd autẽ genuit Eliachím: Eliachím autem genuit Azór: Azór autem genuit Sadóc: Sadóc autem genuit Achím: Achím autẽ genuit Eliúd: Eliúd autem genuit Eleázar: Eleázar aũt genuit Matthán: Matthán autem genuit Jacób: Jacób autem genuit Joséph virũ Marię, de qua natus eſt Jeſus, qui vocatur Chriſtus. Credo. Offerto.

Beata es virgo Maria, quę omnium portaſti creatorem: genuiſti qui te fecit, ⁊ in ęternum pérmanes virgo. Offer.

Aue Maria gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, ⁊ benedictus fructus ventris tui. Secre.

SAnctifica domine quęſumus oblata libámina: ⁊ beatę Dei genitricis Marię saluberrima interuentione, nobis ſalutária fore concéde. Per eundem domi. Pręfatio de domina. Commu.

Beata viſcera Marię virginis, q̃ portauerunt ęterni patris filium. Poſtcõm.

REpléti vitálibus alimónijs, ⁊ diuinis reparáti myſtérijs, ſupplices te rogamus omnipotens Deus, vt beatę Marię, cuius venerandam cólimus conceptionẽ, pia interuentione, coniungi mereamur gáudijs ciuium supernorum. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat.

¶ Pro cõmemoratione ſancti Syri epiſcopi ⁊ confeſ. Oratio.

MAieſtatẽ tuam dñe ſupplíciter deprecamur, vt ſicut nos glorioſi cõfeſſoris tui atque pontificis Syri continua cõmemoratione lętificas: ita nos eius ſemper deprecatióne cuſtódias. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtũ. Secreta.

ACcipe quęſumus domine munera dignáter oblata, ⁊ beati ſacerdotis tui Syri ſuffragantibus meritis, ad noſtrę ſalutis auxilium prouenire concéde. Per domi. Poſtcommu.

BEati ſacerdotis ⁊ confeſſoris tui Syri domine precibus confidentes, quęſumus, vt per ea quę ſúmpſimus, ęterna gaudia capiamus. Per dominũ noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat.

¶ Pro cõmemoratione ſancti Zenonis epiſcopi ⁊ confeſ. Oȓo.

DEus qui es tuorum antiſtitum potentiſſimus illuſtrátor, tribue quęſum⁹: vt beatiſſimi ſacerdotis ⁊ confeſſoris tui Zenónis exẽplis magnificis informati, ſeculi iſtius caliginem ſine periculo tranſeamus. Per do. Secreta.

Quęſu-

Queſumus omnipotēs deus, vt culparum noſtraruȝ apud te veniaȝ, beati Zenonis impetret grata precatio. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium. Poſtcommu.

Concede queſumus omnipotens ⁊ miſericors deus, vt qui venerandam glorioſiſſimi confeſſoris tui Zenonis depoſitionem annuis frequentamus officijs, dignam ipſius conuerſationem ſectando, gaudiorū eius mereamur eſſe participes. Per dominum noſtrum Ieſuȝ Chriſtum filium tuum, qui tecum vi.

¶ Pro commemoratione ſancti Damaſi papę ⁊ cōfeſ. Oratio.



Exaudi domine preces noſtras, ⁊ intercedēte beato Damaſo confeſſore tuo atque pōtifice, ſupplicationes noſtras placatus intende. Per dominum no. Secreta.

Accepta tibi ſit queſumus dn̄e ſacratę plebis oblatio, pro tuorum honore ſanctorum: quoruȝ ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per domi. Poſtcōmu.

Da queſumus dn̄e fidelib⁹ populis, ſanctorum tuorū ſemper veneratione lętari, ⁊ eorum perpetua ſupplicatione muniri. Per dominum noſtrum.

M.M.

¶ In feſto ſanctę Lucię virginis ⁊ martyris. Introitus.



Dilexiſti iuſtitiā, ⁊ odiſti iniquitatē: ꝓpterea vnxit te deus, de⁹ tuus oleo lętitię pre cōſortib⁹ tuis. Ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria. Oro.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter, vt ſicut de beatę Lucię virginis ⁊ martyris tuę feſtiuitate gaudemuȝ, ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per do. Epiſtola. Qui gloriatur in Domino glorietur. 221. Euangeliū. Simile eſt regnum cęlorum theſauro abſcondito. 227. Gradua. Dilexiſti iuſtitiam ⁊ odiſti iniquitateȝ. ℣. Propterea vnxit te deus, deus tu⁹, oleo letitię. Alleluia. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in ęternum. Offertoriuȝ. Offerentur regi virgines poſt eas, proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Accepta tibi ſit dn̄e ſacratę plebis oblatio pro tuorum honore ſanctorum, quoruȝ ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per dominum noſtrum Ieſuȝ Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnita. Cōmunio. Diffuſa eſt gratia ī labiis tuis: ꝓpterea benedixit te deus ī ęternuȝ. Poſtcō.

Satiaſti domine familiā tuam muneribus ſacris: eius queſumus ſemper interuentione nos

X ij refoue,

reſone cuius ſolénnia celebra-
mus. Per dominū noſtrum Ie-
ſum Chriſtum filium tuum, qui
tecum viuit ꝛ regnat in vnitate.
Si vigilia ſancti Thomę apoſto
li venerit feria.iiij.vel vj.aut ſab
batho Quatuor Temporuꝫ can
tatur Miſſa Quatuor Tempo
rum cum commemora. vigilię.

¶ In feſto ſancti Thomę Apo
ſtoli. Introitus.


Ihi autem ni
mis honora
ti ſunt amici
tui Deus: ni
mis conforta
tus eſt princi
patus eoruꝫ.
Ps. Dñe pro
baſti me, ꝛ cognouiſti me: tu cognouiſti
ſeſſionem meam ꝛ reſurrectionē meaꝫ.
℣. Gloria patri ꝛ filio ꝛ ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ꝛ nunc. Oro.

Da nobis quęſumus domi
ne, beati apoſtoli tui Tho
mę ſolennitatib⁹ gloriari: vt eius
ſemp ꝛ patrociniis ſubleuémur,
ꝛ fidem congrua deuotione ſe
ctémur. Per dominum noſtruꝫ
Ieſum Chriſtum filium tuum,
qui tecum viuit ꝛ regnat in vni
tate ſpiritus ſancti Deus.

Epiſtola ad Epheſios.j.

Fratres: Benedictus Deus
ꝛ pater domini noſtri Ieſu
Chriſti, qui benedixit nos in om
ni benedictione ſpirituali in cęle
ſtib⁹ in Chriſto: ſicut elégit nos
in ipſo ante mundi conſtitutio
nem: vt eſſémus ſancti ꝛ imma
culati in conſpectu eius in cari
tate. Qui prędeſtinauit nos in
adoptionem filiorꝫ per Ieſum
Chriſtum in ipſuꝫ, ſecundū pro
poſitum voluntatis ſuę, in lau
dem glorię gratię ſuę: in qua gra
tificauit nos in dilecto filio ſuo:
in quo habemus redemptioneꝫ
per ſanguinem eius, remiſſio
nem peccatorum, ſecundum di
uitias gratię ei⁹, quę ſuperabun
dauit in nobis. Graduale.
Nimis honorati ſunt amici tui deus: ni
mis cōfortatus eſt principatus eorum.
℣. Dinumerabo eos, ꝛ ſuper arénam
multiplicabuntur. Alla. ℣. Gaudete
iuſti in dño: rectos decet collaudatio.

Sequentia ſancti Euangelij ſe
cundum Ioannem.xx.


In illo
tempo
re: Tho
mas vnus
ex duode
cim, qui
dicit Di
dym⁹, nō
erat cū eis
quando venit Ieſus. Dixerunt
ergo ei alij diſcipuli. Vidimus
dominum. Ille autem dixit eis.
Niſi videro in manibus eius fixu
ram clauorum: ꝛ mittam digituꝫ
meum in locum clauorum: ꝛ mit
tam manum meam in latus eius:
non credam. Et poſt dies octo
iterum erāt diſcipuli eius intus,
ꝛ Thomas cum eis. Venit Ie
ſus

ſus ianuis clauſis, ⁊ ſtetit in me-
dio: ⁊ dixit. Pax vobis. Deín-
de dicit Thome. Infer digitum
tuum huc: ⁊ vide manus meas:
⁊ affer manum tuam, ⁊ mitte in
latus meum: ⁊ noli eſſe incrédu-
lus, ſed fidelis. Reſpondit Tho-
mas, ⁊ dixit ei. Dominus meus,
⁊ Deus meus. Dicit ei Ieſus.
Quia vidiſti me Thoma, credi-
diſti: beati qui non viderunt, ⁊
crediderunt. Credo. Offertó.
In oẽm terrã exiuit ſonus eorum: ⁊ in
fines orbis terrę verba eorũ. Secre.
Debitum tibi domine no-
ſtrę réddim⁹ ſeruitutis, ſup
pliciter exorantes: vt ſuffrágijs
beati Thomę apoſtoli tui, in no-
bis tua munera tueáris: cuius
honoranda confeſſione, laudis
tibi hoſtias immolamus. Per
dominum noſtruꝫ Ieſum Chri-
ſtum filium tuum, qui tecum vi.
Prefatio de Apoſtolis. Cómu.
Mitte manũ tuam, ⁊ cognoſce loca cla
uorum, alleluia, alleluia: ⁊ noli eſſe incré-
dul⁹ ſed fidelis, alleluia, allũa. Poſtcó.
Adeſto nobis miſericors
deus: ⁊ intercedente pro
nobis beato Thoma apoſtolo
tuo, tua circa nos propitiatus
dona cuſtódi. Per dominuꝫ no-
ſtrum Ieſum Chriſtum filium
tuum, qui tecuꝫ viuit ⁊ regnat in
vnitate ſpiritus ſancti Deus.

¶ Pro commemoratione ſan-
cti Felicis in Pincis presbyte-
ri ⁊ martyris. Oratio.
Concede queſu-
mus omnipotẽs
deus, vt ad me-
liores vitam ſan
ctorum tuorum
exẽpla nos pró-
uocent: quaten-
nus quorum ſolennia ágimus,
etiam actus imitémur. Per do-
minum noſtrũ Ieſum Chriſtum
filium tuum, qui tecum viuit ⁊
regnat in vnitate ſpiritus ſancti
Deus, per omnia ſecu. Secreta.
Hoſtias tibi domine beati
Felicis martyris tui dicá-
tas meritis benignus aſſume: ⁊
ad perpetuum nobis tribue pro-
uenire ſubſidiũ. Per dominum
noſtrum Ieſum Chriſtuꝫ filium
tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat
in vnitate ſpiritus ſancti Deus,
per omnia ſecula ſecu. Poſtcó.
Quęſumus domine ſaluta-
ribus repleti myſterijs, vt
bti Felicis martyris tui,
cuius ſolennia celebramus, ora-
tionibus adiuuemur. Per do-
minum noſtrum Ieſum Chri-
ſtum filium tuum, qui tecum vi-
uit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus
ſancti Deus, per omnia ſecula ſe-
culorum. Amen.

IN FESTO SANCTI
MAVRI ABBATIS.

Introitus.



GAudeamus omnes in domino, diem feſtũ celebrãtes ſub honore ſancti Mauri abbatis: de cuius ſolennitate gaudent angeli, ⁊ collaudãt filiũ Dei. Ps. Exultate iuſti in dño: rectos decet collaudatio. Orõ.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui per glorioſa beati Mauri abbatis exẽpla, humilitatis nobis triumphale iter oſtendiſti: da quęſumus: vt viã tibi placitę obedientię, per quam ille illęſus inceſſit, nos pręclaris eius meritis adiuti, ſine errore ſubſequamur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Lectio libri Sapien. xlv.

DIlectus Deo ⁊ hominibus: cuius memoria in benedictione eſt. Similem illum fecit in gloria ſanctorum, ⁊ magnificauit

eum

eum in timore inimicorum: ⁊ in verbis ſuis monſtra placauit. Glorificauit eum in conſpectu regum, ⁊ iuſſit illi coram populo ſuo, ⁊ oſtendit illi gloriam ſuam. In fide ⁊ lenitate ipſius ſanctum fecit illum: ⁊ elégit eum ex omni carne. Audiuit enim vocem ipſius, ⁊ induxit illum in nubem: ⁊ dedit illi coram pręcepta, ⁊ legem vitę ⁊ diſciplinę. Gradua.

Domine pręueniſti eum in benedictionibus dulcédinis: poſuiſti in capite eiuſ coronã de lapide precioſo. ℣. Vitã petijt á te, ⁊ tribuiſti ei longitudinẽ dieruꝫ in ſeculuꝫ ſeculi. Alleluia. ℣. Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniã quũ probatus fúerit, accipiet coronam vitę.

Secundum Mattheum. xix.



In illo tẽpore: Dixit Simon Petrꝰ ad Ieſuꝫ. Ecce nos reliquimus omnia, ⁊ ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis. Amen dico vobis: ꝙ vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione quum ſéderit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę, ſedébitis ⁊ vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis qui reliquerit domuꝫ, vel fratres, aut ſorores, aut patrẽ, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: céntuplum accipiet, ⁊ vitam ęternam poſſidebit. Offer.

In virtute tua dñe lętabitur iuſtus: ⁊ ſup ſalutare tuũ exultabit vehementer, deſyderiũ animę eiꝰ tribuiſti ei. Secr.

Oblatis dñe ob honorẽ beati Mauri cõfeſſoris tui placáre muneribꝰ: ⁊ ipſius interuéntu, famulis tuis cunctorũ tribue indulgentiã pctõrũ. Per. Cõm.

Amen dico vobis: ꝙ vos qui reliquiſtis omnia, ⁊ ſecuti eſtis me: centuplum accipietis: ⁊ vitam ęternam poſſidebitis. Poſtcommunio.

Supplices te rogamus omnipotens, vt interueniente beato Mauro confeſſore tuo, ⁊ tua nobis dona multiplices, ⁊ tempora noſtra diſpónas. Per do.

¶ Pro cõmemoratione ſancti Marcelli papę ⁊ martyris. Oro.

Preces populi tui quęſumꝰ domine clementer exaudi: vt beati Marcelli martyris tui atque põtificiꝫ meritiꝫ adiuuemur, cuiꝰ paſſione lętamur. Per. Secre.

Suſcipe quęſumꝰ dñe munera dignáter oblata: ⁊ beati Marcelli ſuffragantibꝰ meritis, ad noſtrę ſalutis auxilium prouenire concede. Per. Poſtcõmunio.

Satiaſti dñe familiã tuã muneribus ſacris, eius quęſumus ſemper interuẽtione noſ réſoue, cuiꝰ ſolénnia celebramus. Per.

¶ In feſto ſancti Antonij abbatis ⁊ confeſſ. omnia fiunt de communi vnius abbatis: pręter orationes. quęre fo. 223. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, qui beatū Antoniuʒ famulum tuum, inter mundi turbines illęſuʒ conſeruáre dignatus es: cōcede propitius, vt qui eius feſta veneramur, ipſius meritis ⁊ precibus adiuuémur. Per dominum no. Epiſtola. Beatus vir qui inuentus eſt ſine macula. 212. Euang. Ecce nos reliquimus omnia. Require in natali vnius abbatis. fol. 213. Secreta.

Immenſam clementiam tuam omnipotens deus ſuppliciter imploram⁹, vt oblationes, quas in honorem tuum offerre pręſumimus, interuéntu glorioſiſſimi cōfeſſoris Antonij, ab omnibus nos emúndet peccatis, atqʒ in aduerſis confidenter faciat proſperári. Per dominuʒ noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit. Poſtcommu.

Purificationē mentibus noſtris pijſſime pater miniſtrare dignéris, atque ſacramenta quę ſúmpſimus meritis beati Antonij abbatis, ab omni labe criminum nos euidenter emúndent. Per dominū noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate.

¶ In feſto Cathedrę ſci Petri qua Romę primū ſedit. Introi.

Statuit ei dñs teſtamentuʒ pacis, ⁊ principem fecit eum, vt ſit illi ſacerdótij dignitas in ęternum. ps. Memento dñe Dauid: ⁊ omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria. Oratio.

Deus qui beato Petro apoſtolo tuo, collátis clauibus regni cęleſtis, animas ligandi atque ſoluendi pontificium tradidiſti, concede, vt interceſſionis eius auxilio, á peccatorū noſtrorum néxibus liberemur. Qui vi. Deinde fit commemoratio de ſancto Paulo. Oratio.

Deus qui multitudinē gentium, beati Pauli apoſtoli pręedicatione docuiſti, da nobis quęſumus, vt cuius commemorationem cólimus, eius apud te patrocinia ſentiamus. Per do. Lectio epiſtolę beati Petri apoſtoli. j. cap. j.

Petrus apoſtolus Jeſu Chriſti, electis áduenis diſperſionis Ponti, Galátię, Cappadócię, Aſię, ⁊ Bithynię, ſecundum pręſcientiam dei patris in ſanctificationem ſpiritus, in obedientiam ⁊ aſperſioneʒ ſanguinis Jeſu Chriſti, gratia vobis ⁊ pax á deo multiplicetur. Benedictus deus ⁊ pater domini noſtri Jeſu Chriſti: qui ſecundum magnam miſericordiam ſuaʒ regenerauit nos

nos in ſpem viuam, per reſurrectionē Jeſu Chriſti ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem ꝛ incontaminátam ꝛ immarceſſibilem, conſeruataꝫ in cęlis in vobis, qui in virtute dei cuſtodímini per fidem in ſalutem paratam reuelari in tempore nouiſſimo, in quo exultabitis. Modicū nūc ſi oportet cōtriſtari in varijs tentationibus: vt probatio fidei veſtrę multo precioſior (auro quod per ignem probatur), inueniatur in laudem ꝛ gloriam ꝛ honorem, in reuelationem Jeſu Chriſti domini noſtri. **Graduale.**

Exaltent eū in eccleſia plebis: ꝛ in cāthedra ſeniorum laudent eū. ℣. Confiteantur dño miſericordię eius: ꝛ mirabilia eius filijs hominum. **Tractus.**

Tu es Petrus: ꝛ ſuper hanc petram ędificabo eccleſiā meam. ℣. Et portę ínferi nō pręualebūt aduerſus eā: ꝛ tibi dabo claues regni cęlorūꝫ. ℣. Quodcunqꝫ ligáueris ſuper terrā: erit ligatuꝫ ꝛ in cęlis. ℣. Et quodcunque ſólueris ſuper terram: erit ſolutum ꝛ in cęlis.

Secundum Matthęum. xvj.



In illo tēpore: venit Jeſus in partes Ceſáreę Philippi: ꝛ interrogabat diſcipulos ſuos dicens. Quem dicūt homines eſſe filium hominis? At illi dixerunt. Alij Joannem Baptiſtam, alij autem Eliam, alij verò Jeremiam, aut vnū ex prophetis. Dicit illis Jeſus. Vos autem, queꝫ me eſſe dicitis? Reſpondenſ Simon Petrus dixit. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Reſpondens autem Jeſus, dixit ei. Beat⁹ es Simon Bar Jona: quia caro ꝛ ſanguis non reuelauit tibi: ſed pater meus qui in cęlis eſt. Et ego dico tibi: quia tu es Petrus: ꝛ ſuper hanc petrā ędificabo eccleſiam meam: ꝛ portę inferi non pręualēbunt aduerſus eam: ꝛ tibi dabo claues regni cęlorum: ꝛ quodcunque ligáueris ſuper terram, erit ligatum ꝛ in cęlis: ꝛ quodcunqꝫ ſólueris ſuper terram, erit ſolutum ꝛ in cęlis.

Credo in vnum deum. **Offerto.**

Tu es Petrus: ꝛ ſuper hanc petrā ędificabo eccleſiaꝫ meam: ꝛ portę inferi nō pręualebunt aduerſus eam: ꝛ tibi dabo claues regni cęlorum. **Secreta.**

Eccleſię tuę queſumuſ domine preces ꝛ hoſtias beati Petri apoſtoli tui cōmendet oratio: vt quod pro illius gloria celebramus, nobis proſit ad véniam. Per dominuꝫ no. **Alia ſecreta.**

Apoſtoli tui Pauli precib⁹ domine plebis tuę dona ſanctifica: vt quę tibi tuo grata ſunt inſtituto, gratióra fiant patrocinio ſupplicantis. Per do.

Prefatio de apoſtolis. Cōmu.

Tu es Petrus: ꝛ ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meā. **Poſtcōm.**

Lętificet

LAetificet nos domine munꝰ oblatũ: vt ſicut in apoſtolo tuo Petro, te mirabilem prędicamus: ſic per illum tuę ſumamus indulgentię largitatem. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecũ viuit ⁊ re. Item Poſtcõmunio.

SAnctificati domine ſalutari myſterio, queſumus, vt pro nobis eius non deſit oratio, cuius nos donaſti patrocinio gubernari. Per dominum noſtruz Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vni.

¶ Pro commemoratione ſancte Priſcę virginis ⁊ mart. Oro.

DA queſumꝰ omnipotens deꝰ, vt qui btẽ Priſcę virginis ⁊ martyris tuę natalitia colimus, ⁊ annua ſolennitate lętemur, ⁊ tantę fidei proficiamus exemplo. Per dominum noſtrum Jeſuz Chriſtum filium tuum, qui te. Secre.

HOſtia queſumus domine, quam in ſanctorum tuorum natalitijs recenſentes offerimus, ⁊ vincula noſtrę prauitatis abſoluat, ⁊ tuę nobis miſericordię dona conciliet. Per dominum noſtrum. Poſtcommu.

QVęſumus domine ſalutaribus repleti myſterijs: vt cuius ſolennia celebramus, eius orationibus adiuuemur. Per dominum noſtrum.

¶ Pro commemoratione ſanctorum marty. Marij, Marthę, Audiphax, ⁊ Abbacuc. Oratio.



EXaudi domine populum tuum cuz ſanctorum martyrũ tuorũ patrocinio ſupplicantem: vt ⁊ temporalis vitę nos tribuas pace gaudere, ⁊ eternę reperire ſubſidium. Per dominum noſtrum. Secreta.

PReces domine tuorum reſpice oblationeſqȝ fideliuz: vt tibi gratę ſint pro tuorum feſtiuitate ſanctorum, ⁊ nobis conferant tuę propitiationis auxilium. Per domi. Poſtcommu.

SAnctorum tuorum domine interceſſione placatus, pręſta queſumus: vt quę temporali celebramus actione, perpetua ſaluatione capiamus. Per dominuz.

¶ In feſto ſanctorum Fabiani ⁊ Sebaſtiani marty. Introitus.



INtret in conſpectu tuo domine gemitꝰ cõpeditoruz: redde vicinis noſtris ſeptuplũ in ſinu eorum: vindica ſanguinem ſanctoruz tuorũ, qui effuſus eſt. Ps. Deus venerunt gentes in hereditatẽ tuam: polluerunt templũ ſanctũ tuũ: poſuerunt Jeruſalẽm in pomorum

pomorum cuſtodiā. ℣. Gloria. Orō.

INfirmitatem noſtram reſpice omnipotens deus: ⁊ quia pondus proprię actionis grauat, beatorum martyrum tuorum Fabiani ⁊ Sebaſtiani interceſſio glorioſa nos protegat. Per domi.

Epiſtola. Sancti per fidem. De communi plurimorum martyrum. fol. 217. Graduale.

Glorioſus deus in ſanctis ſuis: mirabilis in maieſtate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua dn̄e glorificata eſt in virtute, dextera manus tua confregit inimicos. Alleluia. ℣. Sancti tui domine benedicent te: gloriam regni tui dicent.

Euangeliū. Deſcendens Jeſus de monte, ſtetit in loco cāpeſtri. Require in communi plurimorum martyrum. fo. 218. Offerto.

Exultabunt ſancti in gloria… Letamini in dn̄o ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini omnes recti corde. Secreta.

HOſtias tibi domine beatorum martyrum tuorū Fabiani ⁊ Sebaſtiani dicatas meritis benignus aſſume, ⁊ ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per. Communio.

Multitudo languentium, ⁊ qui vexabantur a ſpiritibus immundis veniebant ad eum, quia virtus de illo exibat, ⁊ ſanabat omnes. Poſtcōmunio.

REfecti participatione muneris ſacri, queſumus domine Deus noſter, vt quorum exequimur cultum, ſentiamus effectum. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vni.

¶ In feſto ſanctę Agnetis virginis ⁊ martyris. Introitus.



ME expectauerunt peccatores, vt perderent me: teſtimonia tua domine intellexi: omnis conſummationis vidi finem: latum mandatū tuum nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui. Oratio.

OMnipotēs ſempiterne deus, qui infirma mundi eligis, vt fortia queque confundas, concede propitius, vt qui beatę Agnetis virginis ⁊ martyris tuę ſolennia colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus. Per do.

Epiſtola. Confitebor tibi domine rex. Require in communi virginum. folio 226. Graduale.

Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, proptérea benedixit te deus in ęternū. ℣. Propter veritatē ⁊ manſuetudinem ⁊ iuſtitiam, ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia. ℣. Quinque prudentes virgines acceperunt oleū in vaſis ſuis cum lampadibus: media autem noc e clamor factus eſt: ecce ſponſus venit, exite obuiam Chriſto dn̄o. Euang.

Simile eſt regnum cęlorum decem virginibus. Require in cōmuni virginum fo. 227. Offerto.

Offerent regi virgines poſt eam, proximę ei offerent tibi i lętitia ⁊ exultatiōe: adducent in tēplū regi dn̄o. Secre.

Hoſtias

Hoſtias domine quas tibi offerimus propitius ſuſcipe, ⁊ intercedente beata Agnete virgine, ⁊ martyre tua, vincula peccatorum noſtrorum abſolue. Per dominum no. Cōmunio.

Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit: exite obuiam Chriſto domino. Poſtcōmunio.

Refecti cibo potuq́ȝ celeſti deus noſter, te ſupplices exoramus, vt in cuius hęc commemorationem percepimus, eiꝰ muniamur ⁊ precibus. Per do.

¶ In feſto ſanctorum martyrum Vincentij ⁊ Anaſtaſij preter orationes omnia fiunt de communi plurimorum martyrum. Introitꝰ. Multę tribulationes iuſtorum. quere. folio .215.




Adeſto quęſumus domine ſupplicationibus nr̄is, vt qui ex iniquitate nr̄a reos nos eſſe cognoſcimus, beatorum martyrum tuorū Vincentij ⁊ Anaſtaſij interceſſione liberemur. Epiſtola. Juſtorum animę in manu Dei ſunt. fol. 216. Euangelium. Cum audieritis prelia. fol. 219. Secreta.

Per hęc veniat quęſumus domine ſacramenta noſtrę redemptionis effectus, qui nos ⁊ ab humanis retrahat ſemper exceſſibus, ⁊ intercedentibus ſanctis martyribus tuis Vincentio ⁊ Anaſtaſio, ad ſalutaria dona perducat. Per. Poſtcōmunio.

Quęſumus omnipotēs deus: vt qui celeſtia alimenta percepimus, intercedētibus beatis martyribus tuis Vincentio ⁊ Anaſtaſio, per hęc contra oīa aduerſa muniamur. Per.

¶ In conuerſione ſancti Pauli apoſtoli. Introitus.



Scio cui credidi, ⁊ certꝰ ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illū diem iuſtus iudex. Ps. Dn̄e probaſti me, ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, ⁊ reſurrectionē meā. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus qui vniuerſum mundum, beati Pauli apoſtoli predicatione docuiſti, da nobis quęſumus, vt qui eius hodie cōuerſionem colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per do.

Et fit commemoratio de ſctō Petro. Quotienſcūq; enim feſtū celebrat de ſancto Paulo fit cōmemoratio de ſancto Petro. Orō.

Deus qui beato Petro apoſtolo tuo collatis clauibus regni celeſtis, animas ligādi atq; ſoluendi pontificium tradidiſti, concede, vt interceſſionis eius auxilio, a peccatorū noſtrorum nexibus liberemur. Qui viuis.

Simi-

Similiter quando fit feſtum de ſancto Petro, fit cõmemoratio de ſctõ Paulo. Deus qui multitudinem gentium. vt infra in cõmemoratione ſcti Pauli. fo.184. Notandũ vero ꝙ quandocunq; aliquod feſtum apoſtolorũ Petri ꝛ Pauli celebratur i dñica, de qua fit cõmemoratio: ſemper cõmemoratio dñicę pręcedit commemorationẽ alterius eorundẽ.

Lectio Actuum Apoſtolorũ.ix.

In diebus illis: Saulus adhuc ſpirans minarum ꝛ cędis in diſcipulos dñi: acceſſit ad principẽ ſacerdotum, ꝛ petijt ab eo epiſtolas in Damaſcu; ad ſynagogas: vt ſi quos inueniſſet huius vię viros ac mulieres, vinctos perduceret in Jeruſalem. Et quu; iter faceret, contigit vt appropinquaret Damaſco: ꝛ ſubito circunfulſit eum lux de cęlo, ꝛ cadens in terram, audiuit voce; dicentem ſibi: Saule, Saule, quid me perſequeris? Qui dixit. Quis es dñe? Et ille. Ego ſum Jeſus, quem tu perſequeris. Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Et tremens ac ſtupens dixit. Domine, quid me vis facere? Et dominus ad eum. Surge, ꝛ ingredere ciuitate;, ꝛ dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi qui comitabantur cum eo, ſtabant ſtupefacti: audientes quidẽ vocem, neminem autem videntes. Surrexit autẽ Saulus de terra, apertiſq; oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerũt Damaſcum: ꝛ erat ibi tribus diebus non videns: ꝛ non manducauit neque bibit. Erat autem quidam diſcipulus Damaſci nomine Ananias: ꝛ dixit ad illum in viſu dominus. Anania. At ille ait. Ecce ego domine. Et dominus ad illum. Surge ꝛ vade in vicum qui vocatur Rectus, ꝛ quęre in domo Judę Saulũ nomine, Tharſenſem: ecce enim orat, ꝛ vidit virum Anania; nomine introeuntem, ꝛ imponentem ſibi manus, vt viſum recipiat. Reſpondit autem Ananias. Domine, audiui a multis de viro hoc, quanta mala fecerit ſanctis tuis in Jeruſalem: ꝛ hic habet poteſtatem a principibus ſacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum dominus. Vade quoniã vas electionis mihi eſt iſte, vt portet nomen meu; coram gentibus, ꝛ regibus, ꝛ filijs Iſrael. Ego enim oſtendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abijt Ananias, ꝛ introiuit in domum: ꝛ imponẽs ei manus dixit. Saule frater, dñs miſit me Jeſus: qui apparuit tibi in via, qua veniebas, vt videas ꝛ implearis ſpiritu ſancto. Et confeſtim ceciderunt ab oculis eius tanquã ſquamę, ꝛ viſum recepit, ꝛ ſurgens baptizatus eſt: ꝛ quum accepiſſet cibum, confortatus eſt. Fuit aũt cum diſcipulis qui erãt

Damaſci

Damaſci per dies aliquot: ꝛ cōtinuo ingreſſus in ſynagógas pdicabat Jeſuȝ, qm̄ hic eſt fili⁹ Dei. Stupébant aūt oēs qui eū audiebant: ꝛ dicebāt. Nōne hic eſt qui expugnabat i Jeruſalém eos qui inuocabāt nomē iſtud: ꝛ huc ad hoc venit, vt vinctos illos dúceret ad pꝛincipes ſacerdotū: Saulus aūt multo mágis conualeſcebat, ꝛ confundebat Judęos, qui habitabant Damaſci: affirmans quoniā hic eſt Chꝛiſtus. Grad.

Qui operatus eſt Petro in apoſtolatum, operatus eſt ꝛ mihi inter gentes: ꝛ cognouerunt gratiam dei quę data eſt mihi. ℣. Gratia Dei in me vácua non fuit, ſed gratia eius ſemper in me manet. Alleluia. ℣. Tu es vas electionis ſancte Paule apoſtole, oꝛa pꝛo nobis.

Tractus ſequēs dicitur, ſi hoc feſtuȝ vénerit poſt dñicā .xl. Trac.

Tu es vas electionis ſctē Paule apoſtole: vere digne es gloꝛificandus. ℣. Pꝛędicatoꝛ veritatis ꝛ doctoꝛ gentiuȝ in fide ꝛ veritate. ℣. Per te oēs gentes cognouerunt gratiā Dei. ℣. Intercede pꝛo nobiſ ad Deum qui te elegit.

Secundum Matthęum .xix.



In illo tēpoꝛe: Dixit Simon Petr⁹ ad Jeſuȝ. Ecce nos reliquimus omnia, ꝛ ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis: Jeſus autem dixit illis. Amen dico vobis: ꝙ vos qui ſecuti eſtis me: in regeneratione quum ſéderit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę: ſedebitis ꝛ vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Jſrael. Et omnis qui reliquerit domuȝ, vel fratres, aut ſoꝛoꝛes, aut patrē, aut matrē, aut vxoꝛem, aut filios, aut agros, pꝛopter nomen meū: céntuplum accipiet, ꝛ vitam ęternam poſſidebit. Credo. Offer.

Mihi autem nimis honoꝛificati ſunt amici tui Deus: nimis confoꝛtatus eſt pꝛincipatus eoꝛum. Secreta.

Apoſtoli tui Pauli pꝛecib⁹ domine, plebis tuę dona ſanctifica: vt quę tibi tuo grata ſunt inſtitúto, gratioꝛa fiant patrocinio ſupplicantis. Per dominum noſtrum. Alia ſecreta.

Eccleſię tuę queſumus domine pꝛeces ꝛ hoſtias beati apoſtoli tui Petri commendet oꝛatio: vt quod pꝛo illius gloꝛia celebꝛamus, nobis pꝛoſit ad veniam. Per dominum noſtrum Jeſum Chꝛiſtum filium tuum.

Pręfatio de Apoſtolis. Cōmu.

Amen dico vobis, ꝙ vos q reliquiſtis oīa, ꝛ ſecuti eſtis me: céntuplū accipietis, ꝛ vitā ęternā poſſidébitis. Poſtcō.

Sanctificati domine ſalutari myſtério, queſumus: vt pꝛo nobis eius non deſit oꝛatio, cuius nos donaſti patrocinio gubernari. Per dominuȝ noſtrum Jeſum Chꝛiſtum. Alia poſtcō.

Lętificet

LAetificet nos domine munus oblatum: vt ſicut in apoſtolo tuo Petro te mirabilem predicamus: ſic per illum tuę ſumamus indulgentię largitatem. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiū tuum, qui tecum.

¶ In feſto ſcti Joānis Chryſoſtomi epiſcopi ⁊ cōfeſſoris. Oro.

DEus qui eccleſię tuę beatū Joannem Chryſoſtomum confeſſorē tuum, doctorem mirabilē tribuiſti: concede propitius, vt apud te hunc pium ſemper interceſſorem habere mereatur. Per do.

Epiſtola ⁊ euangelium de doctoribus, require in communi confeſſor. pontifi. fol. 222. Secreta.

SAncti Joannis Chryſóſtomi confeſſoris tui atq; doctoris queſumus domine, ánnua ſolennitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt per hęc pię placationis officia, ⁊ illum beata retributio comitetur, ⁊ nobis gratię tuę dona conciliet. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtū. Poſtcō.

DEus fideliū remunerator animarum, pręſta vt beati Joannis Chryſóſtomi confeſſoris tui atque doctoris, cuius venerandam celebramus feſtiuitatem, precibus indulgentiam conſequamur ⁊ pacem. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit.

¶ Pro cōmemoratione ſanctę Agnetis ſecundō oratio.

DEus qui nos ánnua beatę Agnetis martyris tuę ſolennitate lętificas: da queſumus, vt quā veneramur officio, etiam pię conuerſationis ſequamur exemplo. Per dominum noſtrum Jeſum. Secreta.

SUper has queſumus domine hoſtias, benedictio copioſa deſcendat, quę ⁊ ſanctificationem nobis clementer operetur, ⁊ de martyrum nos ſolennitate lętificet. Per domi. Poſtcōmu.

SUmpſimus domine celebritatis ánnuę votiua ſacramenta: pręſta queſumus, vt ⁊ temporalis vitę nobis remédia prębeant ⁊ ęternę. Per dominum.

¶ Pro cōmemoratione ſancti Ignatij epī ⁊ martyris. Oratio.

DEus qui nos beati Ignatij martyris tui atq; pontificis, ánnua ſolennitate lętificas: cōcede propitius, vt cuius natalitia cólimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum. Secreta.

LAudis tuę domine hóſtias immolamus in tuorum commemorationem ſanctorum: quibus nos ⁊ pręſentibus exui malis confidimus ⁊ futuris. Per dominum noſtrum Jeſū Chriſtum filium tuum. Poſtcōmu.

Refecti

Refecti cibo potuq; cęleſti deus noſter, te ſupplices exoramus: vt in cuius hęc commemorationē percepimus, eius muniamur ⁊ precibus. Per do.

¶ In feſto Purificationis beatę Marię dicta tertia in choro ⁊ ſexta: Sacerdos ⁊ miniſtri albis induti veſtimentis procedunt ad altare, ad candelas ex more benedicendas: ⁊ ſtans in medio altaris, conuerſus ad aquilonem, habens ante ſe lectorile cū Miſſali incipit ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus. Oro.

Domine ſancte, pater omnipotens, ęterne deus: qui omnia ex nihilo creaſti: ⁊ iuſſu tuo, per opera apum hunc liquorem ad perfectionem cerei venire feciſti: ⁊ qui hodierna die petitionem iuſti Symeonis impleſti: te humiliter deprecamur, vt has candelas ad vſus hominum, ⁊ ſanitatem corporū ⁊ animarum, ſiue in terra, ſiue in aquis, per inuocationem tui ſanctiſſimi nominis, ⁊ per interceſſionem beatę Marię ſemper virginis, cuius hodie feſta deuote celebrantur, ⁊ per preces omnium ſanctorum tuorum, bene✠dicere ⁊ ſancti✠ficare digneris, ⁊ huius plebis tuę, quę illas honorifice in manibus deſyderat portare, teq; cantando laudare: exaudias voces de cęlo ſancto tuo, ⁊ de ſede maieſtatis tuę: ⁊ propitius ſis omnibus clamantibus ad te: quos redemiſti precioſo ſanguine filij tui. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vni. ℟. Amen. Oremus.

Omnipotēs ſempiterne deus, qui hodierna die vnigenitū tuū vlnis ſancti Symeonis in tēplo ſancto tuo ſuſcipiendū preſentaſti, tuam ſupplices deprecamur clementiam: vt has candelas, quas nos tui famuli, in tui nominis magnificentiam ſuſcipientes, geſtare cupimus, luce accenſas, bene✠dicere ⁊ ſancti✠ficare, atq; lumine ſupernę benedictionis accendere digneris: quatenus eas tibi domino deo noſtro offerendo digni, ⁊ ſancto igne dulciſſimę caritatis tuę ſuccenſi, in templo ſancto glorię tuę repreſentari mereamur. Per eūdem domi. ℟. Amen. Oremus.

Domine Ieſu Chriſte lux vera, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundū, effunde bene✠dictionem tuā ſuper hos cereos: ⁊ ſancti✠fica eos lumine gratię tuę: ⁊ concede propitius, vt ſicut hęc luminaria igne viſibili accenſa, nocturnas depellunt tenebras: ita corda noſtra inuiſibili igne, id eſt ſancti ſpiritus ſplendore illuſtrata, omnium vitiorum cęcitate careant: vt purgato mentis oculo, ea cernere poſſimus, quę tibi ſunt placita, ⁊ noſtrę ſaluti ſunt vtilia: quatenus poſt huius

ſeculi

ſeculi caliginoſa diſcrimina, ad lucem indeficientem peruenire mereamur, per te Chriſte Jeſu Saluator mundi, qui in Trinitate perfecta viuis ⁊ regnas Deus, per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Oremus.

OMnipotēs ſempiterne deus, qui per Moyſen famulum tuū puriſſimū olei liquórē, ad luminária ante conſpectum tuum iugiter concinnánda preparari iuſſiſti: bene✠dictionis tuę gratiā ſuper hos céreos benignus infunde, quátenus ſic adminiſtrent lumen extérius, vt te donante lumen ſpiritus tui, noſtris non deſit mentibus intérius. Per dominum. In vnitate eiuſdem. ℟. Amen. Oremus.

DOmine Jeſu Chriſte, qui hodierna die in noſtrę carnis ſubſtantia inter homines apparens, á parentibus in templo es preſentatus, quem Symeon venerabilis ſenex lumine ſpiritus tui irradiátus agnouit, ſuſcepit, ⁊ benedixit, preſta propitius, vt eiuſdem ſpiritus ſancti gratia illuminati atque edocti, te veráciter agnoſcamus, ⁊ fideliter diligamus. Qui cum Deo patre in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti viuis ⁊ regnas deus per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Benedictione cópleta aſperguntur cádelę aqua benedicta ⁊ adolentur incenſo. Tūc miniſtri primum, ⁊ cantores, necnō ⁊ acolythi: deinde ſeniores ⁊ cęteri Monachi, quiſq; ordine ſuo, reuerenter capite diſcooperto, accedentes bini ad altare, accipiunt á Sacerdote candelas accenſas. Interim á choro cantatur antipho. Lumen ad reuelationem gentium: ⁊ gloriam plebis tuę Iſraél. ⁊ canticū. Nunc dimittis. alternatim: ita q poſt quemlibet verſum cantici Nunc dimit. ⁊ poſt Gloria patri ⁊ Sicut erat repetitur tota aña, videlicet Lumen. vt ſup. His expletis cantatur antiphona. Exurge domine ádiuua nos: ⁊ libera nos propter nomen tuum. Ps. Deus auribus noſtris audiuimus: patres noſtri annuntiauerunt nobis. ℣. Gloria. Item repétitur antiphona. Exurge domine. Déinde Sacerdos dicit. Oremus. ⁊ Diaconus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

EXaudi queſumus domine plebem tuam: ⁊ quę extrinſecus ánnua tribuis deuotione venerári, intérius áſſequi gratię tuę luce concede: Per Chriſtum dominū noſtrū. ℟. Amē.

Déinde fit proceſſio ⁊ cantátur infraſcriptę antiphonę donec perueniatur ad chorū. Antiphona.

Aue gratia plena Dei génitrix virgo: ex te enim ortus eſt ſol iuſtitię: illuminans qui in tenebris ſunt. Lętáre tu ſénior iuſte, ſuſcípiens in ulnas liberatorem animarum noſtrarum: donantē nobis vitam ⁊ reſurrectionem. Alia añ. Adórna thálamū tuum Sión: ⁊ ſuſcipe regem Chriſtum: amplectere Mariam,

riam, quę eſt cęleſtis porta. Ipſa enim portat regem glorię: nouo lumine ſubſiſtit virgo, adducens in manibus filium ante luciferum: quem accipiens Symeón in vlnas ſuas, prędicauit populis vitę ⁊ mortuis dominum eum eſſe, ⁊ ſaluatorem mundi. Alia añā.

Reſponſum accepit Symeón á ſpiritu ſancto: non viſúrum ſe mortem, niſi vidéret Chriſtum domini. Et quum indúcerent púerum in templum, accepit euȝ in úlnas ſuas, ⁊ benedixit Deũ, ⁊ dixit: nunc dimittis dñe ſeruum tuum in pace. ℞. Obtulérunt pro eo domino par túrturum, aut duos pullos columbarum: Sicut ſcriptum eſt in lege domini. ℣. Poſtquã autem impleti ſunt dies purgationis Marię ſecundum legem Moyſí: tulerunt eum in Jeruſalém, vt ſiſterent eum domino. Sicut ſcriptum. Gloria. Sicut ſcriptum eſt.

¶ In feſto Purificationis glorioſiſſimę virginis Marię. Intr.

Suſcepimus Deus miſericordiã tuam in medio templi tui: ſecundum nomẽ tuuȝ deus, ita ⁊ laus tua i fines terrę: iuſtitia plena eſt déxtera tua. Ps. Magnus dominus ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne deus, maieſtatem tuaȝ ſupplices exoramꝰ: vt ſicut vnigénitus filius tuus, hodierna die cuȝ noſtrę carnis ſubſtantia in tẽplo eſt prępſentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibus pręſentari. Per eundem dominum noſtrũ.

Lectio Malachię prophetę. iij.

Haec dicit dominus deus: Ecce ego mitto angelum meum, ⁊ pręparabit viam ante faciem meam: ⁊ ſtatim véniet ad templum ſanctum ſuum dominator, queȝ vos quęritis: ⁊ angelus teſtamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit dominus exercituũ: ⁊ quis póterit cogitare dieȝ aduentus eius? Et quis ſtabit ad videndum eum. Ipſe enim quaſi ignis conflans, ⁊ quaſi herba fullónũ: ⁊ ſedebit cõflans ⁊ emundans argentuȝ, ⁊ purgabit filios Leui, ⁊ colabit eos quaſi aurum, ⁊ quaſi argentum: ⁊ erunt domino offerentes ſacrificia in iuſtitia: ⁊ placebit domino ſacrificiuȝ Juda ⁊ Jeruſalém, ſicut dies ſeculi, ⁊ ſicut anni antiqui, dicit dominus omnipotens. Gradua.

Suſcépimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui: ſecundum nomen tuũ deus: ita ⁊ laus tua in fines terrę. ℣. Sicut audiuimus, ita ⁊ vídimus in ciuitate dei noſtri, in monte ſancto eius. Allā. ℣. Senex púeruȝ portabat, puer autem ſenem regebat. Itẽ. Alleluia. ℣. Poſt partuȝ virgo inuiolata permanſiſti dei génitrix intercede pro nobis. Tractus ſequens dicitur ſi hoc feſtũ vénerit poſt Dominicã Septuageſimę. Tractꝰ.

Nunc dimittis ſeruum tuum domine ſecundum verbum tuum in pace. ℣.

Quia

Quia viderũt oculi mei ſalutare tuum. ℣. Quod paraſti ante faciem omnium populorum. ℣. Lumen ad reuelationẽ gentium, ⁊ gloriam plebis tuę Iſrael.

Secundum Lucam. ij.



IN illo tẽpore: Poſtquã ĩpleti ſũt dies purgationis Marię ſecũdum legẽ Moyſi, tulerunt Ieſum in Ieruſalẽm, vt ſiſterẽt eum domino: ſicut ſcriptũ eſt in lege domini: quia omne maſculinum adaperiens vuluam, ſanctum domino vocabitur: ⁊ vt darent hoſtiam, ſecundũ quod dictum eſt in lege domini: par turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Ieruſalẽm, cui nomẽ Symeõn: ⁊ homo iſte iuſtus, ⁊ timoratus: expectans cõſolationem Iſrael: ⁊ ſpiritus ſanctus erat in eo: ⁊ reſponſum acceperat á ſpiritu ſancto, non viſurum ſe mortem, niſi prius vidéret Chriſtum domini: ⁊ venit in ſpiritu in templum. Et quum inducerét puérum Ieſum parentes eius, vt facerent ſecundum cõſuetudinem legis pro eo: ⁊ ipſe accepit eũ in vlnas ſuas: ⁊ bñdixit deum ⁊ dixit. Nũc dimittis ſeruum tuum domine, ſecundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei ſalutare tuũ: quod paraſti ante faciẽ omniũ populorum: lumen ad reuelationem gentium, ⁊ gloriam plebis tuę Iſrael. Credo. Offerto. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: proptérea benedixit te Deus in ęternum, ⁊ in ſeculum ſeculi. Secreta.

EXaudi dñe preces noſtras: ⁊ vt digna ſint munera quę oculis tuę maieſtatis offérimus, ſubſidium nobis tuę pietatis impénde. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti. Prefátio. Quia per incarnati. vt in Natiuitate Domini. Cõmunio. Reſponſum accepit Symeõn á ſpiritu ſancto, non viſurum ſe mortem, niſi vidéret Chriſtum domini. Poſtcõio.

QUeſumus domine deus noſter: vt ſacroſancta myſteria, quę pro reparationis noſtrę munimine contuliſti, beata Maria ſemper virgine intercedẽte, ⁊ preſens nobis remédiũ eſſe facias, ⁊ futurum. Per dñm.

❧ Pro commemoratione ſancti Blaſij epiſcopi ⁊ mar. Oratio.



PLebs tua domine, beati ſacerdotis ⁊ martyris tui Blaſij te glorificatione ſanctificet: ⁊ eodem ſemper precante, te mereatur habere rectorem. Per dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat. Secré.

PReſentia munera queſum⁹ domine, ita ſerena pietate intuere, vt ſancti ſpiritus perfundantur benedictione, ⁊ in noſtris cordibus eam dilectionem validam operentur, per quam ſacerdos ⁊ martyr tuus Blaſius omnia corporis tormenta deuicit. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti. Poſtcōmunio.

SPiritalis participatione ſacramenti, te Deū ſaluatorem noſtrum ſuppliciter queſumus exorantes, vt per interceſſionem beati ſacerdotis ⁊ martyris tui Blaſij, ab omnibus diabolicis liberemur inſidijs. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti.

In feſto ſancte Agathe virginis ⁊ martyris. Introitus.



Audeamus omnes in domino, dieꝫ feſtuꝫ celebrantes ſub honore beate Agathe martyris: de cuius paſſione gaudent angeli, ⁊ collaudant filium Dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria. Oratio.

DEus qui inter cetera potentie tue miracula, etiam in ſexu fragili victoriaꝫ martyrij contuliſti: concede propitius, vt qui beate Agathe virginis ⁊ martyris tue natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominū noſtruꝫ. Epiſtola. Dn̄e Deus meus exaltaſti. 226. De communi virginum. Grad. Adiuuabit eam Deus vultu ſuo: deus in medio eius non commouebitur. ℣. Fluminis impetus letificat ciuitatem Dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. Tractus.

Qui ſeminant in lachrymis: in gaudio metent. ℣. Euntes ibant ⁊ flebant mittentes ſemina ſua. ℣. Uenientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos. Euangelium. Simile eſt regnū celorū the. 227. Require in cōi virginum. Offer. Offerentur regi virgines poſt eam: proxime eius offerentur tibi. Secre.

SUſcipe domine munera, que in beate Agathe martyris tue ſolennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecuꝫ viuit ⁊ regnat in vnita. Cōmu.

Qui me dignat⁹ eſt ab oī plaga curare, ⁊ mamillas meas meo pectori reſtituere, ipſum inuoco deū viuuꝫ. Poſtcō.

AUxilientur nobis domine ſumpta myſteria: ⁊ intercedente beata Agatha martyre tua, ſempiterna protectione confirment. Per dominum noſtruꝫ Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus.

In

IN FESTO SANCTAE SCHOLASTICAE VIRGINIS.

Introitus.



GAudeamus omnes in dño, diē feſtuz celebrantes ſub honore ſanctę Scholaſticę virginis: de cuius ſolennitate gaudent angeli, & collaudant filiū Dei. pſal'ʒ. Eructauit cor meum verbū bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto. **Oratio.**

DEus qui beatę virginis tuę Scholaſticę animam, ad oſtendendam vitę innocentiam, in columbę ſpecie cęlum penetrare feciſti: concede nobis ipſius meritis ſic innocenter viuere, vt ad eādem mereamur gaudia peruenire. Per dominū noſtruz Jeſum.

Lcō epiſt. beati Pauli apoſtoli ad Cor. ij. c. x.

FRatres: Qui gloriatur, in domino glorietur. Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt: ſed quez deus commen-

M.M. y iij dat.

dat. Vtinam ſuſtineretis modicū quid inſipientię meę: ſed ⁊ ſupportate me. Aemuloꝛ enim vos dei ęmulatione. Deſpondi enim vos vni viro, virginem caſtam, exhibere Chꝛiſto. **Graduale.**

Sanctimonialis fęmina beatiſſimū fratrem ſuū Benedictū rogauit dicens. Queſo te ne me deſeras: vt vſqꝫ mane de cęleſtibus loquamur. ℣. Quid eſt quod loqueris ſoroꝛ? manere extra cellam nullatenus poſſum: ſed vale dicens reuertar ad Cęnobium. Alleluia. ℣. Sancta vero Scholaſtica quum verba negantis audiſſet: inclinato capite in manibus orationem fudit: ⁊ inundatio pluuię erupit. **Tractus.**

Eleuatis in aera oculis ſanctus Benedictus, vidit ſoroꝛis animam in columbę ſpecie cęli ſecreta penetrare. ℣. Denuntiato fratribus eius obitu: quum Deo gratias egiſſet: coꝛpus ad monaſterium deferri: ⁊ in ſepulchꝛo quod ſibi pararat collocari mandauit. ℣. Tantū illis deus gratię cōtulit: vt quoꝛū mens vna ſemper in Deum fuerat: eoꝛum quoqꝫ coꝛpoꝛa nec ſepultura ſepararet.

Secundum Mattheum. xxv.



In illo tempoꝛe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęloꝛū decē virginibus: quę accipientes lampades ſuas, exierunt obuiā ſponſo ⁊ ſponſę. Quinque autē ex eis erant fatuę, ⁊ quinque pꝛudentes. Sed quinque fatuę acceptis lampadibus, nō ſumpſerunt oleum ſecum. Pꝛudētes vero acceperūt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. Moꝛam aūt faciente ſponſo, doꝛmitauerūt omnes, ⁊ doꝛmierūt. Media aūt nocte clamoꝛ fact⁹ eſt: ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. Tunc ſurrexerunt omnes virgines illę: ⁊ oꝛnauerūt lampades ſuas. Fatuę autē ſapientibus dixerunt. Date nobis de oleo veſtro: quia lampades noſtrę extinguuntur. Reſponderūt pꝛudentes dicentes. Ne foꝛte non ſufficiat nobis ⁊ vobis: ite potius ad vendentes, ⁊ emite vobis. Dum autem irent emere, venit ſponſus: ⁊ quę paratę erant, intrauerunt cuꝫ eo ad nuptias: ⁊ clauſa eſt ianua. Nouiſſime vero veniunt ⁊ reliquę virgines dicentes. Domine, domine aperi nobis. At ille reſpondens ait. Amen dico vobis neſcio vos. Vigilate itaqꝫ: quia neſcitis diem neqꝫ hoꝛam. **Offer.**

Vir dn̄i Benedict⁹ vidēs ſe ad monaſteriū nō poſſe remeare: cōqueſt⁹ eſt dicens. Quid eſt ꝙ feciſti ſoroꝛ? Cui illa. Ecce rogaui te, ⁊ audire me noluiſti: rogaui deū meū, ⁊ exaudiuit me. **Sec.**

Suſcipe queſum⁹ domine ob honoꝛem ſacrę virginis tuę Scholaſticę munus oblatum: ⁊ quod noſtris aſſequi meritis nō valemus: eiuſdem ſuffragantibus meritis largire pꝛopitius. Per

Per dominuʒ noſtrum. Cómu.
Beata es virgo Scholaſtica: quę vt innocenter tanquam columba in mundo vixiſti: ita hodie in columbę ſpecie merito, in ęternum victura, cęlum penetraſti. Poſtcommunio.

Quos cęleſti domine refectione ſatiaſti: beatę quęſumus Scholaſticę virginis tuę meritis, á cunctis éxime propitiatus aduerſis. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuũ, qui tecum viuit ⁊ reg.

¶ Pro commemoratione ſancti Ualentini martyris. Oratio.

Preſta quęſum⁹ omnipotés de⁹: vt qui beati Ualentini martyris tui natalitia cólimus: á cunctis malis imminentibus, eius interceſſionibus liberemur. Per dominum noſtrum Jeſum. Secre.

Oblatis quęſumuſ domine placare munerib⁹: ⁊ intercedente beato Ualentino martyre tuo, á cunctis nos defende periculis. Per do. Poſtcómu.

Sit nobis domine reparatio mentis ⁊ corporis cęleſte myſteriũ: vt cuius exequimur actionem, ſentiamus effectum. Per.

¶ Pro cómemoratione ſanctorum martyrũ Fauſtini, ⁊ Iouitę.

Beatorum martyrũ tuorum Fauſtini ⁊ Iouitę nos quęſumuſ domine paſſio tueatur: vt ſicut illos á ferarum morſibus, igniumq; cruciatibus exemiſti: ita nos quoq; á ſpiritalibus beſtijs, noxijſq; incendijs liberare digneris. Per dominuʒ. Secre.

Munera tibi Domine noſtrę deuotionis offerim⁹: quę ⁊ pro tuorum tibi grata ſint honore iuſtorum, ⁊ nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per dominum noſtruʒ Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ reg. Poſtcómunio Oratio.

Preſta nobis quęſumus domine intercedentibus ſanctis tuis Fauſtino ⁊ Iouita, vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominũ.

¶ In Cathedra Antiochena ſancti Petri Apoſtoli, omnia dicuntur ſicut in feſto Cathedrę Romanę. vt ſupra. fol. 164.

Quando vigilia ſancti Matthię in Quadrageſima venerit: Miſſę officiũ fit de feria cuʒ cómemoratione vigilię: ⁊ reſpectu ferię de qua totũ Miſſę officiũ fit: oro A cunctis non eſt omittenda.

¶ In feſto ſancti Matthię apoſtoli. Introitus.

Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus: nimis cóforatatuſ eſt principat⁹ eoruʒ. Ps. Dñe probaſti me, ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, ⁊ reſurrectionem meam. ℣.

Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui. Oratio.

DEus qui beatū Matthiam apoſtolorum tuorum collegio ſociaſti: tribue queſumus, vt eius interuentione, tuę circa nos pietatis ſemper viſcera ſentiamus. Per dominū noſtrum.

Lectio Actuum Apoſtolorū.j.

IN diebus illis: Exurgens Petrus in medio fratrum dixit. Viri fratres, oportet impleri ſcripturam, quam predixit ſpiritus ſanctus per os Dauid de Juda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Jeſū: qui connumeratus erat in nobis, ⁊ ſortitus eſt ſortem miniſterij huius. Et hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis: ⁊ ſuſpenſus crepuit medius, ⁊ diffuſa ſunt omnia viſcera eius: ⁊ notum factum eſt omnibus habitantibus Jeruſalem, ita vt appellaretur ager ille lingua eorū, Haceldema, hoc eſt, ager ſanguinis. Scriptū eſt enim in libro pſalmorum. Fiat habitatio eius deſerta, ⁊ non ſit qui habitet in ea: ⁊ epiſcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris, qui nobiſcum ſunt congregati in omni tempore, quo intrauit ⁊ exiuit inter nos dominus Jeſus, incipiens a baptiſmate Joannis vſq; in diem qua aſſumptus eſt a nobis, teſtem reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnū ex iſtis. Et ſtatuerunt duos, Joſeph qui vocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt iuſtus, ⁊ Matthiam: ⁊ orantes dixerunt. Tu domine, qui corda noſti omnium, oſtende quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum miniſterij ⁊ apoſtolatus, de quo preuaricatus eſt Judas, vt abiret in locum ſuum. Et dederunt ſortes eis: ⁊ cecidit ſors ſuper Matthiam ⁊ annumeratus eſt cū vndecim apoſtolis. Grad.

Conſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Tractus.

Celi enarrant gloriam dei: ⁊ opera manuum eius annūtiat firmamentū. ℣. Non ſunt loquelę neq; ſermones, quorum non audiantur voces eorum. ℣. In omnem terram exiuit ſonus eorum: ⁊ in fines orbis terrę verba eorum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.xi.



IN illo tempore: Reſpondens Jeſus dixit. Cōfiteor tibi pater dn̄e celi ⁊ terrę, q̄ abſcondiſti hęc a ſapientibus ⁊ prudentibus, ⁊ reuelaſti ea paruulis. Ita pater, quoniam ſic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita ſunt a patre meo: ⁊ nemo nouit filium, niſi pater: neq; patrem quis nouit, niſi filius, ⁊ cui

voluerit

voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis, ⁊ onerati eſtis, ⁊ ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos: ⁊ diſcite a me, quia mitis ſum ⁊ humilis corde: ⁊ inuenietis requiem animabus veſtris. Iugũ enim meũ ſuaue eſt, ⁊ onus meũ leue. Credo in vnũ Deũ. Offer. Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum. Secreta.

Hoſtias domine, quas nomini tuo ſacrandas offerimus, ſancti Matthię proſequatur oratio: per quam nos ⁊ expiari facias, ⁊ defendi. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti. Prefatio de Apoſtolis. Cõmu. Ego vos elegi de mundo: vt eatis ⁊ fructum afferatis: ⁊ fructus veſter maneat. Poſtcommunio.

Preſta queſumus omnipotens Deus: vt per hec ſancta que ſumpſimus, interueniẽte beato Matthia apoſtolo tuo, veniam conſequamur ⁊ pacẽ. Per.

¶ In feſto ſancti Romani Abbat. Miſſa. Os iuſti. Oratio. Interceſſio. Ep'la. Dilect⁹ Deo ⁊c. De cõmuni vnius Abba. fo. 223.

¶ In feſto ſancti Thome de Aquino confeſſoris atq; doctoris. Introitus. In medio Eccleſię. fol. 222. Epiſtola. Iuſtus cor ſuum tradet. fol. 223. Euangeliũ. Vos eſtis ſal terrę. fol. 223. Oro.

Deus qui eccleſiã tuã beati Thomę cõfeſſoris tui mira eruditione clarificas, ⁊ ſancta operatione fęcundas: da nobis queſumus, ⁊ quę docuit intellectu conſpicere, ⁊ quę egit imitatione complere. Per dominum noſtrum. Secre.

Sancti Thomę confeſſoris tui atq; Doctoris nobis domine pia nõ deſit oratio: quę ⁊ munera noſtra conciliet, ⁊ tuam nobis indulgentiam ſemper obtineat. Per domi. Poſtcommunio.

Ut nobis domine tua ſacrificia dent ſalutem, beatus Thomas cõfeſſor tuus, ⁊ doctor egregius queſumus precator accedat. Per dominum noſtrum.

¶ Pro cõmemoratione ſanctorũ Quadraginta martyrũ. Oro.

Preſta queſum⁹ omnipotẽs De⁹: vt qui glorioſos martyres, fortes in ſua confeſſione cognouimus, pios apud te in noſtra interceſſione ſentiamus. Per. Secreta.

Sacrificijs preſentibus queſumus domine intende placatus: vt intercedentibus ſanctis martyrib⁹ tuis, deuotioni noſtrę proficiant, ⁊ ſaluti. Per. Poſtcõ.

Queſumus oĩpotens deus, vt illius ſalutaris capiam⁹ effectum, cuius per hec myſte-

myſteria pignus accepimus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vi.

¶ In feſto ſancti Gregorij pape confeſ. et doctoris Eccleſie. Intr.

Sacerdotes Dei benedicite dominum: ſancti et humiles corde, laudate Deum. Pſal. Benedicite omnia opera domini domino: laudate et ſuperexaltate eum in ſecula. ℣. Gloria patri et filio, et ſpiritui ſancto. Oro.

Deus, qui anime famuli tui Gregorij, eterne beatitudinis premia contuliſti: cocede propitius: vt qui peccatorum noſtrorum pondere premimur, eius apud te precibus ſubleuemur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit et reg. Epiſtola. Teſtificor. Require in communi doctorum. 222. Grad. Iurauit dominus, et no penitebit eum: tu es ſacerdos in eternum ſecundum ordinem Melchiſedec. ℣. Dixit dominus domino meo: ſede a dextris meis. Tractus. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria et diuitie in domo eius: et iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Euagelium. Vos eſtis ſal terre. Require in coi vnius doctoris. 223. Credo. Offerto. Ueritas mea et miſericordia mea cum ipſo: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Annue nobis queſumus domine: vt interceſſione beati Gregorij, hec nobis proſit oblatio: qua immolando totius mundi tribuiſti relaxari delicta. Per dominum noſtrum. Comunu. Fidelis ſeruus et prudens: que conſtituit dns ſuper familia ſuam: vt det illis in tempore tritici menſura. Poſtco.

Deus qui beatum Gregoriu pontifice tuum, ſanctorum tuorum meritis coequaſti: concede propitius: vt qui commemorationis eius feſta percolimus, vite quoque imitemur exepla. Per.

¶ In feſto Tranſlationis Corporum Sancte Juſtine, et aliorum. Intr. De communi marty. 215. Salus autem iuſtorum. Oratio.

Deus, qui nos annua ſolennitate traſlationis Sanctorum tuorum Juſtine, Luce, et aliorum letificas: concede propitius, vt quoru gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per. Epla. Reddidit Deus. f. 216. Secreta.

Oblatis queſumus domine placare muneribus: et interceſſione ſanctis tuis, quorum tranſlatione colimus, a cuctis nos defende periculis. Per. Euagelium. Sedete Jeſu. De coi plurimorum mart. 218. Poſtcomu.

Haec nos communio domine purget a crimine: et itercedentibus ſanctis tuis, quorum hodie tranſlationem colimus, celeſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum noſtrum.

¶ In

In feſto ſancti Joſeph confeſſoris. Introitus.



Juſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur: plantatus in domo domini, in atrijs domus Dei noſtri. Ps. Bonum eſt confiteri domino: ⁊ pſallere nomini tuo Altiſſime. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper, ⁊ in ſecula ſecu. Oro.

Sanctiſſime genitricis tuę ſponſi, quęſumus domine, meritis adiuuemur: vt, quod poſſibilitas noſtra non obtinet, eius nobis interceſſione donetur. Qui viuis, ⁊ regnas cum Deo patre, in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Epiſt.

Dilectus Deo. de cõmuni Abbatum. ſolio 228. Graduale.

Domine, pręueniſti eũ in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eiꝰ coronam de lapide precioſo. ℣. Vitam petijt a te, ⁊ tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculum ſeculi. Tractus.

Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria, ⁊ diuitię in domo eius: ⁊ iuſtitia eius manet in ſeculũ ſeculi. Poſt Paſcha.

Alleluia, alleluia. ℣. Amauit eum Dominus, ⁊ ornauit eum: ſtolam glorię induit eum. Alleluia. ℣. Juſtus germinabit ſicut lilium: ⁊ florebit in ęternum ante dominum. Alleluia. Euãg.

Cum eſſet deſponſata. vt in vigilia Natiuita. fol. 7. Offerto.

Veritas mea ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Debitum tibi domine, noſtrę reddimus ſeruitutis, ſuppliciter exorantes: vt ſuffragijs beati Joſeph ſponſi genitricis filij tui Jeſu Chriſti Domini noſtri, in nobis tua munera tuearis: ob cuius venerandam feſtiuitatem, laudis tibi hoſtias immolamus. Per eundem dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiri. Cõmunio.

Joſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Poſtcommunio.

Adeſto nobis, quęſumus miſericors deus: ⁊ intercedente pro nobis beato Joſeph confeſſore tuo, tua circa nos propitiatus dona cuſtodi. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

In

IN FESTO SANCTI PATRIS NOSTRI BENEDICTI.

Introitus.



GAudeamꝰ omnes in domino, diem feſtū celebrantes ſub honore ſancti Benedicti abbatis: de cuiꝰ ſolēnitate gaudēt angeli, ⁊ collaudāt filiū Dei. **Ps.** Magnus dn̄s ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri, in monte ſctō eiꝰ. **℣.** Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper ⁊ in ſec. **Oratio.**

OMnipotens ſempiterne deus, qui hodierna die, carnis eductum ergáſtulo, beatiſſimum confeſſorez tuum Benedictum ſubleuaſti ad cęlum: concede quęſumus, hęc

feſta

feſta tuis famulis celebrantibus, cunctorum véniam delictorum: vt qui exultantibus animis, eius claritati congaudent, ipſo apud te interueniente, conſocientur ⁊ meritis. Per dominuꝫ noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Lcõ libri Sapiẽtię: Eccl'aſtici. 50.

Ecce confeſſor magnus, qui in vita ſua ſuffulſit domum, ⁊ in dieb⁹ ſuis corroborauit templum. Templi etiam altitudo ab ipſo fundata eſt: duplex ędificatio, ⁊ excelſi parietes templi. In diebus ipſius emanauerunt putei aquarum, ⁊ quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modum. Qui curauit gentem ſuam, ⁊ liberauit eam a perditione. Qui pręualuit amplificare ciuitatem: qui adeptus eſt gloriam in conuerſatione gentis: ⁊ ingreſſum domus ⁊ átrij amplificauit. Qui quaſi ſtella matutina in medio nebulę, ⁊ quaſi luna plena in diebus ſuis lucet: ⁊ quaſi ſol refúlgens: ſic iſte effulſit in templo Dei. Quaſi arcus refúlgens inter nébulas glorię, ⁊ quaſi flos roſarum in diebus vernis: ⁊ quaſi lilia quę ſunt in tránſitu aquę: ⁊ quaſi thus rédolens in diebus ęſtátis: quaſi ignis effúlgens, ⁊ thus ardens in igne. Quaſi vas auri ſólidum, ornatum omni lapide precioſo. Quaſi oliua púllulans, ⁊ quaſi cypreſſus in altitudinem ſe extóllens. Circa illuꝫ corona fratrum, ⁊ quaſi plantatio cedri in monte Libano: ſic circa illum ſtetérunt quaſi rami palmę: ⁊ omnes filij Aarón in gloria ſua. Gradua.

Fuit vir vitę venerabilis, gratia Benedictus ⁊ nomine. ℣. Relicta domo, rebuſqꝫ patris, ſoli Deo placére deſyderans, ſanctę conuerſationis hábitum quęſiuit. Aliud Graduale.

Repletus ſpiritu ſancto beatus Benedictus, inter multa miracula quę fécerat, ſuſcitauit púeruꝫ. ℣. Illuſionem regis cognoſcens: ei póſtmodum ventura prędixit. Dictum Graduale ⁊ Tractus ſequens non dicuntur, ſi hoc feſtum poſt Paſcha celebratur: ſed dicuntur duo Allelu.

Alleluia. ℣. Vir domini Benedict⁹ omnium iuſtorum ſpíritu plenus fuit: ipſe intercedat pro cunctis monáſticę profeſſionis. Alleluia. ℣. Glorioſus confeſſor dñi Benedictus, vitaꝫ angélicam gerens in terris, ſpéculũ bonoruꝫ operũ fact⁹ eſt mundo: ⁊ ideo cũ Chriſto iam ſine fine gaudet in cęlo. Trac.

Vir domini Benedictus omnium iuſtoruꝫ ſpiritu plenus fuit. ℣. Tantaqꝫ circa eum claritas excreuerat: vt in terris poſitus, in cęleſtibus habitaret. ℣. Ipſe pius intercedat pro cunctis monaſticę profeſſionis. Sequentia.

Lęta quies magni ducis
Dona ferens nouę lucis
Hodie recólitur.

Charis datur pię menti:
Corde ſonet in ardenti
Quicquid foris prómitur.

Nunc per callem orientis
Admiremur aſcendentis
Patriarchę ſpeciem.

Amplum

Amplum ſemen magnę prolis
Illum fecit inſtar ſolis
Abrahę perſimilem.
Corum cernis miniſtrantem:
Dixit Eliam latitantem
Specu noſce paruulo,
Eliſeus dignoſcatur,
Cuius ſecuris reuocatur
De torrentis alueo.
Illum Joſeph candor morum:
Illum Jacob futurorum
Mens effecit conſcia.
Ipſe memor ſuę gentis
Nos perducat in manentis
Semper Chriſti gaudia. Amen.

Secundum Mattheum.xix.



IN illo tēpore: Dixit Simon Petr⁹ ad Jeſuz. Ecce nos reliquimus omnia, ⁊ ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Jeſus autem dixit illis. Amen dico vobis, ꝙ vos qui ſecuti eſtis me: in regeneratione quum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę: ſedebitis ⁊ vos ſuper ſedes duodecim: iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis qui reliquerit domuz: vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorez, aut filios, aut agros, propter nomen meum: centuplum accipiet: ⁊ vitam ęternaz poſſidebit. Credo.

In die octaue nō dicitur. Offer.

Intempeſtę noctis ſilentio vidit ſanctus Benedict⁹ fuſam deſup lucē cunctas noctis tenebras effugaſſe. Offer.

Hęc eſt via qua dilectus domini Benedictus cęlum aſcendit: atque a terris via recta ab eius cella in cęlum vſque tendebatur. Secreta.

OBlatis dn̄e ad honorē beati cōfeſſoris tui Benedicti placare munerib⁹: ⁊ ipſi⁹ interuētu, famulis tuis cunctorū̄ tribue indulgentiā pctōrū̄. Per. Cōm.

Hodie dilectus domini Benedictus cęlum aſcendens, in gloriam ab angelis ſuſceptus eſt. Poſtcommunio.

PErceptis domine deus noſter ſalutaribus ſacramentis, humiliter deprecamur: vt intercedente beato Benedicto cōfeſſore tuo, quę pro illius venerando gerimus obitu, nobis proficiant ad ſalutem. Per domi.

¶ Infra octauam, ⁊ in ipſo die octauę fit idem officiuz vt in die: ſi contingat fieri poſt Paſcha. Si vero in Quadrageſima: nil aliud fit infra octauam preter cōmemora. tantum. Notandum ꝙ de feſtiſ quę veniunt poſt feriam quartam maioris hebdomadę: vſque ad feriam ſecundam poſt octauam Paſchę: nihil tunc fit: ſed poſt octauam celebrantur, ⁊ in fine cuiuſlibet introitus, offerende, ⁊ cōmunionis adiungitur Alleluia. Et hoc idem obſeruatur in omnibus feſtis quę celebrantur inter Paſcha ⁊ Pentec.

¶ In

¶ In feſto Annũtiationis beatiſſimę Marię virginis. Introi.



Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines poſt eam: próxime eius adducentur tibi in lętitia ⁊ exultatione. ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria. Et dr̃ Gloria in excelſis de dñа. Oro.

Deus qui de beatę Marię virginis utero, verbũ tuũ angelo nuntiante, carnem ſuſcipere voluiſti: pręſta ſupplicibus tuis: vt qui veré eam genitricem dei crédimus, eius apud te interceſſionib⁹ adiuuemur. Per eun.

Lectio Iſaię prophetę. vij.

In diebus illis: Locutus eſt dominus ad Acház dicens. Pete tibi ſignum á domino deo tuo in profundum inferni, ſiue in excelſuz ſupra. Et dixit Acház. Nó petam, ⁊ non tentabo dominuz. Et dixit. Audite ergo dom⁹ Dauid. Nunquid parum vobis eſt, moleſtos eſſe hominib⁹, q: moleſti eſtis ⁊ deo meo? Propter hoc dabit dñs ipſe vobis ſignũ. Ecce virgo cócipiet, ⁊ páriet filiũ, ⁊ vocabit̃ nomé ei⁹ Emmánuel. Butyrũ ⁊ mel cómedet: vt ſciat reprobare malũ, ⁊ eligere bonũ. Grã. Diffuſa eſt grã in labijs tuis: proptérea bñdixit te deus in ęternũ. ℣. Propter veritatez ⁊ manſuetudinem ⁊ iuſtitiam, ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua.

Dem̃ Graduale ⁊ Tract⁹ ſequẽs nó dñr ſi hoc feſtuz celebrat̃ poſt Paſcha, ſed dñr duo Alleluia vz.

Alla. ℣. Aue Maria grã plena, dñs tecũ: bñdicta tu in mulierib⁹. Alla. ℣. Uirga Ieſſe flóruit: virgo deũ ⁊ hoiem génuit: pacẽ deus réddidit, in ſe recóciliaus ima ſummis. Tractus. Audi filia ⁊ vide, ⁊ inclina aurẽ tuam: quoniam concupiuit rex ſpeciem tuã. ℣. Uultuz tuũ deprecabuntur oẽs diuites plebis, filię regũ in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines poſt eã: próxime eius offerent̃ tibi. ℟. Adducent̃ i lętitia ⁊ exultatione: adducent̃ i templũ regis.

Lcõ ſcti euágelij ſecundũ Lucã. i.



In illo tépore: Miſſus eſt angel⁹ Gabriel a deo i ciuitatez Galilęę, cui nomẽ Nazarét, ad virginem deſponſatam viro,

viro, cui nomen erat Joſeph, de domo Dauid, ꝛ nomen virginis Maria. Et ingreſſus angelus, ad eam dixit. Aue gratia plena, dominus tecū: benedicta tu in mulieribus. Que quum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, ꝛ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio, ꝛ ait angelus ei. Ne timeas Maria (inueniſti enim gratiā apud deum) ecce concipies in utero, ꝛ paries filium, ꝛ vocabis nomen eius Jeſum. Hic erit magnus, ꝛ filius altiſſimi vocabitur, ꝛ dabit illi dominus Deus ſedem Dauid patris eius, ꝛ regnabit in domo Jacob in eternum: ꝛ regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens angelus dixit ei. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, ꝛ virtus altiſſimi obumbrabit tibi: ideoq; ꝛ quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius dei. Et ecce Eliſabet cognata tua, ꝛ ipſa concepit filium in ſenectute ſua: ꝛ hic menſis eſt ſextus illi, que vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud deū omne verbū. Dixit aūt Maria. Ecce ancilla dñi: fiat mihi ſecundū verbū tuū. Credo. **Offer.**

Aue Maria, gratia plena: dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: ꝛ benedictus fructus ventris tui. **Secre.**

In mentibus noſtris queſumus domine vere fidei ſacramenta confirma: vt qui conceptum de virgine Deum verum ꝛ hominem confitemur, per eiuſdem ſalutifere reſurrectionis potentiam, ad eternam mereamur peruenire letitiam. Per eundē dominum noſtrum. **Commu.**

Ecce virgo concipiet, ꝛ pariet filium: ꝛ vocabitur nomen eius Emmanuel. **Poſtcommunio.**

Gratiam tuā domine mentibus noſtris infunde, vt qui angelo nuntiante, Chriſti filij tui incarnationem cognouimus, per paſſionem eius ꝛ crucem, ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eundem do.

¶ In feſto ſancti Leonis Pape, ꝛ confeſſoris. Introitus.



Statuit ei dñs teſtamentum pacis, ꝛ principem fecit eū, vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternū. **Ps.** Memento domine Dauid, ꝛ omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri. **Oratio.**

Exaudi, queſumus domine, preces noſtras, quas in beati Leonis confeſſoris tui atque Pontificis ſolennitate deferim⁹, ꝛ qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos abſolue peccatis. Per. **Epiſt.** Ecce ſacerdos magnus. de cōi confeſ. pont. fo. 221.

Gradua. 221. Ecce ſacerdos magnus,

gnus, qui in diebus ſuis placuit Deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui cōſeruaret legem excelſi.

In Quadrageſima. Tractus.

Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria ⁊ diuitię in domo eius, ⁊ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. **Poſt Paſcha.**

Alleluia, alleluia. ℣. Tu es ſacerdos in ęternum ſecundū ordinem Melchiſedech. Alleluia. ℣. Hic eſt ſacerdos quem coronauit Dominus, Alleluia.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. xvj.



In illo tēpore: Venit Ieſus in partes Ceſareę Philippi: ⁊ interrogabat diſcipulos ſuos dicens. Quem dicunt homines eſſe filium hominis? At illi dixerunt. Alij Ioannem Baptiſtam: alij autē Eliam: alij verò Ieremiam, aut vnum ex prophetis. Dicit illis Ieſus. Vos autem, quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus dixit. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Reſpondens autem Ieſus, dixit ei. Beat⁹ es Simon Bar Iona: quia caro ⁊ ſanguis nō reuelauit tibi: ſed pater meus qui in cęlis eſt. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, ⁊ ſuper hanc petram ędificabo eccleſiā meā: ⁊ portę inferi non pręualebunt aduerſus eam: ⁊ tibi dabo claues regni cęlorū: ⁊ quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum ⁊ in cęlis: ⁊ quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum ⁊ in cęlis. **Offertorium.**

Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meum confortabit eum. **Secreta.**

Sancti Leonis confeſſoris tui atq; pontificis, quęſumus domine, annua ſolennitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt, per hęc pię placationis officia, ⁊ illū beata retributio comitetur, ⁊ nobis gratię tuę dona conciliet. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiū tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. **Communio.**

Beatus ſeruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. **Poſtcommunio.**

Deus, fidelium remunerator animarum, pręſta: vt beati Leonis confeſſoris tui atque pontificis, cuius venerandā celebramus feſtiuitatem, precibus indulgentiam cōſequamur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuū, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Pro commemoratione ſanctorum martyrum Tiburtij Valeriani ꝛ Maximi. Oratio.

PReſta queſumus omnipotens deus, vt qui ſanctorum martyrum tuorum Tiburtij, Valeriani, ꝛ Maximi ſolennia colimus, eorum etiam virtutes imitemur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Secre.

HAec hoſtia queſumus domine, quam in ſanctorum tuorum natalitijs recenſentes offerimus, ꝛ vincula noſtrę prauitatis abſoluat, ꝛ tuę nobis miſericordię dona conciliet. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Poſtcommunio.

SAcro munere ſatiati, ſupplices te domine deprecamur, vt quod debitę ſeruitutis celebramus officio, ſaluationis tuę ſentiamus augmentum. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

In feſto Sancti Georgij martyris.
Oratio propria.



GLorioſus martyr Georgius, queſumus Domine nos vbiq; lętificet, vt dum eius merita in preſenti feſtiuitate recolimus, patrocinia in augmentum virtutum ſentiamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

IN FESTO SANCTI GEORGII MARTYRIS.

Introitus.



PRotexiſti me deus á conuentu mali gnantium, alleluia: á multitudine operãtiũ iniquitatẽ, alleluia, allelu. **Ps.** Exaudi deus orationẽ meã quum déprecor: á timore inimici éripe animã meam. **℣.** Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio ⁊ nũc ⁊ ſemper. **Oratio.**

DEus qui nos beati Georgij martyris tui meritis ⁊ interceſſione lętíficas: concede propitius: vt qui eius beneficia póſcimus, dono tuę gratię cõſequamur. Per do.

Ad Timotheum.ij.cap.ij.

CAriſſime: Memor eſto dñm noſtrũ Jeſuz Chriſtũ reſurrexiſſe á mortuis ex ſémine Dauid, ſecundũ euangeliũ meũ, in quo laboro vſq; ad vincula, quaſi male óperans: ſed verbũ Dei non eſt alligátũ. Ideo omnia ſuſti-

ſuſtineo ꝓpter electos, vt ⁊ ipſi ſa
lutē conſequant͛, quę eſt in Chꝛō
Jeſū cū gloꝛia cęleſti. Tu aūt aſſe
cut⁹ es meā doctrinā, inſtitutio-
nē, ꝓpoſitū, fidē, longanimitatē,
dilectionē, patientiā, perſecutio-
nes, paſſiones, qualia mihi facta
ſūt Anthiochię, Jconio, Lyſtris:
quales perſecutiones ſuſtinui, ⁊
ex omnib⁹ eripuit me dn̄s. Et om
nes qui piè volūt viuere in Chꝛi
ſto Jeſū, perſecutionez patiunt͛.
Alleluia, alleluia. ℣. Confitebunt͛ cęli
mirabilia tua dn̄e: ⁊ veritatē tuā in ec-
cleſia ſctōꝝ. Allā. ℣. Beatus vir, qui
ſuffert tentationē: quoniam cum proba
tus fuerit, accipiet coꝛonā vitę. Allelu.

Secundum Joannem. xv.



In illo tēpoꝛe, dixit
Jeſus diſcipulis
ſuis. Ego ſuz vitis ve
ra, ⁊ pater meus agri
cola eſt. Oēm palmi-
tez in me nō ferentē
fructū tollet eum: ⁊ omnem qui
fert fructum purgabit euz, vt fru
ctuz plus afferat. Jam vos mun-
di eſtis, pꝛopter ſermonem quez
locutus ſum vobis. Manete in
me, ⁊ ego in vobis. Sicut palmes
non poteſt ferre fructum à ſemet
ipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec
vos, niſi in me manſeritis. Ego
ſum vitis, vos palmites. Qui ma
net in me, ⁊ ego in eo, hic fert fru-
ctum multum: quia ſine me nihil
poteſtis facere. Si quis in me nō
manſerit, mittetur foꝛas ſicut pal
mes: ⁊ areſcet, ⁊ colligent eum, ⁊
in ignem mittent, ⁊ ardet. Si ma-
ſeritis in me, ⁊ verba mea i vobis
manſerint, quodcunqꝫ volueri-
tis petetis, ⁊ fiet vobis. **Offerto.**
Confitebuntur cęli mirabilia tua do-
mine, ⁊ veritatem tuam in eccleſia ſan-
ctoꝝ, alleluia, alleluia. **Secreta.**
Munera dn̄e oblata ſanctifi
ca, ⁊ intercedente beato
Geoꝛgio martyre tuo, nos per
hęc à peccatoꝛuz noſtroꝛum ma-
culis emunda. Per do. **Cōmu.**
Letabitur iuſtus in dn̄o: ⁊ ſperabit in
eo: ⁊ laudabuntur omnes recti coꝛde.
Alleluia, alleluia. **Poſtcōmunio.**
Supplices te rogamus omni-
potens deus: vt quos tuis re
ficis ſacramētis, intercedēte bea
to Geoꝛgio martyre tuo, tibi
etiam placitis moꝛibus dignan-
ter tribuas deſeruire. Per do.
Officiū miſſę de litanijs ante vigi
liaz Aſcenſionis poſitum, fiat eo
tempoꝛe quo fit in terris, in qui
bus Monachi noſtri habitant.

**¶ Jn feſto ſancti Marci Euan-
geliſtę. Jntroitus.**



Protexiſti me de
us à cōuentu
malignantiū,
alleluia: à mul
titudine ope-
rantiū iniqui
tatez, alleluia,
allā. **ps.** Exau
di deus oꝛationem meam quum de-
pꝛecoꝛ: à timoꝛe inimici eripe animam
meam. ℣. Gloꝛia patri ⁊ filio. **Oꝛo.**
Deus

DEus qui beatum Marcū euangeliſtam tuum, euangelicę prędicationis gratia ſublimaſti: tribue quęſumus, eius ſemper nos ⁊ eruditione proficere, ⁊ oratione defendi. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiū tuū, qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorū. Amē.

Lectio Ezechielis prophetę. j.

SImilitudo vult' quatuor animalium: facies hominis ⁊ facies leonis à dextris ipſorū quatuor. Facies autem bouis à ſiniſtris ipſorum quatuor: ⁊ facies aquilę deſuper ipſorū quatuor. Et facies eorum, ⁊ pennę eorum extentę deſuper. Duę pennę ſingulorum iungebantur, ⁊ duę tegebant corpora eorum: ⁊ vnumquodq; eorum coram facie ſua ambulabat. Ubi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur: nec reuertebantur quū ambularent. Et ſimilitudo animalium, ⁊ aſpectus eorum, quaſi carbonū ignis ardentium, ⁊ quaſi aſpectus lampadarum. Hęc erat viſio diſcurrens in medio animalium: ſplendor ignis, ⁊ de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant ⁊ reuertebantur in ſimilitudinē fulguris coruſcantis. ℟. Alleluia, alleluia. ℣. Confitebuntur cęli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in Eccleſia ſanctorum. Alleluia. ℣. Poſuiſti domine ſuper caput eius coronam de lapide precioſo.

M. M.

Secundum Lucam. x.



IN illo tēpore: Deſignauit dominus et alios ſeptuaginta duos: et miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem ⁊ locum, quò erat ipſe venturus: ⁊ dicebat illis. Meſſis quidem multa, operárij autem pauci. Rogate ergo dominum meſſis, vt mittat operários in meſſem ſuam. Ite: ecce ego mitto vos, ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calciamenta: ⁊ néminem per viam ſalutauéritis. In quamcunque domum intrauéritis, primum dicite: pax huic domui: ⁊ ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſin autem, ad vos reuertetur. In eádem autem domo manete, edentes ⁊ bibentes quę apud illos ſunt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite tranſire de domo in domum: ⁊ in quamcunque ciuitatem intrauéritis, ⁊ ſuſcéperint vos: manducate quę apponuntur vobis: et curate infirmos qui in illa ſunt: et dicite illis: appropinquabit in vos regnum Dei.

Credo in vnum Deum. Offer.

Confitebuntur celi mirabilia tua domine: ⁊ veritatem tuam in eccleſia ſanctorũ. Alľa, alľa. Secre.

Beati Marci euangeliſte tui ſolennitate tibi domine munera deferentes, queſumus: vt ſicut illum predicatio euangelica fecit glorioſum, ita nos eius interceſſio, ⁊ verbo ⁊ opere tibi reddat acceptos. Per dominũ noſtrum Jeſum Chriſtũ filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat.

Prefatio dicitur de Paſcha vel de Apoſtolis. Communio.

Letabitur iuſtus in domino, ⁊ ſperabit in eo: ⁊ laudabuntur omnes recti corde. Alleluia, alleluia. Poſtcommu.

Tribuant nobis queſumus domine continuum tua ſancta preſidium: quo beati Marci euangeliſte tui precibus, nos ſemper ab omnibus tueantur aduerſis. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnita.

Pro commemoratione ſancti Vitalis martyris. Oratio.

Preſta queſum⁹ omnipotens deus, vt intercedẽte beato Vitale martyre tuo, ⁊ a cunctis aduerſitatibus liberemur in corpore, ⁊ a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiũ tuum, qui tecum viuit. Secreta.

Accepta ſit in conſpectu tuo domine noſtra deuotio, ⁊ eius nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, pro cuius ſolennitate defertur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui te. Poſtcommunio.

Refecti participatione muneris ſacri, queſumus domine Deus noſter, vt cuius exequimur cultum, ſentiamus effectum. Per dominum noſtrum.

In feſto ſanctorũ apoſtolorum Philippi ⁊ Jacobi. Introi.



Exclamauerunt ad te domine in tẽpore afflictionis ſue, ⁊ tu de celo exaudiſti eos, Alleluia, alľa. Ps. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus qui nos annua apoſtolorum tuorum Philippi ⁊ Jacobi ſolennitate letificas; preſta q̃s, vt quorũ gaudem⁹ meritis, inſtruamur exemplis. Per.

Lectio libri Sapientie. v.

Stabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt; ⁊ qui abſtulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, ⁊ mirabuntur in ſubitatione inſperate ſalutis, dicentes intra ſe, penitentiam agentes, ⁊ pre anguſtia ſpiritus gementes. Hi ſunt, quos

aliquan-

aliquádo habuimus in deriſum, τ in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati vitam illorum eſtimabamus inſániam, τ finem illorum ſine honore. Ecce quomodo cóputati ſunt inter filios dei: τ inter ſanctos ſors illorum eſt. Alleluia. ℣. Confitebuntur celi mirabilia tua Domine: τ veritatem tuam in Eccleſia ſanctorum. Alleluia. ℣. Tanto tempore vobiſcum ſum, τ non cognouiſtis me? Philippe qui videt me, videt τ patrem meum.

Secundum Joannem. xiiij.



IN illo tépore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Non turbetur cor veſtrum. Créditis in Deum, τ in me crédite. Jn domo patris mei manſiones multę ſunt. Si quominus dixiſſem vobis: quia vado parare vobis locum. Et ſi abiero τ pręparauero vobis locum: iterum véniam τ accipiam vos ad meipſum: vt vbi ſum ego, τ vos ſitis. Et quò ego vado, ſcitis: τ viam ſcitis. Dicit ei Thomas. Domine, neſcimus quò vadis: τ quomodo póſſumus viam ſcire? Dicit ei Jeſus. Ego ſum via, veritas, τ vita. Nemo venit ad patrem, niſi per me. Si cognouiſſétis me: τ patrem meum útiq; cognouiſſétis: τ ámodo cognoſcétis eum: τ vidiſtis eum. Dicit ei Philippus. Domine, oſtende nobis patrem, τ ſufficit nobis. Dicit ei Jeſus. Tanto tempore vobiſcum ſum, τ nó cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt τ patrem meũ. Quomodo tu dicis, oſtéde nobis patré? Non credis, q; ego in patre, τ pater in me eſt? Verba quę ego loquor vobis, á meipſo non loquor. Paterauté in me manens, ipſe facit opera. Nó creditis, quia ego in pře, τ pater í me eſt? Alioquin ꝓpter opera ipſa crédite. Amen amé dico vobis, qui credit in me, opera q̃ ego facio, τ ipſe faciet, τ maiora horũ faciet: quia ego ad patré vado, τ quodcũq; petieritis in noïe meo, hoc faciam. Credo. Offer.

Confitebuntur celi mirabilia tua domine: τ veritatem tuam in eccleſia ſanctorum. Alleluia, alleluia. Secreta.

MVnera dñe quę pro apoſtolorũ tuorũ Philippi τ Jacobi ſolénitate deferimus, propitius ſuſcipe, τ mala oïa quę meremur auerte. Per. Pręfatio de Apoſtolis vel de Paſcha. Cõm.

Tanto tempore vobiſcum ſum, τ non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt τ patrem meum, alleluia: non credis quia ego in patre, τ pater in me eſt? alleluia, alleluia. Poſtcõmunio.

QVęſumus dñe ſalutaribus repleti myſtérijs: vt quorũ ſolennia celebramꝰ, eorũ orationibus adiuuemur. Per.

In feſto ſancti Athanaſij epi
ſcopi, ⁊ confeſſoris. Introitus.



N medio Ec
cleſię aperuit
os eius, ⁊ im
pleuit eū do
minus ſpiritu
ſapientię ⁊ in
tellectus, ſto
lam glorię in
duit eum. Ps. Bonum eſt confite
ri Domino, ⁊ pſallere nomini tuo Al
tiſſime. ℣. Gloria patri ⁊ fi. Oratio.

Exaudi, quęſumus domine,
preces noſtras, quas in bea
ti Athanaſij confeſſoris tui atq;
pontificis ſolénitate deferimus:
⁊ qui tibi digne meruit famula
ri, eius intercedentibus meritis,
ab omnibus nos abſolue pecca
tis. Per dominum noſtrum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apo
ſtoli ad Corinthios. v.

Fratres: Non noſmetipſos
prędicamus, ſed Ieſuȝ Chri
ſtum Dominum noſtrum: nos
autē ſeruos veſtros per Ieſum.
Quoniā Deus, qui dixit de tene
bris lucem ſplendeſcere, ipſe illu
xit in cordibus noſtris ad illumi
nationem ſcientię claritatis Dei,
in facie Chriſti Ieſu. Habemus
autem theſaurum iſtum in vaſis
fictilibus, vt ſublimitas ſit virtu
tis Dei, ⁊ non ex nobis. In om
nibus tribulationē patimur, ſed
nō anguſtiamur: aporiamur, ſed
non deſtituimur: perſecutioneȝ
patimur, ſed nō derelinquimur:
humiliamur, ſed non confundi
mur: deijcimur, ſed nō perimus:
ſemp mortificationē Ieſu Chri
ſti in corpore noſtro circunferen
tes, vt ⁊ vita Ieſu manifeſtetur in
corporibꝰ noſtris. Semp enim
nos qui viuimus, in mortem tra
dimur propter Ieſum: vt ⁊ vita
Ieſu manifeſtetur ī carne noſtra
mortali. Ergo mors ī nobis ope
ratur, vita autem in vobis. Ha
bentes autem eundem ſpiritum
fidei, ſicut ſcriptum eſt, Credidi,
propter quod locutus ſuȝ: ⁊ nos
credimus, propter quod ⁊ loqui
mur: ſcientes, quoniam qui ſuſci
tauit Ieſum, ⁊ nos cum Ieſu ſu
ſcitabit, ⁊ conſtituet vobiſcum.

Alleluia, alleluia. ℣. Tu es ſacerdos
in ęternum ſecundum ordinem Mel
chiſedech. Alleluia. ℣. Beatus vir,
qui ſuffert tentationem: q̄ñ cum proba
tus fuerit, accipiet coronam vitę. Alla.

Sequentia ſancti Euangelij ſe
cundum Mattheum. x.



In illo
tēpore:
Dixit Ie
ſus diſci
pulis ſu
is. Cum
pſequen
tur vos
ī ciuitate
iſta, fugite in aliam. Amen dico
vobis, non conſummabitis ciui
tates Iſrael, donec veniat filius
hominis. Non eſt diſcipulus ſu
per magiſtrum: nec ſeruus ſuper
domi

dominuꝫ ſuum. Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius: ⁊ ſeruo, ſicut dominus eius. Si patrē familias Beelzebub vocauerūt: quanto magis domeſticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nihil enim eſt opertum, quod non reueletur: ⁊ occultū, quod non ſciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: ⁊ quod in aure auditis, predicate ſuper tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Sed potius timete eum, qui poteſt ⁊ animam ⁊ corpus perdere in gehennaꝫ. dicit̄ Credo. **Offertorium.**

Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei, ⁊ brachium meum confortabit eum, Alleluia. **Secreta.**

Sancti Athanaſij confeſſoris tui atqꝫ pontificis, queſumus domine, annua ſolēnitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt per hęc pię placationis officia, ⁊ illuꝫ beata retributio comitetur, ⁊ nobis gratię tuę dona conciliet. Per dominum noſt. **Commu.**

Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit Dn̄s: ⁊ quod in aure auditis, predicate ſup tecta, Allīa. **Poſtcō.**

Deus fideliuꝫ remunerator animarum, preſta: vt, beati Athanaſij confeſſoris tui atqꝫ pontificis, cuius venerandam celebramus feſtiuitatem, precibus indulgentiā conſequamur. Per dominum noſtrum Ieſum.

In inuentione ſanctę Crucis. Introitus.

Nos autem gloriari oportet in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti: in quo eſt ſalus, vita, ⁊ reſurrectio noſtra: per quem ſaluati ⁊ liberati ſumus, alleluia, alleluia. **Ps.** Deꝰ miſereatur noſtri, ⁊ benedicat nobis: illūminet vultum ſuuꝫ ſuper nos, ⁊ miſereatur noſtri. **℣.** Gloria. **Oratio.**

Deus qui in preclara ſalutiferę crucis inuentione, paſſionis tuę miracula ſuſcitaſti: cōcede, vt vitalis ligni precio, ęternę vitę ſuffragia conſequamur. Qui vi. **Ad Philippenſes. ij.**

Fratres: Hoc ſentite in vobis quod ⁊ in Chriſto Ieſu: qui quum in forma Dei eſſet, nō rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe equalem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formā ſerui accipiēs: in ſimilitudinem hominuꝫ factꝰ: ⁊ habitu inuentus vt homo: humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, morteꝫ autem crucis. Propter quod ⁊ Deus exaltauit illum, ⁊ donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomē: vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cęleſtium, terreſtrium, ⁊ infernorum: ⁊ omnis lingua confiteatur: quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. **Alleluia. ℣.** Dicite in gentibus, quia dominus regnauit á ligno. **Alleluia.**

Alleluia. ℣. Dulce lignum, dulces clauos: dulcia ferens póndera: que ſola fuiſti digna ſuſtinére regem celorum ⁊ dominum.

Secundum Joannem.iii.



In illo tempore: Erat homo ex phariſeis Nicodémus nomine princeps Judeorum. Hic venit ad Jeſum nocte, ⁊ dixit ei. Rabbi, ſcimus quia a deo veniſti magiſter. Nemo enim poteſt hec ſigna facere, que tu facis: niſi fúerit Deus cum eo. Reſpondit Jeſus, ⁊ dixit ei. Amen amen dico tibi, niſi quis natus fúerit dénuo, non poteſt videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodémus. Quomodo poteſt homo naſci, quum ſit ſenex? Nunquid poteſt in ventrem matris ſue iteráto introire, ⁊ renáſci? Reſpondit Jeſus. Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fúerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto, non poteſt introíre in regnum Dei. Quod natum eſt ex carne, caro eſt: ⁊ quod natū eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Non mireris, quia ego dixi tibi, oportet vos naſci dénuo. Spiritꝰ vbi vult ſpirat: ⁊ vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat, aut quò vadat. Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu. Reſpondit Nicodémus, ⁊ dixit ei. Quomodo poſſunt hec fieri? Reſpondit Jeſus, ⁊ dixit ei. Tu es magiſter in Iſrael, ⁊ hec ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod ſcimus lóquimur, ⁊ quod vidimus teſtámur: ⁊ teſtimoniuꝫ noſtrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, ⁊ nō créditis, quomodo ſi dixero vobis celeſtia credétis? Et nemo aſcendit in celuꝫ, niſi qui deſcendit de celo, filius hominis qui eſt in celo. Et ſicut Moyſés exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filiuꝫ hominis: vt omnis qui credit in ipſum non péreat, ſed habeat vitam eternam. Credo. **Of. Offer.**

Déxtera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: non móriar ſed viuam: ⁊ narrabo opera domini; alleluia. **Secreta.**

Sacrificiuꝫ domine quod tibi immolámꝰ placátus intende: vt ab omni nos éruat bellorum nequitia: ⁊ per vexillum ſancte Crucis filij tui, ad conterendas aduerſariorum inſidias, nos in tue protectionis ſecuritate conſtituat. Per eundē. **Prefa.** Qui ſalutē humani generis. **Cōmu.**

Per ſignum crucis de inimicis noſtris libera nos deus nr̄, allā. **Poſtcōmu.**

Repléti alimónia celeſti, ⁊ ſpiritáli póculo recreáti, queſumus omnipotēs deꝰ, vt ab hoſte maligno nos defendas, quos per lignuꝫ ſancte Crucis pio filij tui cruore redemiſti. Per eun.

¶ In feſto ſanctorum martyrũ Alexandri, Euentij, Theoduli atq; Iuuenalis. omnia fiunt ſicut in cõmuni ſanctorum tempore paſchali quere fol.214. Oratio.

PReſta quęſumꝰ omnipotens Deus: vt qui ſanctorum tuorũ Alexandri, Euentij, & Theoduli, atq; Iuuenalis natalitia colimus: a cunctis malis imminentibus eoruʒ interceſſionibus liberemur. Per dominum noſtruʒ. Secre.

SUper has hoſtias domine benedictio quęſumꝰ copioſa deſcendat: quę & ſanctificationem nobis clementer operetur, & de martyrum nos ſolennitate lętificet. Per dominum. Poſtcõmu.

REfecti participatione muneris ſacri quęſumus dñe deꝰ noſter, vt quorũ exequimur cultũ, ſentiamus effectum. Per.

¶ In feſto ſancti Joannis ante portam latinam. Introitus.

PRoteriſti me deus a cõuentu malignantium, alleluia: a multitudine operantiũ iniquitatem, Allã, alleluia. Ps. Exaudi deus orationẽ meã, cum deprecor: a timore inimici eripe animam meã. V. Gloria pa. Orõ.

DEus qui cõſpicis, q nos vndiq; mala nr̃a perturbant, pręſta quęſumus, vt beati Joannis apoſtoli tui interceſſio glorioſa nos protegat. Per domi. Epiſto. Stabunt iuſti in magna conſtãtia. Require ſupra in ſanctorũ Philippi & Jacobi feſto. Al. V. Confitebuntur cęli mirabilia tua dñe: & veritatẽ tuã i eccleſia ſanctorum. Al. V. Juſtuʒ germinabit ſicut lilium: & florebit in eternum ante dñm.

Secundum Mattheum. xx.



IN illo tẽpore: Acceſſit ad Jeſuʒ mater filioruʒ Zebedei cuʒ filijs ſuis, adorãs, & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram tuã in regno tuo. Reſpondens autem Jeſus dixit. Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei. Poſſumus. Ait illis. Calicem quidem meũ bibetis: ſedere autẽ ad dexteram meã vel ad ſiniſtram, non eſt meuʒ dare vobis: ſed quibus paratũ eſt a patre meo. Credo. Offertoriuʒ.

Confitebuntur cęli mirabilia tua domine, & veritatem tuam in eccleſia ſanctorum. Alleluia, alleluia. Secreta.

MUneribus noſtris quęſumus dñe, precibuſq; ſuſceptis, & cęleſtibus nos munda myſterijs, & clementer exaudi. Per.

Pręfatio

Prȩfatio de Apoſtolis vel de Paſcha. Communio.

Letabitur iuſtus in domino, ⁊ ſperabit in eo: ⁊ laudabuntur omnes recti corde. Alleluia, alleluia. Poſtcommu.

Refecti domine pane cęleſti, ad vitam quęſumus nutriamur ęternam. Per dominū.

¶ In feſto Apparitionis ſancti Michaelis fit officium ſicut in Dedicatione eiuſdem, excepto ꝙ in fine Introitus ⁊ communionis addit Alleluia. ⁊ prętermiſſo Graduali, dn̄r duo Allā: Require in Dedicatione eiuſdē. f.199.

¶ In feſto ſancti Gregorij Nazianzeni Epiſcopi, ⁊ confeſſoris. Introitus. In medio Eccleſię. Epiſt. Iuſtus cor ſuum tradidit. Euangelium. Vos eſtis ſal terrę. Credo in vnum Deum. cętera de communi Doctorum. fo.222.

¶ Pro cōmemo. ſanctorū marty. Gordiani ⁊ Epimachi. Orō.

Da quęſumꝰ omnipotens Deus, vt qui beatorum martyrum tuorum Gordiani ⁊ Epimachi ſolénnia cólimꝰ, eorū apud te interceſſionibus adiuuemur. Per dominum noſtrum Ieſum. Secre.

Hoſtias tibi domine beatorum martyrum tuorū Gordiani ⁊ Epimachi dicatas meritis, benignus aſſume: ⁊ ad perpétuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per. Poſtcommu.

Quęſumus omnipotēs deus, vt qui cęleſtia alimenta percépimus, intercedentibus ſanctis tuis Gordiano atque Epimacho, per hęc contra omnia aduerſa muniamur. Per dominum noſtrum Ieſum Chri.

Notandum ꝙ in ſanctorum feſtiuitatibus à Paſcha vſqꝫ ad Pentecoſten dicitur vnum Alleluia. cum ſuo verſu loco Gradualis.

¶ Pro commemoratione ſanctorum martyrum Nerei ⁊ Archilei, atque Pancratij. Oratio.

Semper nos domine martyrum tuorum Nerei ⁊ Archilei, atque Pācrátij fóueat quęſumus beata ſolennitas, ⁊ tuo dignos reddat obſéquio. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit. Secreta.

Sanctorum tuorum quęſumꝰ domine Nérei ⁊ Archilei, atque Pancrátij tibi grata confeſſio, ⁊ munera noſtra cōmendet, ⁊ tuam nobis indulgentiam ſemper implóret. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum. Poſtcommu.

Quęſumus domine, vt beatorum martyrum tuorum Nérei ⁊ Archilei, atque Pancrátij deprecationibus, ſacramenta quę ſumpſimus, ad tuę nobis proficiāt placationis augmentum. Per dominum no.

¶ In

¶ In feſto ſancti Vrbani papę ⁊ marty. Si hoc feſtum venerit tempore Paſchali, fiat officium ſicut fit de ſanctis eiuſdem temporis. Si verò extra id tempus venerit, totum fit de communi vnius mart. pręter ea quę ſpecialiter aſſignantur. quęre in cómuni ſanctorum. fo.214. Introitus.

SAcerdotes tui domine induát iuſtitiaȝ: ⁊ ſancti tui exultent: propter Dauid ſeruum tuum, non auertas faciem Chriſti tui. Ps. Memento dñe Dauid: ⁊ omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria pa. Oro.

DA quęſumus omnipotens deus: vt qui beati Vrbani martyris tui, atqȝ pontificis ſolénia cólimus, eiꝰ apud te interceſſionibꝰ adiuuémur. Per. Grad.

Inuéni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meũ confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicꝰ in eo: ⁊ filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia. ℣. Memento dñe Dauid, ⁊ omnis manſuetudinis eius. Offer.

Veritas mea ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

HAec hoſtia quęſumus domine, emúndet noſtra delicta: ⁊ ad ſacrificium celebranduȝ, ſubditorum tibi corpora menteſqȝ ſanctificet. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ. Cóm.

Fidelis ſeruus ⁊ prudens: quẽ conſtituit dñs ſuper familiã ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuraȝ. Poſtcõ.

REfecti participatione muneris ſacri, quęſumus dñe deus noſter: vt cuius exéquimur cultum, ſentiamus effectũ. Per.

¶ Pro cómemo. ſanctorũ martyrũ Nicómedis ⁊ Próculi. Oro.

DEus qui nos annua beatorũ martyrum tuoruȝ Nicomédis ⁊ Próculi ſolénnitate lętificas: cócede propítius, vt quorum natalitia cólimus, virtutem quoqȝ paſſionis imitemur. Per domi. Secreta.

ACcepta ſit in cóſpectu tuo domine noſtra deuotio, ⁊ eorum nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, pro quorum ſolennitate defertur. Per. Poſtcommu.

REfecti participatione muneris ſacri, quęſumus domine Deus noſter, vt quorum exéquimur cultum, ſentiamus effectum. Per dominum no.

¶ Pro cóme. ſctórũ mar. Marcellini Petri atqȝ Eraſmi. Oro.

DEus qui nos annua beatorum martyruȝ tuorũ Marcellini, Petri, atqȝ Eraſmi ſolennitate lętificas: pręſta quęſumus, vt quoruȝ gaudemꝰ meritis, prouocemur exemplis. Per domi. Secreta.

HAec hoſtia queſumus domine, quam in ſanctorum martyrum tuorum natalitijs recenſentes offerimus, ꝛ vincula noſtrę prauitatis abſoluat, ꝛ tuę nobis miſericordię dona conciliet. Per dominuꝫ. Poſtcómu.

SAcro munere ſatiati ſupplices te domine deprecamur: vt ꝙ debitę ſeruitutis celebramus officio, ſaluationis tuę ſentiamus augmentum. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit.

¶ Pro cómemo. ſanctorũ martyruꝫ Primi, ꝛ Feliciáni. Oratio.

FAc nos queſumꝰ domine ſanctoruꝫ martyrũ tuorum Primi, ꝛ Feliciáni ſemper feſta ſectári: quorum ſuffragijs, protectionis tuę dona ſentiamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum. Secre.

FIat tibi queſumus domine hoſtia ſacranda placabilis, precioſi celebritate martyrij: quę ꝛ peccata noſtra purificet, ꝛ tuorum tibi vota conciliet famulorum. Per do. Poſtcommunio.

QVęſumus omnipotés deus, vt ſanctorum tuoruꝫ cęleſtibus myſterijs celebrata ſolénnitas, indulgentiam nobis tuę propitiationis acquirat. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtũ filium tuum, qui te.

¶ In feſto ſcti Barnabę apoſtoli. Require hoc officium in cõmuni Apoſtoloruꝫ. fol. 211. Orõ.

DEus qui beatum Bárnabam apoſtolis tuis in prędicatióe ſociaſti, ad eius nos quęſumuꝫ tribue perueníre conſortium, cuius glorioſum gaudemus celebráre triumphum. Per do. Euang. Hoc eſt preceptum meuꝫ. fo. 211. Secre.

MVnera tibi domine oblata ſanctifica, ꝛ intercedente beato Bárnaba apoſtolo tuo, nos per hęc á peccatorũ noſtrorum máculis emúnda. Per do. Prefa. de apoſtolis. Poſtcóm.

SVpplices te rogamus omnipotens Deus, vt quos tuis réficis ſacramentis, intercedente beato Barnaba apoſtolo tuo, tibi etiã plácitis moribus dignanter tribuas deſeruíre. Per do.

¶ Pro commemoratione ſanctorum martyruꝫ Baſilidis Cyríni, Naboris, ꝛ Nazarij. Oratio.

SAnctorum tuorum Baſilidis, Cyrini, Naboris, ꝛ Nazárij, q̃ſumus domine natalitia nobis votiua reſplendeant: ꝛ quod illis contulit excelléntia ſempiterna, fructibus noſtrę deuotionis accreſcat. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Secreta.

Pro ſanctorum tuorum Baſilidis, Cyrini, Naboris & Nazarij ſanguine venerando, hoſtias tibi domine ſolenniter immolamus, tua mirabilia pertractantes, per quem talis eſt perfecta victoria. Per. Poſtcommu.

Humiliter nos domine ſanctorum martyrum tuorum Baſilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij ſolennia celebrantes, preſta queſumus: vt eorum patrocinia iugiter ſentiamus. Per domi.

¶ In feſto ſancti Baſilij epiſcopi, & confeſſoris. Introitus.



In medio Eccleſię aperuit os eius, & impleuit eum dominus ſpiritu ſapientię, & intellectus: ſtolam glorię induit eum. Ps. Bonum eſt confiteri domino, & pſallere nomini tuo Altiſſime. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

Deus qui beatum Baſilium confeſſorē tuum, atque pontificem, & claritate fidei, & meritorum virtute decoraſti: concede mentibus noſtris, eius quam docuit fidei firmitatem: & eius interceſſione ęternę vitę gloriam promereri. Per domi. Epiſtola. Teſtificor corā. de cōi doc. f.222. Grad. Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipſius, & non ſupplantabuntur greſſus ei⁹. Alleluia, alleluia. ℣. Inueni Dauid ſeruū meū, oleo ſancto meo vnxi eum. Euang. Homo quidā peregre pficiſcēs. quere in natali vnius confeſſoris pontifi. fo.219. Credo. Offerto. Veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Dicatum tibi domine, munus offerimus, ſuppliciter deprecantes: vt intercedēte beato Baſilio confeſſore tuo, atque pontifice, maieſtati tuę nos reddat acceptos. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Commu. Fidelis ſeruus & prudens, quē conſtituit dn̄s ſuper familiā ſuam: vt det illis in tempore tritici menſurā. Poſtcō.

Diuino munere ſatiati queſumus domine deus noſter: vt tuo muniamur auxilio, & ſancti Baſilij confeſſoris tui, atque pontificis orationibus ſublimemur. Per dominum noſtrum.

¶ In feſto ſanctorū martyrum Viti & Modeſti atque Creſcētie.

Da eccleſię tuę quęſumus dn̄e, ſanctis tuis Vito & Modeſto, atque Creſcentia intercedentibus, ſuperbe non ſapere: ſed tibi placita humilitate proficere: vt proterua deſpiciens: quecunque matura ſunt, libera exerceat caritate. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat. Secreta.

Sicut

Sicut gloriaꝫ diuinę potentię munera pro ſanctis oblata teſtantur: ſic nobis effectum domine tuę ſaluationis impendant. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiuꝫ tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Poſtcommunio.

Refecti dñe benedictione ſolenni, queſumus, vt per interceſſionẽ ſanctorũ Viti ⁊ Modeſti, atqꝫ Creſcẽtię, medicina ſacramenti tui ⁊ corporibus noſtris proſit, ⁊ mentibus. Per dominum noſtruꝫ Jeſum Chriſtũ filium tuum, qui tecũ viuit ⁊ reg.

¶ Pro cõmemoratione ſanctorum mar. Marci ⁊ Marcelliani.

Preſta queſum⁹ oĩpotens deus: vt qui ſanctoruꝫ martyruꝫ tuorũ Marci ⁊ Marcelliani natalitia colimus, á cunctis malis imminentibus, eorũ interceſſionibus liberemur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit. Secreta.

Munera tibi domine dicata ſanctifica: ⁊ intercedẽtibus ſanctis tuis Marco ⁊ Marcelliano, per eadem nos placatus intende. Per do. Poſtcõ.

Salutaris tui domine munere ſatiati, ſupplices exoramus: vt quorum lętamur guſtu, renouemur effectu. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium.

¶ In feſto ſanctorũ martyrum Geruaſij ⁊ Protaſij. Introitus.

Loquetur dominus paceꝫ in plebẽ ſuaꝫ: ⁊ ſup ſanctos ſuos: ⁊ in eos qui cõuertuntur ad ipſuꝫ. ps. Benedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria pa. Oratio.

Deus qui nos annua ſanctorum martyruꝫ tuorũ Geruaſij ⁊ Protaſij ſolennitate lętificas: concede propitius, vt quorum gaudemus meritis, accendamur exemplis. Per. Epiſto. Qui timent dominum. fol.217.

Glorioſus deus in ſanctis ſuis, mirabilis in maieſtate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata eſt in virtute: dextera manus tua confregit inimicos. Alleluia. ℣. Hęc eſt vera fraternitas: quę vicit mundi crimina: Chriſtum ſecuta eſt inclyta, tenens regna cęleſtia. Euang. Deſcendẽs Jeſus de monte. fol.218. Offer.

Lętamini in dño, ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Oblatis queſumus dñe placare muneribꝰ: ⁊ intercedẽtibus ſanctis tuis, á cunctis nos defende periculis. Per. Cõmu.

Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum domine eſcas volatilibus cęli, carnes ſanctorum tuorum beſtijs terrę, ſecundum magnitudineꝫ brachij tui poſſide filios morti punitorum. Poſtcõmu.

Haec nos cõmunio dñe purget a crimine: ⁊ intercedentibus ſanctis tuis, cęleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominũ noſtrũ Jeſum Chriſtum.

¶ In vigilia ſancti Joannis Baptiſtę: Introitus.

Ne timeas Zacharia, exaudita eſt oratio tua, ⁊ Eliſabéth vxor tua páriet tibi filiuʒ: ⁊ vocabis nomē eius Joannem: ⁊ erit magnus coram dño: ⁊ ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex útero matris ſuę: ⁊ multi in natiuitate eius gaudebunt. Ps. Dñe in virtute tua lętabitur rex: ⁊ ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer. ℣. Gloria pa. Oratio.

Præſta quęſumus omnipotens Deus: vt familia tua per viam ſalutis incédat, ⁊ beati Joannis pręcurſoris hortamenta ſectando, ad eum quē prędixit, ſecúra peruéniat, Dñm noſtrum Jeſum Chriſtũ filiũ tuũ: Qui te.

Lectio Jeremię prophetę. j.

In diebus illis: Factum eſt verbũ dñi ad me dicēs. Priuſquã te formarem in útero, noui te, ⁊ antequã exires de vulua, ſanctificaui te: ⁊ prophetam in gentibus dedi te. Et dixi, a, a, a domine de⁹: ecce neſcio loqui: quia puer ego ſuʒ. Et dixit dñs ad me. Noli dicere, quia puer ſum: quoniã ad omnia quę mittam te ibis: ⁊ vniuerſa quę mãdáuero tibi loquēris. Ne timeas á fácie eorũ: quia ego tecum ſum: vt éruam te dicit dñs. Et miſit dñs manuʒ ſuam, ⁊ tétigit os meum: ⁊ dixit ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtitui te hódie ſuper gentes, ⁊ ſuper regna: vt euéllas ⁊ déſtruas: ⁊ diſperdas ⁊ diſſipes: ⁊ ędifices ⁊ plantes: dicit dominus omnipotens. Graduale. Fuit homo miſſus á Deo, cui nomen erat Joannes. ℣. Hic venit, vt teſtimónium perhiberet de lumine: ⁊ pararet domino plebem perfectam.

Initium ſancti Euangelij ſecundum Lucam. j.



Fuit in diebus Herodis regis Judęę ſacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abiá: ⁊ vxor eius de filiabus Aarón, ⁊ nomen eius Eliſabéth. Erant autem iuſti ambo ante dominum: incedentes in omnibus mandatis ⁊ iuſtificationibus domini ſine querēla: ⁊ non erat illis filius: eo ꝙ Eliſabéth eſſet ſtérilis: ⁊ ambo proceſſiſſent in diebus ſuis. Factum eſt autem quum ſacerdótio fungerétur Zacharías in ordine vicis ſuę ante Deũ: ſecundũ conſuetudinē ſacerdótij ſorte éxijt, vt incenſuʒ póneret, ingreſſus in tem-

plum dñi: ⁊ omnis multitudo populi erat orãs foris hora incenſi. Apparuit autem illi angelus dñi, ſtans a dextris altaris incenſi: ⁊ Zacharias turbatus eſt videns, ⁊ timor irruit ſuper eum. Ait autem ad illuꝫ angelus. Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua: ⁊ vxor tua Eliſabeth pariet tibi filium, ⁊ vocabis nomen eius Joannem: ⁊ erit tibi gaudium ⁊ exultatio: ⁊ multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magn⁹ coram dño: vinum ⁊ ſiceram nõ bibet: Et ſpiritu ſancto replebit adhuc ex utero matris ſuę: ⁊ multos filiorum Iſrael conuertet ad dñm Deum ipſorum: ⁊ ipſe precedet ante illum in ſpiritu ⁊ virtute Elię: vt conuertat corda patruꝫ in filios: ⁊ incredulos ad prudentiã iuſtorũ, parare dño plebem perfectaꝫ. **Offer.**

Gloria ⁊ honore coronaſti eum: ⁊ conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum domine. **Secreta.**

Munera domine oblata ſanctifica: ⁊ intercedente beato Joanne Baptiſta, nos per hęc a peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per domi. **Cõmu.**

Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam, ⁊ magnum decorem impones ſuper eum domine. **Poſtcõmu.**

Beati Joannis Baptiſtę nos domine preclara comitetur oratio, ⁊ quem venturuꝫ eſſe predixit, poſcat nobis fore placatuꝫ, dñm noſtrum Jeſuꝫ Chriſtum.

In Natiuitate ſancti Joannis Baptiſtę. Introitus.

De ventre matris meę vocauit me dñs noie meo: ⁊ poſuit os meuꝫ vt gladiũ acutũ: ſub tegumento manus ſuę protexit me: poſuit me quaſi ſagittam electam. **Ps.** Bonum eſt confiteri dño: ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime. **℣.** Gloria pa. **Oro.**

Deus qui preſentẽ diem, honorabilem nobis in beati Joannis natiuitate feciſti: da populis tuis, ſpiritualiũ gratiã gaudiorũ, ⁊ omniũ fideliũ mentes, dirige in viam ſalutis ęternę. Per.

Lectio Iſaię prophetę. xlix.

Haec dicit dñs deus. Audite inſulę, ⁊ attendite populi de longe. Dñs ab utero vocauit me: de ventre matris meę recordat⁹ eſt nominis mei: ⁊ poſuit os meuꝫ quaſi gladium acutũ: in vmbra manus ſuę protexit me, ⁊ poſuit me ſicut ſagittã electam. In pharetra ſua abſcondit me, ⁊ dixit mihi. Seruus meus es tu Iſrael: quia in te gloriabor. Et nunc hęc dicit dñs formãs me ex utero ſeruuꝫ ſibi. Dedi te in lucẽ gentiuꝫ: vt ſis ſalus mea vſqꝫ ad extremũ terrę: Reges videbunt, ⁊ conſurgent principes, ⁊ adorabunt dñm Deum tuũ, ⁊ ſanctum Iſrael qui elegit te. **Graduale.**

Priuſquã te formareꝫ in utero noui te: ⁊ antequã exires de ventre, ſanctificaui

te.

te. ℣. Miſit dominus manum ſuam, ⁊ tetigit os meum: ⁊ dixit mihi, Alleluia. ℣. Ne timeas Zacharia, ne timeas: quia exaudita eſt oratio tua. Alleluia. ℣. Tu puer, propheta altiſſimi vocaberis: preibis ante dn̄m parare viam eius.

Secundum Lucam.



E Liſabeth impletum eſt temp⁹ pariendi: ⁊ peperit filiū: ⁊ audierūt vicini ⁊ cognati eius, quia magnificauit dominus miſericordiā ſuam cum illa: ⁊ cōgratulabantur ei. Et factū eſt, in die octauo venerūt circumcidere puerum: ⁊ vocabant eum nomine patris ſui Zachariam: ⁊ reſpondēs mater eius dixit. Nequaquā: ſed vocabitur Joānes. Et dixerunt ad illam: quia nemo eſt i cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebant autē patri eius, quem vellet vocari eum: ⁊ poſtulās pugillarem ſcripſit dicens: Joannes eſt nomen eius: ⁊ mirati ſunt vniuerſi. Apertum eſt autem ilico os eius, ⁊ lingua eius, ⁊ loquebatur benedicens Deū. Et factus eſt timor ſuper omnes vicinos eorū: ⁊ ſuper omnia montana Judee diuulgabantur omnia verba hec. Et poſuerunt omnes qui audierāt in corde ſuo dicentes. Quiſputas puer iſte erit? M. M. Etenim manus dn̄i erat cum illo. Et Zacharias pater ei⁹ implet⁹ eſt ſpū ſancto: ⁊ prophetauit dicēs. Benedictus dn̄s de⁹ Iſrael: quia viſitauit, ⁊ fecit redemptionē plebis ſue. Et non dicitur Credo: niſi hoc feſtum venerit in dn̄ica. Sed bene dicitur in octa. eiuſdē propter octa. apoſtolorū. Offer. Juſtus vt palma florebit: ſicut cedrus que in libano eſt, multiplicabitur. Secre. Tua nos domine munerib⁹ altaria cumulam⁹: illius natiuitatē honore debito celebrantes, qui Saluatorem mundi ⁊ cecinit affuturum, ⁊ adeſſe monſtrauit, dn̄m noſtrum Jeſum Chriſtum filiū tuum. Qui te. Cōmu. Tu puer, propheta altiſſimi vocaberis: preibis enim ante dominum parare vias eius. Poſtcommunio. Sumat eccleſia tua deus beati Joānis Baptiſte generatione letitiā: p quē ſue regenerationis cognouit auctorē, dn̄m noſtrum Jeſum Chriſtū filiū tuū. Qui te. Infra octa. ⁊ ipſa die octaue, fit idem officium ſicut in die feſti.

In feſto ſanctorū martyrum Joannis, ⁊ Pauli. Introitus.



Multe tribulationes iuſtorum, ⁊ de omnib⁹ his liberauit eos dominus: dominus cuſtodit oia oſſa eorū: vnum ex his nō conteretur. Ps.

Benedicam dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri ꝛ filio ꝛ ſpiritui. Oratio.

Quęſumus oīpotens deus: vt nos geminata lętitia hodiernę feſtiuitatis excipiat: quę de beatoꝛuꝫ martyrū Joannis, ꝛ Pauli gloꝛificatione pꝛocédit: quos eádem fides, ꝛ paſſio, veré fecit eſſe germanos. Per domi. Epiſt. Hi ſunt viri miſericoꝛdię. vt in octaua apoſtoloꝛuꝫ Petri, ꝛ Pauli. fol. 220. Graduale.

Ecce quā bonū ꝛ quam iucundū habitare fratres in vnū. ℣. Sicut vnguentū in capite, quod deſcēdit in barbā, barbā Aarón. Alla. ℣. Hęc eſt vera fraternitas, quę vicit mūdi crímina: Chꝛiſtū ſecuta eſt ínclyta, tenens regna cęleſtia. Euangeliū. Atténdite á fermento phariſęoꝛū. Require in cōmuni plurimoꝛū marty. f. 221. Offer.

Gloꝛiabuntur in te omnes qui diligūt nomen tuum: quoniam tu domine benedices iuſto: domine vt ſcuto bonę voluntatis tuę coꝛonaſti nos. Secre.

Hoſtias tibi domine ſanctórum martyrū tuoꝛū Joannis ꝛ Pauli dicatas meritis, benignus aſſúme, ꝛ ad perpétuum nobis tribue pꝛouenire ſubſídiū. Per dominū noſtrum. Comu.

Et ſi coꝛam hominibus toꝛmenta páſſi ſunt: deus tentauit eos: tanquā aurum in foꝛnace pꝛobauit eos: ꝛ quaſi holocauſta accepit illos. Poſtcommu.

Sumpſimus domine ſanctoꝛū tuoꝛum Joannis ꝛ Pauli ſolénnia celebꝛantes, ſacraméta cęleſtia: pꝛęſta quęſumus: vt quod tempoꝛaliter gérimus, ęternis gaudijs conſequamur. Per do.

¶ In feſto ſancti Leonis ſecundi Papę ꝛ confeſſoꝛis. Oratio.

Deus qui beatum Leonem pontificem tuuꝫ, ſanctorum tuoꝛuꝫ meritis coęquaſti: cōcede pꝛopitius: vt qui cōmemoꝛationis eius feſta percólimus, vitę quoqꝫ imitemur exempla. Per do. Secre.

Annue nobis dñe quęſum᷒, vt interceſſione beati Leonis hęc nobis pꝛoſit oblátio: quā immolādo, totius mūdi tribuiſti relaxári delicta. Per. Poſtcom.

Deus qui animę famuli tui Leonis ęternę beatitudinis pꝛęmia cōtuliſti: cōcede pꝛopitius: vt qui peccatoꝛū noſtroꝛū póndere pꝛemimur, eius ápud te pꝛecibus ſubleuémur. Per.

¶ In vigilia ſctoꝛū apoſtoloꝛū Petri ꝛ Pauli Miſſa dicitur de vigilia cuꝫ cōmemoꝛatione octauę ſcti Joánis Baptiſtę. Introi.

Dicit domin᷒ Petro: quum eſſes iunioꝛ, cingébas te, ꝛ ambulábas quó volebas. Quum auteꝫ ſenueris, extendes manus tuas: ꝛ alius te cinget, ꝛ ducet quó tu nō vis. Hoc auteꝫ dixit, ſignificans qua moꝛte clarificatur᷒ eſſet deū.

Ps.

Ps. Celi enarrant gloriam Dei: ⁊ opera manuum eius annuntiat firmamentum. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

PReſta quęſumus omnipotens Deꝰ: vt nullis nos permittas perturbationibus concuti, quos in apoſtolicę confeſſionis petra ſolidaſti. Per domi.

Lectio Actuum Apoſtolorũ. iij.

IN diebus illis: Petrꝰ ⁊ Joannes aſcendebant in templum ad horã orationis nonam: ⁊ quidam vir, qui erat claudus ex vtero matris ſuę, baiulabatur: quem ponebãt quotidie ad portã templi quę dicitur ſpecioſa: vt péteret eleemóſynam ab introeuntibus in templũ. Is quum vidiſſet Petrũ ⁊ Joannẽ incipientes introire in templum: rogabat vt eleemóſynã acciperet. Intuens aũt in eũ Petrus cũ Joanne, dixit. Réſpice in nos. At ille intendebat in eos, ſperans ſe aliquid accepturũ ab eis. Petrus aũt dixit. Argentũ ⁊ aurũ non eſt mihi: quod autem habeo, hoc do tibi. In nomine Jeſu Chriſti Nazaréni ſurge ⁊ ámbula. Et apprehẽſa manu eiꝰ dextera, alleuauit eũ: ⁊ prótinus cõſolidátę ſunt baſes eiꝰ, ⁊ plantę: ⁊ exiliens ſtetit, ⁊ ambulabat: ⁊ intrauit cũ illis in templũ, ámbulãs, ⁊ exiliens, ⁊ laudãs Deũ: ⁊ vidit omnis populus eũ ambulantẽ, ⁊ laudantẽ Deum. Cognoſcebãt aũt illum: q̃m ipſe erat qui ad eleemóſynã ſedebat, ad ſpecioſã portã templi. Et re-

M.M.

pleti ſunt oẽs timore ⁊ éxtaſi, in eo quod contigerat illi. Grad. IN omnẽ terrã exiuit ſonus eorum: ⁊ in fines orbis terrę verba eorũ. ℣. Celi enarrant gloriam Dei: ⁊ opera manuum eius annuntiat firmamentum.

Secundum Joannem. xxi.



IN illo tempore: Dixit Jeſus Simoni Petro. Simon Joannis, diligis me plus his? Dixit ei. Etiam dñe: tu ſcis, quia amo te. Dicit ei. Paſce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon Joannis, diligis me? Ait illi. Etiam domine: tu ſcis, q̃ amo te. Dicit ei. Paſce agnos meos. Dicit ei tertió. Simon Joannis, amas me? Contriſtatus eſt Petrus: quia dixit ei tertio, amas me? ⁊ dicit ei. Domine, tu omnia noſti: tu ſcis, quia amo te. Dicit ei. Paſce oues meas. Amen amen dico tibi: quum eſſes iunior, cingébas te, ⁊ ambulabas quó volebas. Quum autem ſenueris, extendes manus tuas: ⁊ álius te cinget, ⁊ ducet quó tu non vis. Hoc autem dixit, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum. Offerto. Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Secreta.

Aa iij Munus

M Unus populi tui domine queſumus apoſtolica interceſſione ſanctifica: noſqꝫ a peccatorūꝫ noſtrorū maculis emunda. Per dominum no. Cōmu.

S imon Joannis diligis me plus his: domine tu omnia noſti: tu ſcis, quia amo te. Poſtcommunio.

Q Uos cęleſti domine alimēto ſatiaſti: apoſtolicis interceſſionibus ab omni aduerſitate cuſtodi. Per dominuꝫ noſtrum Jeſum Chriſtuꝫ filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus.

¶ In feſto Apoſtolorum Petri ⁊ Pauli. Introitus.



N Unc ſcio vere quia miſit dominus angelum ſuum: ⁊ eripuit me de manu Herodis, et de omni expectatione plebis Judęorum. Ps. Et Petr⁹ ad ſe reuerſus dixit. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat. Oratio.

D Eus qui hodiernam diem apoſtolorum tuorum Petri ⁊ Pauli martyrio conſecraſti: da eccleſię tuę eorum in omnibus ſequi prędeceptū, per quos religionis ſumpſit exordium. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiū tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus.

Et nō fit cōmemoratio de ſancto Paulo: quia oratio cōmunis eſt. Hac die ⁊ ſequenti non fit commemoratio de ſancto Joanne. Lectio Actuum Apoſtolorū. xij.

I N diebus illis: Miſit Herōdes rex manus: vt affligeret quoſdam de eccleſia. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio. Videns autē quia placeret Judęis, appoſuit apprehendere ⁊ Petrum. Erant autē dies azymorum. Quem quum apprehendiſſet, miſit in carcerem: tradens quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum: volens poſt Paſcha producere eum populo. Et Petrus quidē ſeruabatur in carcere: oratio autē fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad Deū, pro eo. Quum autē producturus eum eſſet Herodes: in ipſa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus, ⁊ cuſtodes ante oſtiū cuſtodiebant carcerem. Et ecce angelus domini aſtitit, ⁊ lumen refulſit in habitaculo, percuſſoqꝫ latere Petri excitauit eū dicens: ſurge velociter: ⁊ ceciderunt catenę de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum. Pręcingere, ⁊ calcia te caligas tuas. Et fecit ſic: ⁊ dixit illi. Circunda tibi veſtimentum tuum, ⁊ ſequere me. Et exiens, ſequebatur eum: ⁊ neſciebat, quia verum eſt, quod fiebat per angeluꝫ. Exiſtimabat autem, ſe viſum videre. Tranſeuntes

tes autem primam, ⁊ ſecundã cuſtodiam, venerunt ad portã ferream, quę ducit ad ciuitatē, quę vltro aperta eſt eis. Et exeuntes, proceſſerunt vicum vnum: ⁊ continuo diſceſſit angelus ab eo: ⁊ Petrus ad ſe reuerſus, dixit. Nunc ſcio vere, quia miſit dñs angelũ ſuum, ⁊ eripuit me de manu Herodis, ⁊ de omni expectatione plebis Iudęorum. Grad.

Conſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi cõfitebuntur tibi. Alleluia. ℣. Tu es Petrus: ⁊ ſuper hanc petrã ędificabo eccleſiam meam.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. xvi.



In illo tempore: Venit Ieſus in partes Cęſareę Philippi, ⁊ interrogabat diſcipulos ſuos dicẽs. Quem dicunt homines eſſe filium hominis? At illi dixerunt. Alij Ioannem Baptiſtam: alij autem Eliam: alij vero Ieremiam, aut vnũ ex prophetis. Dicit illis Ieſus. Vos autem, quẽ me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petr⁹ dixit. Tu es Chriſt⁹ filius Dei viui. Reſpondens autem Ieſus, dixit ei. Beatus es Simon Bar Iona, quia caro ⁊ ſanguis non reuelauit tibi: ſed pater meus qui eſt in cęlis. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, ⁊ ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam: ⁊ portę inferi non prȩualebunt aduerſus eam: ⁊ tibi dabo claues regni cęlorum: ⁊ quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum ⁊ in cęlis: ⁊ quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum ⁊ in cęlis. Credo in vnum Deum. Offer.

Conſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui domine in omni progenie ⁊ generatione. Secreta.

Hoſtias domine, quas nomini tuo ſacrandas offerimus, apoſtolica proſequatur oratio: per quã nos expiari tribuas ⁊ defendi. Per dominũ noſtrũ.

Prȩfatio de apoſtolis, ⁊ dicitur etiam infra octa. Communio.

Tu es Petrus: ⁊ ſuper hanc petrã ędificabo eccleſiaʒ meam. Poſtcõmu.

Quos cęleſti domine alimento ſatiaſti: apoſtolicis interceſſionibus, ab omni aduerſitate cuſtodi. Per dominum no.

¶ In commemoratione ſancti Pauli Apoſtoli. Introitus.

Scio cui credidi: ⁊ certus ſũ, q̃a potẽs eſt depoſitũ meũ ſeruare in illũ diem iuſt⁹ iudex. Ps. Dñe probaſti me, ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, ⁊ reſurrectionem meam. ℣.

℣. Gloria patri ꝛ filio ꝛ ſpiri. Oratio.

Deus qui multitudinē gentium, beati Pauli apoſtoli pdicatione docuiſti: da nobis qs vt cuiꝰ natalitia colimꝰ, eiꝰ apud te patrocinia ſentiamꝰ. Per do.

Et fit cōme. de ſctō Petro. Oīo.

Deus qui beato Petro apoſtolo tuo collátis cláuibus regni cęleſtis, animas ligádi atqȝ ſoluendi pontificium tradidiſti: concede, vt interceſſionis eius auxilio, á peccatorum noſtrorum nexibus liberemur. Qui viuis.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Gálatas. j.

Fratres: Notum vobis facio euangelium, quod euangelizatum eſt á me: quia non eſt ſecundum hominem. Neqȝ enim ego ab homine accepi illud, neqȝ dídici: ſed per reuelationem Jeſu Chriſti. Audiſtis enim cōuerſationem meam aliquádo in Judaiſmo: quoniam ſupra modum perſequebar eccleſiam Dei: ꝛ expugnabam illam, ꝛ proficiebam in Judaiſmo ſupra multos coetáneos meos in génere meo: abundántius ęmulátor exíſtens paternarum mearū traditionū. Quum autem plácuit ei qui me ſegregauit ex útero matris meę, ꝛ vocauit per gratiam ſuam: vt reuelaret filium ſuum in me: vt euangelizarem illum in gentibus: continuo non acquieui carni ꝛ ſanguini: neqȝ veni Jeroſólymam ad anteceſſores meos apóſtolos: ſed ábij in Arábiam, ꝛ iterum reuerſus ſum Damáſcū. Deinde poſt annos tres veni Jeroſólymam vidére Petrum, ꝛ manſi apud eum dies quindecim. Alium autem apoſtolorum vidi néminem, niſi Jacobum fratrem dñi. Quę autem ſcribo vobis: ecce coram Deo, quia non méntior. Grad.

Qui operatus eſt Petro in apoſtolatum: operatus eſt ꝛ mihi inter gentes, ꝛ cognouerunt gratiam Dei, quę data eſt mihi. ℣. Gratia Dei in me vácua non fuit: ſed gratia eius ſémper in me manet. Alleluia. ℣. Sancte Paule apoſtole prędicator veritatis ꝛ doctor gentium, intercede pro nobis.

Secundum Matthęum. xix.



In illo tépore: Dixit Simon Petrꝰ ad Jeſum. Ecce nos relíquimus omnia, ꝛ ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Jeſus autem dixit illis. Amen dico vobis: ꝙ vos qui ſecuti eſtis me: in regeneratione quum ſéderit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę, ſedébitis ꝛ vos ſuper ſedes duódecim, iudicantes duódecim tribus Jſrael. Et oīs qui relíquerit domū, vel fratres, aut ſorores, aut patrē, aut matrem, aut vxorē, aut filios, aut agros propter nomē meū, céntuplum

tuplum accipiet, ꝛ vitam ęternaꝫ poſſidebit. Credo. Offertoriū. Mihi autē nimis honorificati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Secreta.


Apoſtoli tui Pauli precibus domine, plebis tuę dona ſanctifica: vt quę tibi tuo grata ſunt inſtituto, gratiora fiant patrocinio ſupplicantis. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, ꝛ regnat in vnitate. Alia ſecreta.

Eccleſię tuę quęſumus domine preces ꝛ hoſtias, beati Petri apoſtoli tui commendet oratio: vt quod pro illius gloria celebramus, nobis proſit ad veniaꝫ. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium. Communio. Amen dico vobis: qꝫ vos qui reliquiſtis omnia, ꝛ ſecuti eſtis me: centuplum accipietis: ꝛ vitam ęternam poſſidebitis. Poſtcommunio.

Sanctificati Domine ſalutari myſterio, quęſumus, vt pro nobis eius non deſit oratio, cuius nos donaſti patrocinio gubernari. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuuꝫ, qui tecum vi. Item poſtcommunio.

Laetificet nos Domine munus oblatum: vt ſicut in apoſtolo tuo Petro te mirabilē predicamus: ſic per illum tuę ſumamus indulgentię largitatē. Per dominum noſtrum Jeſuꝫ Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate ſpiritus.

¶ In feſto Viſitationis glorioſiſſimę Virginis Marię ad Eliſabeth. Introitus.



Gaudeamus omnes in domino diem feſtum celebrātes ſub honore beatiſſimę Marię Virginis: de cuius Viſitatione gaudent angeli, ꝛ collaudant filium Dei. Ps. Eructauit cor meū verbum bonuꝫ: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, ꝛ filio. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus, qui ex abundātia charitatis, beatam Mariam tuo filio ſecundatam, ad ſalutationem Eliſabéth inſpiraſti: preſta q̄ſumus: vt per eius Viſitationem donis cęleſtibus repleamur. Per eun.

Lectio libri Sapientię. ij.

Ecce iſte venit ſaliens in mōtibus, tranſiliens colles. Similis eſt dilectus meus capreę, hinnuloque ceruorum. En ipſe ſtat poſt parietem noſtruꝫ, reſpiciens

ciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi. Surge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, ⁊ veni. Jam enim hyems tranſijt, imber abijt, ⁊ receſſit, flores apparuerunt in terra noſtra, tẽpus putationis aduenit. Vox turturis audita eſt in terra noſtra, ficus protulit groſſos ſuos, vineę florentes dederunt odorẽ ſuum. Surge propera amica mea, ſpecioſa mea, ⁊ veni: columba mea in foraminibus petrę, in cauerna macerię, oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, ⁊ facies tua decora. Graduale.

Benedicta ⁊ venerabilis es virgo Maria, quę ſine tactu pudoris inuenta es mater Saluatoris. ℣. Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Alleluia. ℣. In Maria benignitas per ſecula commendatur: dum viſitans Eliſabeth vt ſubdita parabatur.

Secundum Lucam. j.



In illo tempore: Exurgens Maria abijt i montana cum feſtinatiõe in ciuitatẽ Juda, ⁊ intrauit in domũ Zacharię, ⁊ ſalutauit Eliſabeth. Et factũ eſt vt audiuit ſalutationem Marię Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius. Et repleta eſt ſpiritu ſctõ Eliſabeth, ⁊ exclamauit voce magna ⁊ dixit. Benedicta tu inter mulieres, ⁊ benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuę in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata quę credidiſti, quoniam perficientur ea quę dicta ſunt tibi a domino. Et ait Maria. Magnificat anima mea dominum: ⁊ exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo. Credo in vnum Deum. Offer. Filię regum in honore tuo: aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate. Secreta.

Omnipotẽs ſempiterne deus, qui curam de omnibus in te confidentibus ſemper habes, preſta queſumus: vt per oblationem quam tibi offerimus, Viſitationem ſpiritualem beatę Marię virginis in noſtris neceſſitatibus ſentiamus. Per dominum noſtrũ Jeſum. Cõmunio. Beata viſcera Marię virginis, quę portauerunt ęterni patris filium. Poſtcõ.

Omnipotẽs ſempiterne deus, qui commemorationẽ Viſitationis beatę Marię matris Dei fieri voluiſti, preſta queſumus, vt per hoc ſacrificium quod ſumpſimus, ab eiuſdem Viſitationis gratia nullatenus excidamus. Per eundem dominum.

¶ Pro

¶ Pro commemoratione ſanctorum martyrum Proceſſi ꝛ Martiniani. Oratio.

Deus qui nos ſanctoruꝫ martyrū tuorum Proceſſi ꝛ Martiniani glorioſis confeſſionibus circundas ꝛ protegis, da nobis ꝛ eoruꝫ imitatione proficere, ꝛ interceſſione gaudere. Per do. Secre.

Suſcipe domine preces ꝛ munera noſtra, quę vt tuo ſint digna conſpectu, ſanctorum tuorū precibus adiuuemur. Per dominum noſtrum. Poſtcōmunio.

Corporis ſacri ꝛ precioſi ſanguinis repleti libamine, quęſumus domine deus noſter, vt quod pia deuotione gerim⁹, certa redemptione capiamus. Per.

¶ In octaua apoſtolorum Petri ꝛ Pauli. Introitus.

Sapientiā ſanctorum narrent populi, ꝛ laudes eoruꝫ nuntiet eccleſia: nomina autē eorum viuent in ſeculum ſeculi. Ps. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. V. Gloria patri ꝛ filio ꝛ ſpiri. Oratio.

Deus cuius dextera beatuꝫ Petrum ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit, ꝛ coapoſtolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit, exaudi nos propitius ꝛ concede, vt amborum meritis ęternitatis gloriam conſequamur. Qui viuis, ꝛ regnas.

Lectio libri Sapientię, xliiij.

Hi ſunt viri miſericordię: quorum iuſtitię obliuionē non acceperunt. Cuꝫ ſemine eoruꝫ permanent bona: hereditas ſancta nepotes eoruꝫ. Et in teſtamentis ſtetit ſemen eorum: ꝛ filij eorum propter eos in ęternum manent. Generatio eoruꝫ, ꝛ gloria eorum non derelinquetur. Corpora eorum in pace ſepulta ſunt: ꝛ nomina eorum viuent in ſecula. Sapientiam eorum narrent omnes populi: ꝛ laudeꝫ eorum pronuntiet omnis eccleſia ſanctorum. Graduale. Iuſtoruꝫ animę in manu Dei ſunt: ꝛ non tanget illos tormentum malitię. V. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autēꝫ ſunt in pace. Alleluia. V. Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis: ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat.

Secundum Mattheum, xiiij.




In illo tempore: Iuſſit Jeſus diſcipulos ſuos aſcēdere in nauiculam: ꝛ precedere eum trāſ fretum donec dimitteret turbas. Et dimiſſa turba aſcendit in montem ſoluꝫ orare. Veſpere autem facto, ſolus erat ibi. Nauicula au-

la autem in medio mari iactaba-
tur fluctibus, erat enim contra-
rius ventus. Quarta autem vigi-
lia noctis venit ad eos, ambulãs
ſupra mare: ⁊ videntes eum ſu-
pra mare ambulantem, turbati
ſunt, dicentes, quia phantaſma
eſt: ⁊ prę timore clamauerunt, ſta-
timq; Jeſus locutus eſt eis di-
cens. Habete fiduciã: ego ſum,
nolite timere. Reſpondens au-
tem Petrus dixit. Domine ſi tu
es, iube me venire ad te ſuper
aquas. At ipſe ait. Veni. Et de-
ſcendens Petrus de nauicula
ambulabat ſuper aquam, vt ve-
niret ad Jeſum. Videns verò
ventum validum, timuit: ⁊ cum
cepiſſet mergi, clamauit dicens:
domine ſaluum me fac: ⁊ conti-
nuò extendens Jeſus manum
apprehendit eum, ⁊ ait illi. Mo-
dicę fidei, quare dubitaſti? Et
quum aſcendiſſet in nauiculam,
ceſſauit ventus. Qui autem in
nauicula erant, venerũt, ⁊ adora-
uerunt eum dicentes. Verè filius
Dei es. Credo. Offertorium.
Exultabunt ſancti in gloria: lętabuntur
in cubilibus ſuis: exultationes Dei
in faucibus eorum. Secreta.
Oblatis tibi domine pre-
ces ⁊ munera, quę vt tuo
ſint digna conſpectu, apoſtolo-
rum tuorũ Petri ⁊ Pauli preci-
bus adiuuemur. Per. Comu.
Iuſtorum animę in manu Dei ſunt: ⁊
non tanget illos tormentum malitię,
viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi
autem ſunt in pace. Poſtcommu.
Protege domine populum
tuum, ⁊ Apoſtolorum tuo-
rum Petri ⁊ Pauli patrocinio
confidentem, perpetua defenſio-
ne conſerua. Per dominum no.
¶ Pro commemoratione ſan-
ctorum martyrum Septem fra-
trum, ⁊ ſanctarum Rufinę ⁊ Se-
cundę virginis ⁊ marty. Oratio.
Reſta quęſumꝰ
omnipotens de-
us: vt qui glorio-
ſos martyres, for-
tes in ſua confeſ-
ſione cognoui-
mus, pios apud te in noſtra inter-
ceſſione ſentiamus. Per. Secr.
Sacrificijs preſentibus quęſu-
mus domine intende placa-
tus: ⁊ intercedentibus ſanctis
tuis, deuotioni noſtrę proficiant
⁊ ſaluti. Per dominũ. Poſtcõ.
Quęſumꝰ omnipotens de-
us: vt intercedentibus ſan-
ctis tuis, illius ſalutaris
capiamus effectum, cuius per
hęc myſteria pignus accepimus.
Per dominum noſtrum Jeſum.
¶ Pro comemora. ſanctorum
marty. Naboris ⁊ Felicis. Orõ.
Reſta quęſumꝰ do-
mine, vt ſicut nos
ſanctorũ martyrũ
tuorum Naboris, ⁊
Felicis natalitia ce-
lebranda non deſerunt, ita iugi-
ter ſuffragijs comitentur. Per
dominum noſtrum. Secreta.
Mune-

Munera plebis tuę queſumus domine, ſanctorum martyrum tuorũ Naboris ⁊ Felicis fiant grata ſuffragijs: ⁊ quorum triumphis tuo nomini offeruntur, ipſorum digna perficiantur ⁊ meritis. Per. Poſtcõmu.

Natalitijs ſanctorum tuorũ queſumus domine, ⁊ ſacramenti munere vegetati, bonis quibus per tuam gratiam nunc fouemur, perfruamur eternis. Per dominum noſtrum.

¶ In feſto ſanctę Marię Magdalenę. Introitus.



É expectauerunt peccatores, vt perderent me: teſtimonia tua dñe intellexi: omnis conſummationis vidi finem, latum mandatũ tuũ nimis. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui. Oratio.

Beatę Marię Magdalenę queſumus domine ſuffragiis adiuuemur, cuius precibus exoratus, quatriduanum fratrẽ Lazarum viuum ab inferis ſuſcitaſti. Qui viuis ⁊ regnas cum. Lectio libri Sapiẽtię. xxxi. puer.

Mulierem fortem quis inueniet? Procul ⁊ de vltimis finibus precium eius. Confidit in ea cor viri ſui, ⁊ ſpolijs non indigebit. Reddet ei bonũ ⁊ non malũ, omnibus diebus vitę ſuę. Queſiuit lanam ⁊ linum, ⁊ operata eſt conſilio manuum ſuarum. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longe portans panem ſuum: ⁊ de nocte ſurrexit, deditq; predã domeſticis ſuis, ⁊ cibaria ancillis ſuis. Conſyderauit agrũ, ⁊ emit eum: de fructu manuum ſuarum plantauit vineam. Accinxit fortitudine lumbos ſuos, ⁊ roborauit brachium ſuum. Guſtauit ⁊ vidit quia bona eſt negociatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum ſuam miſit ad fortia, ⁊ digiti eius apprehenderunt fuſum. Manum ſuã aperuit inopi, ⁊ palmas ſuas extendit ad pauperem. Non timebit domui ſuę a frigoribus niuis. Omnes enim domeſtici eius, veſtiti ſunt duplicibus. Stragulatam veſtẽ fecit ſibi: byſſus ⁊ purpura indumentum eius. Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum ſenatoribus terrę. Sindonem fecit ⁊ vendidit, ⁊ cingulum tradidit Chananeo. Fortitudo ⁊ decor indumentũ eius: ⁊ ridebit in die nouiſſimo. Os ſuum aperuit ſapientię: ⁊ lex clementię in lingua eius. Conſyderauit ſemitas domus ſuę, ⁊ panẽ ocioſa nõ comedit. Surrexerũt filij eius, ⁊ beatiſſimam predicauerunt: vir eius, ⁊ laudauit eam. Multę filię congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Fallax gratia, ⁊ vana eſt pulchritu-

chritudo: mulier timens dñm ipſa laudabitur. Date ei de fructu manuum ſuarum: ⁊ laudent eam in portis opera eius. Graduale. Dilexiſti iuſtitiam, ⁊ odiſti iniquitatem, ℣. Propterea vnxit te deus, deus tuus, oleo letitie. Alleluia. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum.

Secundum Lucam. vij.



In illo tempore: Rogabat Jeſum quidam phariſeus, vt manducaret cum illo: ⁊ ingreſſus domum phariſei diſcubuit. Et ecce, mulier que erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod Jeſus accubuit in domo phariſei, attulit alabaſtrum vnguenti: ⁊ ſtans retro ſecus pedes eius, lachrymis cepit rigare pedes eius, ⁊ capillis capitis ſui tergebat, ⁊ oſculabatur pedes eius: ⁊ vnguento vngebat. Videns autem phariſeus qui vocauerat eum, ait intra ſe dicens. Hic ſi eſſet propheta, sciret vtiq; que ⁊ qualis eſſet mulier que tangit eum, quia peccatrix eſt. Et reſpondens Jeſus, dixit ad illum. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magiſter dic. Duo debitores erant cuidam feneratori: vnus debebat denarios quingentos, ⁊ alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtriq;. Quis ergo eum plus diligit? Reſpondens Simon dixit. Aeſtimo, quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicaſti. Et conuerſus ad mulierem, dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti: hec autem lachrymis rigauit pedes meos, ⁊ capillis ſuis terſit. Oſculum mihi non dediſti: hec autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti, hec autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt qui ſimul accumbebant dicere intra ſe. Quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te ſaluam fecit, vade in pace. Credo. Offer. Filie regum in honore tuo: aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate. Secreta.

Munera noſtra queſumus dñe, beate Marie Magdalene glorioſa merita tibi reddant accepta: cuius oblationis obſequium vnigenitus filius tuus clementer ſuſcepit impenſum. Qui tecum viuit ⁊ reg. Com̃u. Feci iudicium ⁊ iuſtitiam domine: nõ calumnientur mihi ſuperbi: ad omnia mandata

mandata tua dirigebar: omnem viam iniquitatis odio habui. Poſtcōmu.

Sumpto queſumus domine, unico ac ſalutari remedio, corpore ſcilicet ⁊ precioſo ſanguine tuo, ab omnibus malis ſanctę Marię Magdalenę patrocinijs eruamur. Qui viuis ⁊ regnas.

¶ In feſto ſancti Apollinaris epiſcopi ⁊ martyris. Introitus.

Sacerdotes dei benedicite dominū: ſcti ⁊ humiles corde laudate deum. Ps. Bñdicite oia opera domini dño: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. ℣. Gloria. Oratio.

Deus fideliū remunerator animarū, quiq́ hunc diē beati Apollinaris ſacerdotis tui martyrio cōſecraſti: tribue queſumus nobis famulis tuis, vt cuius venerandam celebramus feſtiuitatem, precibus eius indulgentiā conſequamur. Per dominum noſtrum Jeſum Chri.

Lectio libri Sapientię.xxxi.

Beatus vir qui inuentus eſt ſine macula: ⁊ qui poſt aurū nō abijt, nec ſperauit in pecunię theſauris. Quis eſt hic, ⁊ laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua. Qui probat⁹ eſt in illo, ⁊ pfectus inuentus eſt: ⁊ erit illi gloria ęterna. Qui potuit trāſgredi, ⁊ non eſt tranſgreſſus, facere mala, ⁊ non fecit. Ideo ſtabilita ſunt bona illius in domino, ⁊ eleemoſynas illius enarrabit omnis eccleſia ſanctorū. Gradua.

Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei, ⁊ brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia. ℣. Jurauit dñs ⁊ non pēnitebit eum: tu es ſacerdos in ęternū ſecundum ordinem Melchiſedec.

Secundum Lucam.xxij.



In illo tempore: Facta eſt cōtentio inter diſcipulos quis eorum videretur eſſe maior. Dixit autem eis Jeſus. Reges gentiū dominantur eorum: ⁊ qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. Vos autem non ſic: ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor: ⁊ qui preceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat. Vos autem eſtis, qui permanſiſtis mecū in tentationibus meis: ⁊ ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis ⁊ bibatis ſuper menſam meam in regno meo: ⁊ ſedeatis ſuper thronos, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Offerto.

Veritas

Ueritas mea ⁊ misericordia mea cum ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. **Secreta.**

R Espice domine propitius super hec munera, que pro beati sacerdotis ⁊ martyris tui Apollinaris cõmemoratione deferimus, ⁊ pro nostris offensionibus immolamus. Per. **Cõmu.**

Domine quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum: euge serue fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium dñi tui. **Postcõm.**

T Ua sancta sumentes quesumus domine vt beati Apollinaris nos foueant continuata presidia: quia non desinis propitius intueri, quos talibꝰ auxilijs concesseris adiuuari. Per do.

In festo sancti Jacobi Apostoli. Introitus.



Mihi autẽ nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorũ. **Ps.** Dñe probasti me, ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam ⁊ resurrectionem meam. ℣. Gloria patri ⁊ filio. **Oro.**

E Sto domine plebi tue sanctificator ⁊ custos, vt apostoli tui Jacobi munita presidijs, ⁊ conuersatione tibi placeat, ⁊ secura mente deseruiat. Per dominum nostrum Jesũ Christum.

Ad Ephesios. j.

F Ratres, Benedictus deus, ⁊ pater dñi nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibꝰ in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionẽ, vt essemus sancti ⁊ immaculati in conspectu eius in caritate. Qui predestinauit nos in adoptionẽ filiorum per Jesum Christũ in ipsum: secundum propositũ voluntatis sue, in laudẽ glorie gratie sue: in qua gratificauit nos in dilecto filio suo: in quo habemꝰ redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, secundũ diuitias gratie eius, que superabundauit in nobis. **Gra.**

In omnẽ terrã exiuit sonus eorũ: ⁊ in fines orbis terre verba eorum. ℣. Celi enarrãt gloriã dei: ⁊ opera manuũ eius annũtiat firmamentum. **Alla.** ℣. Te gloriosus apostolorũ chorꝰ laudat dñe.

Secundum Mattheum. xx.



I N illo tẽpore: Accessit ad Jesũ mater filiorũ Zebedei cũ filiis suis, adorãs ⁊ petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnꝰ ad dexteram tuam, ⁊ vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autẽ Jesus.

Jeſus dixit. Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicē, quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei. Poſſumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibētis: ſedēre autem ad dexteram meam, ⁊ ſiniſtram non eſt meum dare vobis: ſed quibus paratum eſt á patre meo. Credo. Offertoriū.

Conſtitues eos principes ſuper oēm terrā: mémores erunt nominis tui dñe in omni ꝓgenie ⁊ generatione. Secr.

Oblationes populi tui, queſumus domine, beati apoſtoli tui Jacobi paſſio beata conciliet: ⁊ quę noſtris non apta ſunt méritis, fiant tibi plácita eius deprecatione. Per do. Cōmu.

Vos qui ſecuti eſtis me, ſedébitis ſuper ſedes iudicantes duódecim tribus Jſrael. Poſtcommunio.

Beati Apoſtoli tui Jacobi, queſum⁹ domine, interceſſione nos ádiuua: pro cuius feſtiuitate percépimus tua ſancta lętantes. Per eundem dominū.

¶ Pro commemoratione ſanctorum martyrū Nazarij, Celſi, Victoris, ⁊ Innocentij. Oratio.

Sanctorum martyruꝫ tuorū nos domine Nazarij Celſi, Victoris ⁊ Innocentij cōfeſſio beata communiat: ⁊ fragilitati noſtrę ſubſidium dignanter exóret. Per dominum noſtruꝫ Jeſum Chriſtū filium tuum, qui tecum. Secre.

Concede nobis omnipotēs deus: vt his muneribꝰ, quę pro ſanctorum martyrū tuorum Nazarij, Celſi, Victoris ⁊ Innocentij honore deférimus, ⁊ te placémus exhibitis, ⁊ nos viuificémur acceptis. Per. Poſtcōmu.

Sanctorum martyrū tuorum Nazarij, Celſi, Victoris ⁊ Innocentij dñe interceſſione placatus, pręſta queſum⁹, vt quod temporali celebramus actione, perpétua ſaluatione capiam⁹. Per.

¶ Pro commemoratione ſanctoruꝫ martyrū Felicis, Simplicij, Fauſtini, ⁊ Beatricis. Oratio.

Preſta queſum⁹ domine: vt ſicut popul⁹ chriſtianus, martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Fauſtini ⁊ Beatricis, temporali ſolennitate congáudet, ita perfruátur ęterna: ⁊ quod votis célebrat, cōprehéndat effectu. Per. Secre.

Hoſtias tibi domine pro ſanctorū martyrum tuorū Felicis, Simplicij, Fauſtini, ⁊ Beatricis commemoratione deférimus, ſuppliciter deprecantes: vt indulgentiam nobis pariter conferant, ⁊ ſalutem. Per dominum noſtrum Jeſum. Poſtcommu.

Preſta queſumus omnipotens deus: vt ſanctorū martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Fauſtini, ⁊ Beatricis, celeſtib⁹ myſterijs celebrata ſolennitas in-

dulgentiam nobis tuę propitiationis acquirat. Per dominum.

¶ Pro cõmemo. ſanctorũ martyrũ Abdon ⁊ Sennen. Oratio.

DEus qui ſanctis tuis Abdon, et Sennen ad hãc gloriã veniendi copióſum munus gratię contuliſti: da famulis tuis ſuorum veniam peccatorum: vt ſanctorum tuorum intercedẽtibus meritis, ab omnibus mereamur aduerſitatibus liberari. Per do. Secre.

HAec hoſtia queſumus domine, quam in ſanctorum martyrum tuorum natalitijs recenſentes offérimus, ⁊ vincula noſtrę prauitatis abſoluat, ⁊ tuę nobis miſericordię dona conciliet. Per dominum. Poſtcõm.

PEr huius domine operationem myſterij, ⁊ vitia noſtra purgentur: ⁊ intercedẽtibus ſanctis tuis Abdon, ⁊ Sennen, iuſta deſydéria cõpleantur. Per do.

¶ In feſto ſancti Petri ad vincula. Introitus.

NUnc ſcio veré, quia miſit dominus angelũ ſuũ: ⁊ eripuit me de manu Heródis: ⁊ de omni expectatione plebis Iudęorum. Ps. Et Petrus, ad ſe reuerſus dixit. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio ⁊ nunc. Oro.

DEus qui beatum Petrum apoſtolũ á vinculis abſolutũ, illęſum abire feciſti: noſtrorum queſumus abſolue vincula peccatorum, ⁊ omnia mala á nobis propitiatꝰ exclude. Per do.

Deinde fit commemoratio de ſancto Paulo. Oratio.

DEus qui multitudinẽ gentium, beati Pauli apoſtoli prędicatione docuiſti: da nobis queſumus, vt cuius cõmemorationem cólimus, eius apud te patrocinia ſentiamus. Per. Epiſt. Miſit Herodes. Require i feſto aplorũ Petri, ⁊ Pauli. 188. Gra.

COnſtitues eos príncipes ſuper omnem terram, mémores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: proptérea populi confitebuntur tibi. Alleluia. ℣. Solue iubẽte Deo, terrarum Petre caténas: qui facis vt páteant cęleſtia regna beatis.

Euangeliũ. Venit Ieſus in partes Cęſáreę Philippi. ibidẽ vbi Epiſtola. Credo. Offertorium.

COnſtitues eos príncipes ſuper oẽm terrã, mémores erũt nominis tui dñe in omni progénie ⁊ generatione. Secr.

OBlatum tibi domine ſacrificium, intercedente beato Petro Apoſtolo tuo, viuificet nos ſemper ⁊ múniat. Per do.

Alia ſecreta pro ſancto Paulo.

APoſtoli tui Pauli precibus domine, plebis tuę dona ſanctifica: vt quę tibi tuo grata ſunt inſtituto, gratiora fiãt patrocinio ſupplicantis. Per do.

Prefatio

Pręfatio de Apoſtolis. Cōmu. Tu es Petrus: ⁊ ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam. Poſtcō.

CORporis ſacri ⁊ precioſi ſanguinis repleti libámine, q̄ſumus dñe deus noſter: vt quod pia deuotione gérimus, certa redemptione capiámus. Per do.

Pro ſancto Paulo. Poſtcōmu.

SAnctificati dñe ſalutari myſtério, queſumus: vt pro nobis eius non deſit oratio, cuius nos donaſti patrocínio gubernári. Per dominuꝫ noſtrum Jeſum.

¶ In ſancti Stephani Papę ⁊ martyris. Oratio.

DEꝰ qui nos beati Stephani martyris tui atque pōtificis ánnua ſolennitate lętificas: cōcede propitius, vt cuius natalitia colimꝰ, de eiuſdē etiam protectione gaudeamus. Per dominum noſtrū Jeſum Chriſtum filium. Secre.

MUnera tibi domine dicáta ſanctifica: ⁊ intercedēte beato Stephano mártyre tuo, atque pontifice, per éadem nos placátus intende. Per dominuꝫ noſtrum Jeſum. Poſtcommu.

HAec nos commúnio domine purget á crímine: ⁊ intercedēte beato Stephano martyre tuo atque pontifice, cęleſtis remédij faciat eſſe cōſortes. Per dominum noſtruꝫ Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vi.

M.M.

¶ Pro commemoratione ſanctorum Machabęorum. Oratio.

FRaterna nos dómine martyruꝫ tuorum corona letíficet: quę ⁊ fidei noſtrę prębeat incrementa virtutum, ⁊ multiplici nos ſuffrágio conſoletur. Per. Secre.

ITeráta myſtéria dñe pro ſanctorū martyrū tuorū cōmemoratione deuota mente tractemꝰ: quibus pręſidium nobis creſcat, ⁊ gaudium. Per do. Poſtcōm.

PReſta queſumus omnipotens deus: vt quorū memoriam ſacramenti participatione recólimus, fidem quoque proficiendo ſectémur. Per dominuꝫ.

¶ In inuentione corporis ſancti Stephani Protomartyris ad miſſam omnia dicuntur ſicut de natali eius. Et vbi dicitur in oratione: quia eius natalitia celebramus, Dicatur: quia eius Inuentionem celebramus. Require in natali eiuſdem, folio II.

¶ In feſto ſancti Dominici cōfeſſoris. Introitus.

OS iuſti meditabitur ſapientiaꝫ, ⁊ lingua eius loquetur iudiciuꝫ: lex Dei eius in corde ipſius. Ps. Noli ęmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui. Oratio.

DEus, qui eccleſiam tuam beati Dominici confeſſoris tui illuminare dignatus es meritis ⁊ doctrinis: concede, vt eius interceſſione, temporalibus non deſtituatur auxilijs, ⁊ ſpiritualibus ſemper proficiat incrementis. Per dominũ. **Epiſtola.** Teſtificor corã deo. de communi docto. fol.222. **Graduale.**

Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo dñi. ℣. Ad annunciandũ mane miſericordiam tuaʒ, ⁊ veritatẽ tuam per noctem. Alleluia, alleluia. ℣. Iuſtus germinabit ſicut Lilium, ⁊ florebit in ęternum ante Dominum. Alleluia. **Euãgeliũ.** Sint lumbi veſtri pręcincti. de cõi cõfeſ. nõ pont. f.223. **Offer.**

Ueritas mea, ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. **Secreta.**

MUnera tibi domine, dicata ſanctifica: vt meritis beati Dominici confeſſoris tui, nobis proficiant ad medelam. Per dominum noſtruʒ Ieſum Chriſtum filium tuum, qui te. **Cõmu.**

Fidelis ſeruus ⁊ prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſuram. **Poſtcommunio.**

COncede, quęſumus omnipotens Deus: vt qui peccatorum noſtrorum pondere premimur, beati Dominici confeſſoris tui patrocinio ſubleuemur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiũ tuum, qui tecum.

¶ In feſto Dedicationis ſãctę Marię ad Niues, per omnia fiat officium ſicut notatur in Miſſa votiua ipſius virginis glorioſę ab octaua Pentecoſt. vſque ad Aduentum. Require folio 232.

¶ In feſto Transfigurationis Dñi noſtri Ieſu Chriſti. **Intro.**



IN excelſo throno vidi ſedére viruʒ, quem adorant multitudo angelorũ pſallentes in vnum: ecce cuius imperij nomen eſt in ęternum. **ps.** Iubilate Deo omnis terra, ſeruite domino in lętitia. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. **Oratio.**

DEus qui hodierna die vnigénitum tuum mirabiliter transformátum, cęlitus vtriuſq; teſtamenti patribus reuelaſti: da nobis quęſumus, beneplácitis tibi actibus ad eius ſemper contemplandã pertingere gloriam, in quo tuę paternitati óptime cõplacuiſſe teſtatus es. Per eun.

Lectio epiſtolę beati Petri apoſtoli. ij. cap. j.

CAriſſimi: Iuſtum autem árbitror quándiu ſum in hoc tabernáculo, ſuſcitáre vos in cõmonitionem: certus ꝙ velox eſt depoſitio tabernáculi mei, ſecundum ꝙ ⁊ dñs noſter Ieſus Chriſtus ſignificauit mihi. Dabo autem operaʒ, ⁊ frequenter habere

vos

vos poſt obitum meū: vt hoꝛum memoꝛiā faciatis. Non enim doctas fabulas ſecuti, notā fecimus vobiſ dñi noſtri Jeſu Chꝛiſti virtutē ⁊ pꝛeſentiā: ſed ſpeculatoꝛes facti illi⁹ magnitudinis. Accipiēs enim a deo patre honoꝛē ⁊ gloriā: voce delapſa ad eū huiuſcemodi a magnifica gloꝛia: hic eſt fili⁹ meus dilect⁹, in quo mihi cōplacui: ipſum audite. Et hāc vocē nos audiuim⁹ de celo allatā: quū eſſemus cū ipſo in monte ſancto. Et habem⁹ firmioꝛē pꝛopheticū ſermonē: cui bñ facitis attēdētes, quaſi lucerne lucēti in caliginoſo loco: donec dies illuceſcat: ⁊ Lucifer oꝛiat in coꝛdib⁹ veſtris. Gra.

Speciōſus foꝛma pꝛe filijs hominū: diffuſa eſt gr̄a in labijs tuis. ℣. Eructauit coꝛ meū verbū bonum: dico ego opera mea regi: lingua mea calam⁹ ſcribe velociter ſcribentis. Alle. ℣. Bñdictus es dñe deus patrū noſtroꝛum, ⁊ laudabilis in ſecula. Item. Alleluia. ℣. Vox de celo inſonuit: ⁊ vox patris audita eſt: hic eſt filius me⁹ dilectus: ipſū audite.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum. xvij.



In illo tempore: Aſſumpſit Jeſ⁹ Petrū ⁊ Jacobū ⁊ Joānē fratrē ei⁹, ⁊ duxit illos in montem excelſum ſeoꝛſū, ⁊ transfiguratus eſt ante eos: ⁊ reſplenduit facies eius ſicut ſol: veſtimenta autē eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyſes ⁊ Elias cum eo loquentes. Reſpondens autē Petrus dixit ad Jeſum. Dñe bonū eſt nos hic eſſe, ſi vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum, Moyſi vnum, ⁊ Elie vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos, ⁊ ecce vox de nube dicens. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Et audientes diſcipuli ceciderunt in faciē ſuam, ⁊ timuerūt valde. Et acceſſit Jeſus, ⁊ tetigit eos, dixitqȝ eis. Surgite ⁊ nolite timere. Leuantes autē oculos ſuos, neminē viderunt niſi ſolū Jeſum. Et deſcendētibus illis de mōte, pꝛecepit eis Jeſus dicēs. Nemini dixeritis viſionem, donec filius hominis a moꝛtuis reſurgat. Credo. Offer.

Deus enim firmauit oꝛbem terre, qui non commouebitur: parata ſedes tua deus, ex tunc a ſeculo tu es. Secreta.

Suſcipe queſum⁹ domine ſancte, pater omnipotens, eterne deus, munera que pꝛo gloꝛioſa filij tui transfiguratione deferimus: ⁊ cōcede pꝛopitius, vt per hec a tempoꝛalibus liberemur incommodis, ⁊ gaudijs connectamur eternis. Per dominum noſtrum Jeſum Chꝛiſtum filiū tuum, qui tecū. Pꝛefatio. Quia per incarnati verbi. Cōmunio.

Viſionem quam vidiſtis, némini dixéritis: donec á mortuis reſurgat filius hominis. **Poſtcommunio.**

DEus qui hunc diem incarnati verbi tui Transfiguratione, tuęq; ad euꝫ miſſa paternitatis voce conſecraſti, tribue quęſumus, vt diuinis paſti alimónijs, in eius mereamur membra transférri, qui hęc in ſui memoriam fieri pręcépit. Qui tecũ.

Pro cõmemoratione ſancti Donati Epiſcopi ⁊ marty. Orõ.

DEus tuorum gloria ſacerdotum, pręſta quęſum⁹, vt ſancti martyris tui ⁊ Epiſcopi Donati, cuius feſta gérimus, ſentiamus auxilium. Per dominum. **Secreta.**

PReſta quęſumus domine, vt ſancti martyris tui ⁊ Epiſcopi Donati interceſſione, quẽ ad laudem nominis tui, dicatis muneribus honoramus, pię nobis fructuꝫ deuotionis accréſcat. Per dominum. **Poſtcommu.**

OMnipotens ⁊ miſericors Deus, qui nos ſacramentorum tuorum ⁊ participes éfficis ⁊ miniſtros, pręſta quęſumus, vt intercedente beato Donato martyre tuo atq; pontifice, eiuſdem proficiámus ⁊ fidei conſortio, ⁊ digno ſeruitio. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti.

Pro commemoratione ſanctorum martyrum Sixti, Feliciſſimi ⁊ Agapiti. Oratio.

DEus qui nos cõcedis ſanctoruꝫ martyrum tuorum Sixti, Feliciſſimi, ⁊ Agapiti natalitia cólere, da nobis in ęterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per dominum. **Secreta.**

MUnera tibi dñe noſtrę deuotionis offérimus, quę ⁊ pro tuorũ tibi grata ſint honore iuſtorum, ⁊ nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per dominum noſtruꝫ. **Poſtcommunio.**

PReſta nobis quęſumus domine intercedentib⁹ ſanctis tuis Sixto, Feliciſſimo, ⁊ Agapito: vt quę ore contingimus, pura mente capiamus. Per domi.

Pro commemoratione ſanctorum martyrum Cyriaci, Largi, ⁊ Smaragdi. Oratio.

DEus qui nos ánnua beatorum martyruꝫ tuorũ Cyriaci, Largi, ⁊ Smaragdi ſolennitate lętíficas, concede propitius, vt quorũ natalitia cólimus, virtutem quoque paſſionis imitémur. Per dominum noſtrum Jeſuꝫ. **Secre.**

ACcepta ſit in cõſpectu tuo domine noſtra deuotio, ⁊ eorum nobis fiat ſupplicatione ſalu-

ſalutaris pro quorum ſolennitate defertur. Per do. Poſtcom.

R Efecti participatione muneris ſacri, queſumus domine Deus noſter: vt quorũ exequimur cultum, ſentiamus effectum. Per dominum noſtrum.

¶ In vigilia ſancti Laurentij martyris. Introitus.

D Iſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi, cornu eius exaltabitur in gloria. ℟. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiri. Oratio.

E Xcita dñe in eccleſia tua ſpiritum, cui beatus Laurentius leuita ſeruiuit: vt eodẽ nos repleti, ſtudeamus amare quod amauit, ⁊ opere exercere quod docuit. Per. in vnitate eiuſdem. Epiſtola. Confitebor tibi Domine rex. Require in communi virginũ, fol.229. Graduale. Diſperſit dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. Euangeliũ. Siquis vult poſt me venire. Require ĩ communi vnius martyris. folio 216. Offertorium. Oratio mea munda eſt: ⁊ ideo peto vt detur locus voci meę in cęlo: quia ibi eſt iudex meus, ⁊ conſcius meus in excelſo: aſcendat ad dominum deprecatio mea. Secreta.

H Oſtias dñe, quas tibi offerimus propitius ſuſcipe, ⁊ intercedente beato Laurentio martyre tuo, vincula peccatorũ noſtrorum abſolue. Per. Cõm. Qui vult venire poſt me: abneget ſemetipſum: ⁊ tollat crucem ſuam: ⁊ ſequatur me. Poſtcommunio.

D A queſumus domine deus noſter, vt ſicut beati Laurentij martyris tui commemoratione, temporali gratulamur officio, ita perpetuo lętemur aſpectu. Per dominum noſtrum.

¶ In feſto ſancti Laurẽtij martyris. Introitus.

C Onfeſſio ⁊ pulchritudo in conſpectu eius, ſanctitas ⁊ magnificentia in ſanctificatione eius. ℟. Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oro.

D A nobis queſumus omnipotens deus vitiorum noſtrorũ flammas extinguere, qui beato Laurentio tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare. Per dominũ noſtrum.

Ad Corinthios.ij.cap.ix.

F Ratres: Qui parce ſeminat, parce ⁊ metet, ⁊ qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus ⁊ metet: vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo, nõ ex triſtitia, aut ex neceſſitate: hilarem enim datorem diligit deus.

Potens eſt autem deus, omneʒ gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiā habentes, abundetis in omne opus bonū, ſicut ſcriptum eſt. Diſperſit dedit pauperibuſ, iuſtitia eius manet in ſeculū ſeculi. Qui aūt adminiſtrat ſemē ſeminanti, ⁊ panē ad māducandū pręſtabit: ⁊ multiplicabit ſemē veſtrū, ⁊ augebit incrementa frugum iuſtitię veſtrę. **Grad.** Probaſti dn̄e cor meum: ⁊ viſitaſti nocte. ℣. Igne me examinaſti: ⁊ nō eſt inuenta in me iniquitas. **Alleluia. ℣.** Leuita Laurētius bonū opus operat⁹ eſt, qui per ſignū crucis cęcos illuminauit.

Secundum Joannem. xij.



In illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis, niſi granuʒ frumenti cadens in terraʒ, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam ſuam, perdet eam: ⁊ qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam ęternam cuſtodit eam. Siquis mihi miniſtrat, me ſequatur: ⁊ vbi ſum ego, illic ⁊ miniſter meus erit. Siquis mihi miniſtrauerit, honorificabit euʒ pater me⁹, qui eſt in cęlis. **Offer.**

Confeſſio ⁊ pulchritudo in conſpectu eius: ſanctitas ⁊ magnificentia in ſanctificatione eius. **Secreta.**

Accipe quęſumus domine munera dignanter oblata, ⁊ beati Laurentij ſuffragantibuʒ meritis, ad noſtrę ſalutis auxiliū prouenire concede. Per. **Cōm.**

Qui mihi miniſtrat, me ſequatur: ⁊ vbi ego ſuʒ, illic ⁊ miniſter me⁹ erit. **Poſtc.**

Sacro munere ſatiati ſupplices te domine deprecamur, vt quod debitę ſeruitutis celebramus officio: intercedente beato Laurentio martyre tuo, ſalutionis tuę ſentiamus augmentum. Per dominum noſtrum.

Infra octa. ſancti Laurētij fit idē officiū ſicut in die: De feſtiuitatibus occurrentibus in ea: ſeruetur modus Breuiarij noſtri.

¶ Pro cōmemo. ſanctorū martyruʒ Tiburtij, ⁊ Suſannę. **Oro.**

Beatoruʒ martyrum tuorū Tiburtij, et Suſannę nos dn̄e foueāt cōtinuata pręſidia: quia non deſinis propitius intueri, quos talibus auxilijs conceſſeris adiuuari. Per dominum noſtrum Jeſum. **Secre.**

Adeſto dn̄e precibus populi tui, adeſto muneribuſ: vt quę ſacris ſunt oblata myſterijs, tuorum tibi placeant interceſſione ſanctorum. Per. **Poſtcōmu.**

Sumpſi

Sumpſimus dñe pignus redéptionis eternę: quod ſit nobis queſum⁹, interuenientib⁹ ſanctis martyribus tuis, vitę preſentis auxiliũ pariter ⁊ futurę. Per.

¶ Pro commemoratione ſanctę Clarę virginis. Oratio.

Famulos tuos queſumus dñe, beatę virginis tuę Clarę votiua natalitia recenſentes, cęleſtium gaudiorũ ipſius facias interuentione participes, ⁊ tui vnigéniti coheredes. Qui te. Secre.

Oblata tibi dñe queſumus dóna ſanctifica: quę maieſtati tuę accepta faciat beatę virginis tuę Clarę interceſſio veneranda. Per dominum. Poſtcó.

Protegant queſumus domine plebem tuã glorioſę virginis tuę Clarę continuáta pręſidia: ⁊ ſumpta pro illius gloria corporis tui ſacri, ⁊ precioſi ſanguinis ſacramenta. Qui viuis.

¶ In feſto ſanctorũ martyrum Hippolyti, ⁊ ſociorũ ei⁹. Introi.



Iuſti epulentur, ⁊ exultẽt in conſpectu Dei, ⁊ delectentur i letitia. Ps. Exurgat deus ⁊ diſſipentur inimici eius: ⁊ fugiant qui oderunt eum á facie eius. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

Da queſumus omnipotens deus, vt beatorum martyrum tuorum Hippólyti ⁊ ſociorum eius veneranda ſolénnitas, ⁊ deuotionem nobis áugeat ⁊ ſalutem. Per dominum noſtrum.

Lcō ep'lę beati Petri ap'li. j. ca. j.

Benedictus deus ⁊ pater dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundũ magnã miſericordiá ſuá regenerauit nos in ſpem viuam, per reſurrectionẽ Ieſu Chriſti ex mortuis: in hereditaté incorruptibilé, ⁊ incõtaminatá, ⁊ immarceſcibilé, cóſeruatá in cęlis in vobis, qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem paratam reuelari in tempore nouiſſimo: in quo exultábitis: módicũ nunc ſi oportet contriſtari in varijs tentationib⁹: vt probatio veſtrę fidei multo precioſior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem, ⁊ gloriam ⁊ honorem, in reuelationem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Grad.

Iuſtorũ animę in manu dei ſunt: ⁊ nõ tanget illos tormentũ malicię. ℣. Viſi ſunt oculis inſipientiũ mori: illi aũt ſunt in pace. Al'la. ℣. Iuſti epulent', ⁊ exultent in conſpectu Dei: ⁊ delectentur in letitia. Secundum Lucam. xxi.



In illo tépore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Quum audíeritis prelia ⁊ ſeditiones, nolite terréri. Oportet primum hec fieri, ſed nondũ ſtatim finis. Tunc

Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem: ⁊ regnum aduerſus regnum: ⁊ terremotus magni erunt per loca, ⁊ peſtilentię, ⁊ fames, terroreſq́ de cęlo, ⁊ ſigna magna erunt. Sed ante hęc omnia iniicient vobis manus ſuas: ⁊ perſequentur, tradentes in ſynagogas, ⁊ cuſtodias, trahentes ad reges ⁊ pręſides propter nomen meum. Continget autē vobis in teſtimonium. Ponite ergo in cordibus veſtris: non pręmeditari quemadmodū reſpondeatis. Ego enim dabo vobis os ⁊ ſapientiā: cui non poterunt reſiſtere, ⁊ cōtradicere omnes aduerſarij veſtri. Trademini autem a parentibus, ⁊ fratribus, ⁊ cognatis, ⁊ amicis: ⁊ morte afficient ex vobis: ⁊ eritis odio omnibus hominibus propter nomen meū: ⁊ capillus de capite veſtro non peribit. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. **Offer.** Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt, ⁊ nos liberati ſumus. **Secre.** Reſpice dñe munera populi tui, ſanctorum feſtiuitate votiua: ⁊ tuę teſtificatio veritatis nobis proficiat ad ſalutem. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. **Cōmu.** Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui vos perſequuntur. **Poſtcommunio.** Sacramentorum tuorum domine communio ſumpta nos ſaluet, ⁊ in tuę veritatis luce confirmet. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus.

¶ **Pro commemoratione ſancti Euſebij confeſſoris. Oratio.**

Deus qui nos beati Euſebij cōfeſſoris tui annua ſolennitate lętificas, cōcede propitius, vt cuius natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum noſtrum Jeſum. **Secreta.** Laudis tuę domine hoſtias immolamus, in tuorum commemorationem ſanctorum, quibus nos ⁊ pręſentibus erui malis confidimus ⁊ futuris. Per dominum no. **Poſtcommunio.** Refecti cibo potuq́ cęleſti deus noſter, te ſupplices exoramus, vt in cuius hęc cōmemorationem percepimus, eius muniamur ⁊ precibus. Per do.

¶ **In vigilia Aſſumptiōis glorioſiſſimę Marię virginis. Intr.**

Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines poſt eā: proxime eius adducentur tibi in lętitia ⁊ exultatione. **Ps.** Eructauit cor meum verbum

buin bonum: dico ego opera mea re-
gi. ℣. Gloria patri ⁊ filio. **Oratio.**

DEus qui virginalem aulaz
beatę Marię virginis, in
qua habitares, eligere dignatus
es: da quęſumus, vt ſua nos de-
fenſione munitos, iucundos fa-
cias ſuę intereſſe feſtiuitati. Qui
viuis, ⁊ regnas cum Deo patre.

Lectio libri Sapientię. xxiiij.

EGo quaſi vitis fructificaui
ſuauitatem odoris, ⁊ flores
mei, fructus honoris ⁊ honeſta-
tis. Ego mater pulchrę dilectio-
nis, ⁊ timoris, ⁊ agnitionis, ⁊ ſan-
ctę ſpei. In me omnis gratia vię
⁊ veritatis: in me omnis ſpes vi-
tę ⁊ virtutis. Tranſite ad me om-
nes, qui concupiſcitis me: ⁊ á ge-
nerationibus meis adimplémi-
ni. Spiritus enim meus ſuper
mel dulcis, ⁊ hęreditas mea ſu-
per mel ⁊ fauum: memoria mea
in generatione ſeculorum. Qui
edunt me, adhuc eſurient: ⁊ qui
bibunt me, adhuc ſitient. Qui
audiunt me, non confundentur:
⁊ qui operantur in me, non pec-
cabunt. Qui elúcidant me, vitam
ęternam habebunt. **Graduale.**

Benedicta ⁊ venerabilis es virgo
Maria, quę ſine tactu pudoris inuenta
es mater Saluatoris. ℣. Virgo Dei
genitrix, quem totus non capit orbis,
in tua ſe clauſit viſcera factus homo.

Secundum Lucam. xi.



IN illo
tépore:
Loquen-
te Ieſu ad
turbas: ex-
tollés vo-
cem quę-
dam mu-
lier de tur-
ba dixit illi. Beatus venter, qui
te portauit: ⁊ ubera quę ſuxiſti.
At ille dixit. Quinimmo, beati
qui audiunt verbum Dei: ⁊ cu-
ſtodiunt illud. **Offertorium.**

Beata es virgo Maria, quę omniū por-
taſti creatorem: genuiſti qui te fecit: ⁊
in ęternum pérmanes virgo. **Secre.**

MVnera noſtra dñe apud
clementiam tuam Dei ge-
nitrícis cōmendet oratio: quam
iccirco de pręſenti ſeculo tranſtu-
liſti, vt pro peccatis noſtris apud
te fiduciáliter intércedat. Per
eundem dominum noſtrum.

Prefatio cōmunis. Cōmunio.

Beata viſcera Marię virginis, quę por-
tauerunt ęterni patris filiuz. **Poſtcó.**

COncede miſéricors Deus,
fragilitáti noſtrę pręſidiuz:
vt qui ſanctę Dei genitrícis fe-
ſtiuitatem pręuenimus, interceſ-
ſionis eius auxilio, á noſtris ini-
quitatibus reſurgamus. Per do-
minū noſtrū Ieſum Chriſtum.

IN FESTO ASSVMPTIONIS BEATAE MARIAE Virginis. Introitus.



GAudeamus omnes i domino, diem feſtũ celebrãtes, ſub honore beatiſſime Marię virginis: de cuius Aſſumptione gaudent angeli, ⁊ collaudant filiũ Dei. Ps. Eructauit coꝛ meum verbum bonũ: dico ego opera mea regi. ℣. Gloꝛia patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui. Oꝛatio.

FAmuloꝛum tuoꝛum quęſumus domine delictis ignoſce: vt qui tibi placere de actibus noſtris non valemus, genitrícis filij tui Domini noſtri interceſſione ſaluemur. Per eundem. Lectio libꝛi Sapientię. xxiiij.

IN omnibus requiem quęſiui: ⁊ in hęreditate domini moꝛaboꝛ. Tunc pręcépit, ⁊ dixit mihi creatoꝛ omnium: ⁊ qui creauit me, requieuit in tabernáculo meo, ⁊ dixit mihi. In Iacób inhábita, ⁊ in Iſraél hęreditáre: ⁊

in

in electis meis mitte radices. Et ſic in Sion firmata ſum, ⁊ in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui, ⁊ in Jeruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato, ⁊ in partes Dei mei hereditas illius, ⁊ in plenitudine ſanctorum detentio mea. Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano, ⁊ quaſi cypreſſus in monte Sion: quaſi palma exaltata ſum in Cades, ⁊ quaſi plantatio roſę in Jericho: quaſi oliua ſpecioſa in campis, ⁊ quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquas. In plateis ſicut cinnamomū ⁊ balſamū aromatizans odorē dedi: quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris. Grad.

Propter veritatem ⁊ manſuetudinem ⁊ iuſtitiā: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia ⁊ vide, ⁊ inclina aurem tuam, quia concupiuit rex ſpeciē tuam. Alleluia. ℣. Aſſumpta eſt Maria in cęlū, gaudet exercitus angelorū.

Secundum Lucam. x.



In illo tēpore: Intrauit Jeſus i quoddā caſtellū: ⁊ mulier quędā Martha nomine, excepit illū in domū ſuam. Et huic erat ſoror, noīe Maria: quę etiā ſedēs ſecus pedes dn̄i, audiebat verbū illius: Martha aūt ſatagēbat circa frequēs miniſteriū: quę ſtetit, ⁊ ait. Domine non eſt tibi curę, q ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet. Et reſpondens dixit illi dn̄s. Martha, Martha ſolicita es, ⁊ turbaris erga plurima: porro vnum eſt neceſſariū. Maria optimam partem elegit, quę nō auferetur ab ea. Credo. Offer.

Aſſumpta eſt Maria in cęlum, gaudent angeli, collaudantes benedicunt dominum, alleluia. Secreta.

Subueniat domine plebi tuę Dei genitricis oratio: quam ⁊ ſi pro cōditione carnis migraſſe cognoſcimus, in cęleſti gloria apud te pro nobis intercedere ſentiamus. Per eundem domi.

Pręfatio. Et te in aſſumptione. Et dī per totam octa. Commu.

Optimā partē elegit ſibi Maria, q̄ non auferetur ab ea in ęternum. Poſtcō.

Menſę cęleſtis participes effecti, imploramus clementiam tuam domine deus noſter: vt qui aſſumptionē dei genitricis colimus, a cunctis malis imminentibus, eius interceſſionibus liberemur. Per eundem.

Infra octauam fit idem officium per omnia ſicut in die.

¶ In octa. ſcti Laurentij. Intr.



Probaſti domine cor meum, ⁊ viſitaſti nocte: igne me examinaſti, ⁊ nō eſt inuenta in me iniquitas. Ps. Exaudi domine iuſtitiā meam: intende deprecationē meam.

℣.

℣. Gloria patri ꝛ filio ꝛ ſpiri. Oratio.

Da nobis queſumus omnipotens deus, vitiorum noſtroꝝ flammas extinguere, qui beato Laurētio tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuū, qui te.

Epiſtola ꝛ euangeliū ſicut in die. Require ſupra. fo.195. Gradua.

Gloria ꝛ honore coronaſti eū. ℣. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarū. Al lľa. ℣. Leuita Laurenti⁹ bonū opus operatus eſt, qui per ſignū crucis cęcos illuminauit. Dicit Credo. ꝑpter oct. Aſſumptionis. Offer.

In virtute tua domine lętabitur iuſtus, ꝛ ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer: deſyderium animę eius tribuiſti ei. Secreta.

Sacrificium noſtrum tibi domine queſumus, beati Laurētij precatio ſancta conciliet: vt cuius honore ſolēniter exhibētur, eius meritis efficiatur acceptuꝫ. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecuꝫ viuit ꝛ regnat in vnitate ſpirituſ.

Prefatio de Aſſumptiōe. Cōm.

Qui vult venire poſt me: abneget ſemetipſum: ꝛ tollat crucem ſuam, ꝛ ſequatur me. Poſtcommunio.

Supplices te rogamus omnipotens deus, vt quos donis cęleſtibus ſatiaſti, intercedente beato Laurentio martyre tuo, perpetua protectione cuſtodias. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecū.

¶ Pro commemoratione ſancti Agapiti martyris. Oratio.

Letetur eccleſia tua Deus, beati Agapiti martyris tui confiſa ſuffragijs, atque eius precibus glorioſis, ꝛ deuota permaneat, ꝛ ſecura conſiſtat. Per dominum no. Secre.

Suſcipe domine munera, quę in eius tibi ſolennitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per. Poſtcō.

Satiaſti dñe familiam tuā muneribus ſacris, eius queſum⁹ ſemp interuentione nos rēfoue, cuius ſolennia celebram⁹. Per.

¶ In feſto ſcti Bernardi Abbatis fit officium de communi confeſſ. Abbatum. Introitus. Os iuſti. folio 227. Oratio.

Perfice in nobis queſum⁹ domine, pium ſanctę religionis effectum: ꝛ ad obtinendam tuę gratię largitatem, beatus Bernardus Abbas ꝛ doctor egregius, ſuis apud te ſemp pro nobis meritis ꝛ precibus intercedat. Per dominuꝫ noſtrū Ieſum.. Epiſtola. Iuſtus cor ſuum. f.227. Euang. Dicit Simon Petrus ad Ieſuꝫ ecce. f.227. Credo. Secreta.

Grata tibi ſit de⁹, intercedēte beato Bernardo huius obla-

oblatio ſacramenti: quod in memoriã dñicę paſſionis, tuę offerimus maieſtati. Per. Poſtcom.

Suum in nobis omnipotens deus, intercedẽte beato Bernardo, cibus quem ſumpſimus operetur effectum: ⁊ incorporet ſibi nos eſus edentes. Qui tecũ.

¶ Pro commemoratione ſanctorum martyrum Timothei, Hippolyti ⁊ Simphoriani. Orõ.

Auxilium tuũ nobis domine quęſumus placatus impende, ⁊ intercedẽtib⁹ beatis martyrib⁹ tuis Timotheo, Hippolyto, ⁊ Symphoriano, dexterã ſuper nos tuę propitiationis extende. Per dominũ noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit. Secreta.

Accepta tibi ſit domine ſacratę plebis oblatio pro tuorum honore ſanctorum, quorum ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per dominum. Poſtcommu.

Diuini muneris largitate ſatiati, quęſumus domine deus noſter, vt intercedentibus ſanctis martyribus tuis Timotheo, Hippolyto ⁊ Symphoriano, in eius ſemper participatione viuamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat.

¶ In feſto ſctĩ Bartholomei apoſtoli officium fit de cõi vnius apoſtoli pręter orationes. Orõ.

Omnipotẽs ſempiterne de⁹, qui huius diei venerandã, ſanctãq; lętitiam in beati apoſtoli tui Bartholomei feſtiuitate tribuiſti: da eccleſię tuę quęſumus, ⁊ amare quod credidit, ⁊ prędicare quod docuit. Per dominum noſtrum.

Epiſtola. Unicuiq; veſtrum. 214. Euangelium. Hęc mando vobis. folio 215. Credo. Secreta.

Beati apoſtoli tui dñe Bartholomei, ſolennia recenſentes, quęſumus, vt eius auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi hoſtias laudis immolamus. Per dominnm. Poſtcommu.

Sumptum domine pignus redemptionis ęternę, ſit nobis quęſumus interueniente beato Bartholomeo apoſtolo tuo, vitę pręſentis auxilium pariter ⁊ futurę. Per dominum noſtrum.

In feſto ſancti Auguſtini epĩ cõfeſſoris ac doctoris eccleſię fit officiũ de cõi doctorũ. Introit⁹. In medio eccleſię. fol. 225. Orõ.

Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotẽs de⁹: ⁊ quibus fiduciã ſperandę pietatis indulges, intercedẽte beato Auguſtino confeſſore

feſſore tuo atq; pontifice, conſuetę miſericordię tribue benignus effectum. Per dominum.

Epiſtola. Teſtificor. Euangeliū. Vos eſtis. 224. Credo. Secreta.

SAncti confeſſoris tui Auguſtini nobis dñe, pia non deſit oratio: quę ⁊ munera noſtra cõciliet, ⁊ tuā nobis indulgentiā ſemper obtineat. Per. Poſtcōmu.

VT nobis dñe tua ſacrificia dent ſalutē, beatus cõfeſſor ⁊ pontifex tuus Auguſtin9, quęſumus, precator accedat. Per.

¶ In decollatione ſancti Joannis Baptiſtę. Introitus.



Juſtus vt palma florebit, ſicut cedrus Libani multiplicabitur: plantatus in domo domini, i atrijs domus dei noſtri. Ps. Bonū eſt confitēri domino, ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oro.

SAncti Joannis Baptiſtę pręcurſoris ⁊ martyris tui, quęſumus dñe, veneranda feſtiuitas ſalutaris auxilij nobis pręſtet effectum, Per dominum noſtrū.

Lectio libri Sapientię. xiiij.

BEatus vir, qui in ſapientia morabitur, ⁊ qui in iuſtitia meditabitur, ⁊ in ſenſu cogitabit circunſpectionem Dei. Cibabit illum pane vitę ⁊ intellectus: ⁊ aqua ſapientię ſalutaris potabit illum: ⁊ firmabitur in illo: ⁊ nō flectetur: ⁊ continebit illum, ⁊ non confundetur: ⁊ exaltabit illum apud proximos ſuos: ⁊ nomine ęterno hereditabit illum, dominus Deus noſter. Graduale.

Juſtus vt palma florebit, ſicut cedrus Libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane miſericordiā tuā: ⁊ veritatē tuam per noctem. Alleluia. ℣. Juſtus germinabit ſicut lilium, ⁊ florebit in ęternum ante dñm.

Secundum Marcum. vj.



IN illo tempore: Miſit Herodes ac tenuit Joannē, et vinxit eū in carcerē, propter Herodiadē vxorē Philippi fratris ſui, quia duxerat eam. Dicebat enim Joānes Herodi. Non licet tibi habere vxorē fratris tui. Herodias aūt inſidiabatur illi, ⁊ volebat occidere eū: nec poterat. Herodes enim metuebat Joannē, ſciens eū virum iuſtū ⁊ ſanctū: ⁊ cuſtodiebat eū, ⁊ audito eo multa faciebat, ⁊ libenter eum audiebat. Et quum dies opportunus accidiſſet, Herodes natalis ſui cęnā fecit principib9, ⁊ tribunis, ⁊ primis Galilęę. Quūq; introiſſet filia ipſius Herodiadis, ⁊ ſaltaſſet, ⁊ placuiſſet Herodi, ſimulq; recumbentibus, rex

ait

ait puellę. Pete a me quod vis: ⁊ dabo tibi. Et iurauit illi: quia quicquid petieris, dabo tibi: licet dimidium regni mei. Que cū exiſſet, dixit matri ſuę. Quid petam? At illa dixit. Caput Joānis Baptiſtę. Cumq; introiſſet ſtatim cum feſtinatione ad regem: petiuit dicēs. Volo vt prótinus des mihi in diſco caput Joannis Baptiſtę. Et contriſtatus eſt rex propter iuſiurandū: ⁊ propter ſimul diſcumbentes noluit eam cōtriſtare: ſed miſſo ſpiculatóre, pręcepit afferri caput eius in diſco. Et decollauit eū in carcere: ⁊ áttulit caput eius in diſco, ⁊ dedit illud puellę: ⁊ puella dedit matri ſuę. Quo audito, diſcipuli eius venerunt: ⁊ tulerunt corpus eius, ⁊ poſuerunt illud in monumento. **Offertorium.**

In virtute tua dñe lętabit̄ iuſtus, ⁊ ſup ſalutare tuū exultabit vehemēter: deſyderium animę eius tribuiſti ei. **Secre.**

Munera quę tibi domine pro ſcti martyris tui Joānis Baptiſtę paſſione deférim⁹: quia dum finitur in terris, factus eſt in cęleſti ſede perpétuus, quęſumus, vt ei⁹ obténtu nobis próficiant ad ſalutem. Per dominū noſtrum Jeſum. **Communio.**

Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide precioſo. **Poſtcóm.**

Conferat nobis domine ſancti Joannis Baptiſtę vtraque ſolennitas, vt ⁊ magnifica ſacramenta quę ſūpſimus, ſignificata veneremur: ⁊ in nobis pótius édita gaudeamus. Per do.

¶ Pro comemo. ſanctorū martyrum Felicis ⁊ Adaucti. Oratio.



Maieſtatē tuā domine ſupplices exoramus: vt ſicut nos iugiter ſanctorū tuorum commemoratione lętificas, ita ſemper ſupplicatione defendas. Per dominū noſtrū Jeſum Chriſtum filium. **Secre.**

Hoſtias domine plebis tuę intende, ⁊ quas in honore ſanctorum tuorum deuota mente cēlebrant, proficere ſibi ſentiāt ad ſalutem. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum. **Poſtcommu.**

Repleti domine munéribus ſacris, quęſumus, vt intercedentibus ſanctis tuis, in gratiarum tuarum ſemper actione maneamus. Per dominum no.

¶ Pro commemoratione ſancti Hermetis martyris. Oratio.



Deus qui beatū Hermétē martyrem tuum, virtute cōſtantię in paſſione roboraſti: ex eius nobis imitatione tribue pro amore tuo próſpera mundi deſpicere, ⁊ nulla eius aduerſa formidáre. Per dominum noſtrum. **Secreta.**

Sacrificium tibi domine, laudis offerimus in tuorū commemorationem ſanctorum, da quęſumus, vt quod illis contulit ad gloriam, nobis proſit ad ſalutem. Per domi. Poſtcōmu.

Repleti domine benedictione cęleſti, quęſum⁹ clementiam tuam: vt intercedente beato Hermete martyre tuo, quę humiliter gerimus, ſalubriter ſentiamus. Per dominum noſtrū.

¶ In feſto ſancti Egidij Abbatis. Introitus. Os iuſti meditabitur. Epiſt. Dilectus Deo. Euāg. Dixit Simon Petrus. vt in cōmuni Abbatum. fol. 228.

¶ Pro cōmemo. ſanctorū martyrum duodecim fratrum. Orō.

Fraterna nos domine martyrū tuorum corōna lętificet, quę ⁊ fidei noſtrę prębeat incitamenta virtutum, ⁊ multiplici nos ſuffrágio conſoletur. Per. Secre.

Iterata myſteria domine pro ſanctorum martyrum tuorum commemoratione, deuota mente tractemus, quibus nobis ⁊ pręſidium creſcat, ⁊ gaudiū. Per dominum noſtrum. Poſtcom.

Preſta quęſumus omnipotens deus, vt quorum memoriam, ſacramenti participatione recolimus, fidem quoque proficiendo ſectemur. Per dominū noſtrum Ieſum Chriſtū.

¶ In Natiuitate beatiſſi. Marię virginis. Introitus.



Salue ſancta parēs enixa puērpera regem, qui cęlū terramque regit in ſecula ſeculorū. Ps. Virgo dei genitrix, quem totus non capit orbis: in tua ſe clauſit viſcera factus homo. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Orō.

Famulis tuis quęſumus domine, cęleſtis gratię munus impartire: vt quibus beatę virginis partus extitit ſalutis exordium, Natiuitatis eius votiua ſolennitas, pacis tribuat incrementum. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vni.

Lectio libri Sapientię. viij.

Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quicquam faceret a principio. Ab ęterno ordinata ſum, ⁊ ex antiquis, antequā terra fieret. Nondū erāt abyſſi, ⁊ ego iam concepta

cépta eram. Necdũ fontes aqua-
rum eruperant: Necdum mon-
tes graui mole conſtiterant: an-
te omnes colles ego parturie-
bar. Adhuc terram non fecerat,
⁊ flumina,⁊ cárdines orbis terrę.
Quando pręparabat cęlos áde-
ram: quando certa lege ⁊ gyro
vallábat abyſſos: quando ęthe-
ra firmabat ſurſum: ⁊ librabat
fontes aquarum: quando circún-
dabat mari terminum ſuum,⁊ le-
gem ponebat aquis, ne tranſi-
rent fines ſuos: quando appen-
debat fundamenta terrę: cum eo
eram cuncta compónens, ⁊ dele-
ctabar per ſingulos dies: ludens
coram eo omni tempore, ludens
in orbe terrarũ, ⁊ delícię meę eſ-
ſe cum filijs hominum. Nunc er-
go filij audíte me. Beati qui cu-
ſtódiunt vias meas. Audite diſci
plinam,⁊ eſtóte ſapientes, ⁊ nolí-
te abijcere eam. Beatus homo
qui audit me, ⁊ qui vigilat ad fo-
res meas quotídie, ⁊ obſeruat
ad poſtes oſtij mei. Qui me in-
uénerit, inuéniet vitam, ⁊ hau-
riet ſalutẽ á domino. Gradua.
Benedicta ⁊ venerabilis es virgo Ma-
ria: quę ſine tactu pudoris inuenta es
mater ſaluatoris. ℣. Uirgo dei génitrix,
quem totus non capit orbis, in tua ſe
cláuſit víſcera factus homo. Alleluia.
℣. Felix es ſacra virgo Maria, ⁊ omni
laude digniſſima: quia ex te ortus eſt
ſol iuſtitię. Item Alleluia. ℣. Poſt
partum virgo inuioláta permanſiſti,
dei genitrix intercede pro nobis.

M. M.

Initium ſancti Euangelij ſecun-
dum Mattheum. j.



Liber gene-
rationis
Jeſu Chri-
ſti filij Da-
uid: filij
Abrahã.
Abraház
genuit J-
ſaác: Jſaác autem génuit Jacob:
Jacob autẽ genuit Júdam ⁊ fra-
tres eius. Júdas autem genuit
Pharés ⁊ Zarám de Thámar:
Pharés autem genuit Eſróm:
Eſróm aũt genuit Arám: Arám
autem genuit Aminadáb. Ami-
nadáb autem genuit Naaſſón:
Naaſſón autẽ genuit Salmón,
Salmón autem genuit Boóz de
Rhaáb, Boóz aũt genuit Obéd
ex Ruth: Obéd autem genuit
Jeſſé: Jeſſé autem genuit Da-
uíd regem. Dauid autem rex ge-
nuit Salomonem ex ea quę fuit
Urię. Salomón autem genuit
Roboám: Roboám aũt genuit
Abiá: Abiá aũt genuit Aſá, Aſá
autem genuit Joſaphát. Joſa-
phát autẽ genuit Jorám, Jorám
autẽ genuit Oziá, Ozías autẽ ge-
nuit Joatham: Joatham autem
genuit Achaz: Achaz autem ge-
nuit Ezechiam: Ezechias autem
genuit Manaſſén: Manaſſés au
tem genuit Amón: Amón autẽ
genuit Joſiam: Joſias autem ge
nuit Jechoniam ⁊ fratres eius

in tranſmigratione Babylónis.
Et poſt tranſmigrationem Ba
bylónis Jechonias genuit Sa
lathiel, Salathiel aūt genuit Zo
robabel, Zorobabel auté genuit
Abiud, Abiud autez genuit Elia
chim: Eliachim autem genuit
Azór, Azór auté genuit Sadoc,
Sadóc autem genuit Achím,
Achím auté genuit Eliúd, Eliúd
auté genuit Eleázar. Eleázar au
tem genuit Matthán: Matthán
autem genuit Jacób, Jacób au
tem genuit Joſeph virū Marię,
de qua natus eſt Jeſus, qui voca
tur Chriſtus. Credo. Offerto.
Beata es virgo Maria, quę omnium
portaſti creatorē: genuiſti qui te fecit, ꝛ
in ęternuz pérmanes virgo. Offerto.
Aue Maria gratia plena, dñs tecum:
benedicta tu in mulieribus: ꝛ benedi
ctus fructus ventris tui. Secreta.
Vnigéniti tui dñe nobis ſuc
currat humanitas: vt qui
natus de virgine, matris integri
tatem non minuit, ſed ſacrauit,
in Natiuitatis eius ſolénnijs, no
ſtris nos piáculis éxuens, obla
tioné noſtram ſibi faciat acceptā
Jeſus Chriſtus dominus no
ſter. Qui tecum viuit. Prefatio.
Et te in Natiuitate. ꝛc. Commu.
Beata viſcera Marię virginis: quę por
tauerunt ęterni patris filiū. Poſtcó.
Sumpſimus dñe celebritatis
ánnuę votiua ſacramenta: prę
ſta q̄s, vt ꝛ tépoꝛalis vitę nobis
remedia prębeát, ꝛ ęternę. Per.
Infra oct. fit idé offiñ ſicut i die.

¶ Pro commemoratione ſan
cti Gorgónij martyris. Oratio.
Sanctus tuus do
mine Gorgóniꝰ
ſua nos interceſ
ſione lętificet, ꝛ
pia faciat ſolen
nitate gaudere.
Per dominum noſtruz. Secre.
Grata tibi ſit dñe noſtrę ſer
uitutis oblátio, pro qua ſan
ctus tuus Gorgóniꝰ martyr in
teruéntor exiſtat. Per. Poſtcó.
Familiam tuam deus ſuaui
tas ęterna contingat, ꝛ vége
tet, quę in martyre tuo Gorgó
nio, Chriſti filij tui bono iugiter
odore paſcatur. Per eundem.
¶ Pro cómemo. ſanctorū mar
tyrum Proti ꝛ Hyacinthi. Orō.
Beatoruz mar
tyruz tuoruz
Proti, ꝛ Hya
cinthi nos do
mine foueat
precioſa cófeſ
ſio, ꝛ pia iugi
ter interceſ
ſio tueatur. Per domi. Secre.
Pro ſctórū martyrū tuorum
Proti ꝛ Hyacinthi comme
moratióe munera tibi dñe, q̄ de
bemꝰ exóluimus, pręſta q̄ſumus,
vt remedium nobis perpetuę ſa
lutis operentur. Per. Poſtcó.
Vt percépta nos dñe tua
ſancta purificent: beatorū
martyrū tuorū Proti, ꝛ Hyacin
thi q̄ſumꝰ implóret oratio. Per.

¶ In

¶ In Exaltatione ſanctę Cru-
cis. Introitus.



NOs autem gloriari opor-
tet in cruce domini noſtri
Jeſu Chriſti: in quo eſt ſalus, vi-
ta, ⁊ reſurrectio noſtra, per quem
ſaluati ⁊ liberati ſumus. Ps. De⁹
miſereatur noſtri, ⁊ benedicat nobis: il-
luminet vultum ſuum ſuper nos, ⁊ mi-
ſereatur noſtri. ℣. Gloria pa. Oratio.
DEus qui nos hodierna die
Exaltationis ſanctę Cru-
cis ánnua ſolennitate lętificas:
preſta queſumus: vt cuius my-
ſtérium in terra cognóuimus,
eius redemptionis premia in cę-
lo mereamur. Per eundem do.
Et fit cómemoratio de Natiuita-
te ſanctę Marię. Famulis tuis.
Lectio epiſtolę beati Pauli apo
ſtoli ad Philippenſes. ij.
FRatres: Chriſtus factus eſt
pro nobis obédiens vſque
ad mortem: mortez aũt Crucis.

MM.

Propter quod ⁊ de⁹ exaltauit il-
lu;: ⁊ donauit illi nomé, quod eſt
ſup omne nomen: vt in nomine
Jeſu omne genu flectaẽ, cęleſtiũ,
terreſtrium, ⁊ infernorũ: ⁊ oĩs lin
gua cófiteaẽ, q; dñs Jeſus Chri-
ſtus in gloria eſt dei patris. Gra.
Chriſtus fact⁹ eſt pro nobis obédiens
vſq; ad morté: mortem auté crucis. ℣.
Propter quod ⁊ deus exaltauit illũ: ⁊
dedit illi nomé quod eſt ſuper omne no
mé. Alla. ℣. Dulce lignũ, dulces cla-
uos, dulcia ferens póndera: q̃ ſola fuiſti
digna ſuſtinére regem cęlorum ⁊ dñm.
Ité Alla. ℣. Nos auté gloriari opor-
tet in Cruce dñi noſtri Jeſu Chriſti.
Secundum Joannem. xij.



IN illo
tépore:
Dixit Je-
ſus turbis
Judęorũ.
Nũc iudí
cium eſt
mundi:
nũc prin-
ceps huius mũdi eijcietur foras.
Et ego ſi exaltatus fuero á terra:
omnia traham ad me ipſum. Hoc
aũt dicebat ſignificans qua mor-
te eſſet moriturus. Reſpondit ei
turba. Nos audiuim⁹ ex lege, q;
Chriſtus manet in ęternũ: ⁊ quo-
modo tu dicis, oportet exaltari
filiũ hominis? Quis eſt iſte filius
hominis? Dixit ergo eis Jeſus.
Adhuc módicũ lumen in vobis
eſt. Ambulate dum lucé habetis:
vt nó ténebrę vos cóprehendát.

Et qui ámbulat in ténebris, neſcit quò vadat. Dum lucem habetis, crédite in lucem: vt filij lucis ſitis. Credo. Offertorium.

Prótege domine plebem tuam per ſignum ſanctę Crucis ab inſidijs inimicorum omniũ: vt tibi gratam exhibeamus ſeruitutem: ⁊ acceptábile tibi fiat ſacrificium noſtrum, alleluia. Secre.

IEſu Chriſti dñi noſtri corpore ⁊ ſanguine ſaginandi, per quez Crucis eſt ſanctificatũ vexillum: quęſumus domine deus noſter: vt ſicut illud adorare meruimus, ita perenniter eius glorię ſalutari potiámur effectu. Per eundẽ. Prębatio. Qui ſalutem humani generis. Communio.

Per ſignum crucis de inimicis noſtris libera nos deus noſter. Poſtcõmu.

ADéſto nobis dñe deus noſter: ⁊ quos ſanctę Crucis lętári facis honore, eiꝰ quoqꝫ perpétuis defende ſubſidijs. Per.

¶ In feſto ſanctorũ martyrum Cornélij ⁊ Cypriani, fit officium de cõmuni plurimorum martyrum: pręter orationes. Introitꝰ. Iuſti epulentur. fol. 222. Oratio.

BEatorum martyrum tuorum paritérqꝫ pontificum Cornélij ⁊ Cypriani nos q̃ſumus dñe, feſta tueantur, ⁊ eorum commendet oratio venerãda. Per dominũ. Epiſtola. Rememoramini priſtinos dies. fol. 221. Euangelium.

Sedente Ieſu ſuper montem Oliueti. folio 222. Secreta.

ADéſto dñe ſupplicationibus noſtris, quas in ſanctoruz tuorum cõmemoratioñe deferimus: vt qui noſtrę iuſtitię fidúciam non habemus, eorum qui tibi placuerunt méritis adiuuemur. Per dominuz. Poſtcõ.

QVęſumus dñe ſalutaribus repléti myſterijs: vt quorũ ſolennia celebramus, eoruz orationibꝰ adiuuemur. Per.

¶ Pro commemoratione ſanctorum martyrum Euphemię, Lucię, ⁊ Geminiani. Oratio.

REſta dñe precibus noſtris cum exultatione proueniéntum: vt quorum diez paſſionis ánnua deuotione recólimus, etiam fidei conſtantiam ſubſequamur. Per dominum noſtrum Ieſum. Secre.

VOta populi tui quęſumus domine, propitiatus intende: ⁊ quorum nos tribuis ſolennia celebrare, fac gaudere ſuffragijs. Per dominum noſtruz Ieſum Chriſtum. Poſtcómunio.

EXaudi dñe preces noſtras, ⁊ ſanctorum martyrum tuorũ Euphemię, Lucię, ⁊ Geminiani, quorum feſta ſolenniter celebrámus, continuis foueámur auxilijs. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate.

¶ Pro

¶ Pro commemoratione ſancti Nicomédis martyris. Oratio.



Deſto domine pplo tuo: vt beati Nicomédiſ martyris tui preclara merita ſuſcipiens: ad impetrandaʒ miſericordiá tuá, ſemper eius patrocinijs adiuuetur. Per. Secr.

SVſcipe dñe munera propiti9 oblata: quę maieſtati tuę beati Nicomédis martyris tui commendet oratio. Per. Poſtcõm.

PVrificét nos quęſumus domine, ſacraméta quę ſumpſimus: ⁊ intercedente beato Nicoméde martyre tuo, á cunctis efficiant vitijs abſolutos. Per do.

Si vigilia ſancti Matthęi apoſtoli venerit feria iiij. vel vj. aut ſabbatho quatuor temporũ: cantatur Miſſa quatuor temporum cum commemoratione vigilię.

¶ In vigilia ſcti Matthęi apoſtoli ⁊ euangeliſtę. Introitus.



Go autem ſicut oliua fructificaui i domo dñi: ſperaui i miſericordia Dei mei: et expectabo nomen tuuʒ: quoniam bonuʒ eſt ante conſpectum ſanctorũ tuoruʒ. Ps. Quid gloriaris in malitia: qui potés es in iniquitate: ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oró.

DA quęſumus omnipotens De9: vt beati Matthęi apoſtoli tui ⁊ euágeliſtę, quá preuenim9, venerãda ſolénnitas, ⁊ deuotioné nobiſ áugeat ⁊ ſaluté. Per.

Lectio libri Sapientię. iij.

BEatus homo qui inuenit ſapientiá, ⁊ qui áffluit prudentia. Melior eſt acquiſitio eius negociatione auri, ⁊ argéti: primi ⁊ puriſſimi fruct9 eius. Precióſior eſt cunctis ópib9 ſapientia: ⁊ oía quę deſyderantur, huic nõ valét cõparari. Longitudo dierum in dextera eius, ⁊ in ſiniſtra illíus diuitię ⁊ gloria. Vię ei9, vię pulchrę, ⁊ omnes ſémitę illius pacificę. Lignum vitę eſt his qui apprehénderint eam, ⁊ qui tenúerit eam beatus. Dñs ſapientia fundauit terrá, ⁊ ſtabiliuit cęlos prudentia. Sapiétia illius eruperunt abyſſi, ⁊ nubes rore cõcréſcunt. Grá.

Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicábitur i domo dñi. ℣. Ad annuntiandum mane miſericordiá tuam: ⁊ veritatem tuam per noctem.

Secundum Lucam. v.



IN illo tépore: Vidit Jeſus publicanú noie Leui, ſedétem ad telonéum, ⁊ ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus; ſur-

ſurgens ſecutus eſt eum: ⁊ fecit
ei conuiuium magnum Leui in
domo ſua: ⁊ erat turba multa pu-
blicanorum ⁊ aliorum, qui cum
illis erant diſcumbentes: ⁊ mur-
murabant phariſei ⁊ ſcribę eo-
rum, dicentes ad diſcipulos eiꝰ.
Quare cum publicanis ⁊ pecca-
toribus manducatis ⁊ bibitis? ⁊
reſpondens Jeſus, dixit ad il-
los. Nõ egent qui ſani ſunt medi
co, ſed qui male habẽt. Nõ enim
veni vocare iuſtos, ſed peccato-
res ad penitentiam. Offertoriũ.
Gloria ⁊ honore coronaſti eum: ⁊
conſtituiſti eum ſuper opera manuum
tuarum domine. Secreta.

Apoſtolicę reuerentię cul-
men offerimus tibi ſacris
myſterijs imbuendũ: pręſta quę-
ſumus domine, vt beati Apoſto
li tui ⁊ euangeliſtę Matthęi ſuf-
fragijs, cuius natalitia pręueni-
mus, hęc plebs tua ſemper ⁊ ſua
vota depromat, ⁊ deſyderata per
cipiat. Per dominum noſtrum
Jeſum Chriſtum filium tuum,
qui tecum viuit ⁊ regnat in vni-
tate ſpiritus ſancti. Communio.
Poſuiſti domine in capite eius coro-
nam de lapide precioſo. Poſtcõm.

Sancti apoſtoli tui ⁊ euangeli-
ſtę Matthęi quęſumus domi
ne, ſupplicatione placatus, ⁊ ve-
niaʒ nobis tribue, ⁊ remedia ſem
piterna concede. Per dominuʒ
noſtrum Jeſum Chriſtum filiuʒ
tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat
in vnitate ſpiritus ſancti Deus.

In feſto ſancti Matthęi apo
ſtoli ⁊ euangeliſtę. Introitus.



S iuſti meditabi
tur ſapientiam, ⁊
lingua eiꝰ loque-
tur iudicium: lex
dei eius in corde
ipſius. Ps. Noli
ęmulari in malignantibus, neqꝫ zelaue-
ris facientes iniquitatem. ℣. Gloria
patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

Beati Apoſtoli, ⁊ euangeliſtę
Matthęi domine precibus
adiuuemur: vt quod poſſibili-
tas noſtra non obtinet, eius no-
bis interceſſione donetur. Per.

Lectio Ezechielis prophetę. j.

Similitudo vultus quatuor
animalium: facies hominis, ⁊
facies leonis à dextris ipſorum
quatuor: facies autem bouis à
ſiniſtris ipſorum quatuor: ⁊ fa-
cies aquilę deſuper ipſoruʒ qua-
tuor: ⁊ facies eorum, ⁊ pennę eo-
ruʒ extentę deſuper. Duę pennę
ſingulorum iungebantur, ⁊ duę
tegebant corpora eorũ: ⁊ vnum-
quodqꝫ eorum coram facie ſua
ambulabat. Vbi erat impetus
ſpiritus, illuc gradiebantur: Nec
reuertebantur quum ambula-
rent. Et ſimilitudo animalium, ⁊
aſpectus eorum quaſi carbonuʒ
ignis ardentium, ⁊ quaſi aſpe-
ctus lampadarum. Hęc erat vi-
ſio diſcurrens in medio anima-
lium, ſplendor ignis, ⁊ de igne ful
gur egrediens. Et animalia ibãt,
⁊ reuertebantur, in ſimilitudineʒ
fulguris

fulguris coruſcantis. Graduale. Beatus vir qui timet dñm: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. Alleluia. ℣. Te glorioſus apoſtolorũ chorus laudat domine.

Secundum Mattheum. ix.



IN illo tempore: Vidit Jeſus homines ſedentes in teloneo Mattheũ nomine: et ait illi. Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum. Et factum eſt diſcumbente eo in domo: ecce multi publicani et peccatores venientes diſcumbebant cum Jeſu et diſcipulis eius. Et videntes phariſei, dicebant diſcipulis eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magiſter veſter? At Jeſus audiens ait. Non eſt opus valentibus medicus: ſed male habentibus. Euntes autem diſcite quid eſt, miſericordiam volo, et non ſacrificiũ. Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Credo in vnũ deum. Offer. Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide precioſo: vitam petijt a te, et tribuiſti ei, alleluia. Secreta.

SUpplicationibus apoſtolicis beati Matthei Euangeliſte, queſumus domine eccleſie tue commendetur oblatio: cuius magnificis predicationibus eruditur. Per dominum noſtrum. Prefatio de Apoſtolis. Commu. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam et magnum decorem impones ſuper eum domine. Poſtcommu.

PErceptis domine ſacramentis, beato Mattheo apoſtolo tuo et euangeliſta interueniente deprecamur: vt que pro eius celebrata ſunt gloria, nobis proficiant ad medelam. Per domi.

¶ In feſto ſanctorum martyrũ Mauricij et ſociorum eius fit officium de cõi plurimorum martyrum, preter orationes. Introi. Intret in cõſpectu, tuo. 219. Oro.



Annue queſumus omnipotens deus: vt ſanctorũ martyrum tuorũ Mauricij et ſociorũ eius nos letificet feſtiua ſolennitas: vt quorum ſuffragijs nitimur, eorum natalitijs gloriemur. Per dominum. Epiſt. Juſti in ppetuũ viuẽt. 219. Euãg. Videns Jeſus turbas. 220. Secr.

REſpice queſumus domine, munera que in ſanctorum martyrum tuorum Mauricij et ſociorum eius cõmemoratione deferimus: et preſta, vt quorũ honore ſunt grata, eorũ nobis fiãt interceſſione ppetua. Per. Poſtcõ.

CAeleſtibus refecti ſacramentis et gaudijs, ſupplices te rogamus

gamus domine, vt quorum glo-riamur triumphis, protegamur auxilijs. Per dominum noſtruz Jeſum Chriſtum filium tuum.

¶ Pro commemoratione ſanctorum martyrum Cypriani ⁊ Juſtinę. Oratio.

Beatorū martyrum tuorū Cypriani, ⁊ Juſtinę, nos domine fóueant continuáta pſidia: quia non déſinis propitius intuéri, quos talibus auxilijs concéſſeris adiuuári. Per dominum no. Secreta.

Munera tibi dñe noſtrę deuotionis offerimus: quę ⁊ pro tuorū tibi grata ſint honore iuſtorū, ⁊ nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per. Poſtcó.

PResta nobis quęſumus domine intercedentibus ſanctis tuis Cypriano ⁊ Juſtina, vt quę ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominuz no.

¶ In feſto ſanctorum martyrū Coſmę, ⁊ Damiani. Introitus.

Sapientiam ſanctorum narrent populi, ⁊ laudes eorū nuntiet eccleſia: nomina aūt eorū viuent in ſeculum ſeculi. Ps. Exultate iuſti in domino: rectos decet laudatio. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiri. Oratio.

PResta quęſumus oīpotens deꝰ, vt qui ſanctoruz martyrum tuorum Coſmę ⁊ Damiani natalitia cólimus, á cunctis malis imminentibus, eorū interceſſionibus liberemur. Per. Epiſtol. Sancti per fidem. 221. Gradua.

Clamauerunt iuſti, ⁊ dominus exaudiuit eos: ⁊ ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ℣. Juxta eſt dominus his qui tribulato ſunt corde: ⁊ humiles ſpiritu ſaluabūtur. Alleluia. ℣. Hęc eſt vera fraternitas, quę vicit mundi crímina, Chriſtum ſecuta eſt inclyta, tenens regna cęleſtia. Euang. Deſcendens Jeſus de monte. quęre in communi plurimorum martyrum. fo. 222. Offertorium.

Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iuſto: domine vt ſcuto bonę voluntatis tuę coronaſti nos. Secreta.

SAnctorum tuorum nobis domine pia nō deſit oratio, quę ⁊ munera noſtra conciliet, ⁊ tuaz nobis indulgentiam ſemper obtineat. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Communio.

Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum domine eſcas volatílibus cęli, carnes ſanctorum tuorum beſtijs terrę: ſecundum magnitudinem brachij tui póſſide filios mortificatorum. Poſtcomm.

PRótegat quęſumus domine populum tuum, ⁊ participatio cęleſtis indulta conuiuij: ⁊ deprecatio collata ſanctorum. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecū.

In

¶ In feſto Dedicationis ſancti Michaelis Archangeli. Introi.

Benedicite dominū omnes angeli ei⁹, potentes virtute: qui facitis verbum eius ad audiendaȝ voceȝ ſermonum eius. Ps. Benedic anima mea domino: ⁊ omnia quę intra me ſunt, nomini ſancto eius. ℣. Gloria. Oratio.

Deus qui miro ordine, angelorum miniſteria, hominumq; diſpenſas: cōcede propitius, vt quibus tibi miniſtrātib⁹ in cęlo ſemper aſſiſtitur, ab his in terra vita noſtra muniatur. Per.

Lectio libri Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. j.

In diebus illis: Significauit Deus quę oportet fieri cito, loquens per angelum ſuum ſeruo ſuo Joanni, qui teſtimoniū perhibuit verbo dei, ⁊ teſtimonium Jeſu Chriſti quęcunque vidit. Beatus qui legit, ⁊ qui audit verba prophetię huius, ⁊ ſeruat ea quę in ea ſcripta ſunt. Tempus enim prope eſt. Joanneȝ ſeptem eccleſijs, quę ſunt in Aſia, gratia vobis ⁊ pax, ab eo qui eſt, ⁊ qui erat, ⁊ qui venturus eſt: ⁊ a ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni ei⁹ ſunt, ⁊ a Jeſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, ⁊ princeps regum terrę: qui dilexit nos, ⁊ lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Graduale.

Benedicite dñm omnes angeli eius, potētes virtute: qui facitis verbū eius. ℣. Benedic anima mea dominum, ⁊ omnia interiora mea nomen ſanctum eius. Alleluia. ℣. Sancte Michael archangele defende nos in prelio, vt nō pereamus in tremendo iudicio. Iteȝ. Alleluia. ℣. Concuſſuȝ eſt mare, ⁊ cōtremuit terra: vbi archangelus Michael deſcendebat de celo. Item. Alla. ℣. Qui facit angelos ſuos ſpiritus: ⁊ miniſtros ſuos flammam ignis.

Secundum Mattheum. xviij.



In illo tempore: Acceſſerunt diſcipuli ad Jeſuȝ dicentes. Quis putas maior eſt in regno cęlorum? Et aduocans Jeſus paruulum, ſtatuit eū in medio eorum, ⁊ dixit. Amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicut paruuli, nō intrabitis in regnum cęloruȝ. Quicunq; ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno cęlorum: ⁊ qui ſuſceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me ſuſcipit. Qui autem ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo ei⁹, ⁊ demergatur in profundum

funduꝫ maris. Ve mundo á ſcándalis. Neceſſe eſt enim vt veniát ſcándala: Verúntamen vę homini illi, per quem ſcándaluꝫ venit. Si autem manus tua, vel pes tuus ſcandaliꝫat te, abſcíde euꝫ, ⁊ próijce abs te. Bonum eſt tibi, ad vitam ingredi débilem, vel claudum, quàm duas manus, vel duos pedes habentem, mitti in ignem ęternum. Et ſi oculus tuus ſcandaliꝫat te, érue eum ⁊ próijce abs te. Bonum eſt tibi cum vno oculo ad vitaꝫ intráre, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis. Dico enim vobis, quia angeli eorum ſemper vident faciem patris mei, qui in cęlis eſt. Credo in vnum deum. Offerto.

Stetit angelus iuxtá aram templi, habens thuríbulū áureū in manu ſua: ⁊ data ſunt ei incenſa multa, ⁊ aſcēdit fumus arómatū in conſpectu dei, all'a. Secr.

Hoſtias tibi domine laudis offérimus, ſuppliciter deprecantes, vt eáſdē angélico pro nobis intercedente ſuffrágio, ⁊ placat' accípias, ⁊ ad ſalutē nr̄am prouenire cōcedas. Per. Cōm.

Benedicite omnes angeli domini dominum: hymnum dicite, ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Poſtcommunio.

Beati Archangeli tui Michaelis interceſſione ſuffulti, ſupplices te domine deprecamur, vt quod ore proſéquimur, contingamus ⁊ mente. Per do.

¶ In feſto ſancti Hieronymi presbyteri confeſſoris ⁊ doctoris eccleſię fit officium de communi doctorū pręter orationes. Introi. In medio eccleſię. Oro.

Deus qui nobis beatum Hieronymum confeſſorem, ſacerdotemqꝫ tuum, ſcripturę ſanctę veritatē, ⁊ myſtica ſacramenta reuelare dignatus es: pręſta quęſumus, vt cuius natalitia cólimus, eius ſemper ⁊ erudiamur doctrinis, ⁊ meritis adiuuemur. Per.

Epiſt. Teſtificor coram deo. 224.

Euang. Vos eſtis ſal terrę. 224.

Credo in vnum Deum. Secre.

Hoſtias tibi dn̄e beati Hieronymi cōfeſſoris tui dicátas meritis benign' aſſúme: ⁊ ad perpétuum nobis tribue prouénire ſubſidium. Per. Poſtcōm.

Omnipotēs ſempiterne deus, qui eccleſię tuę beatum Hieronymū confeſſorem tuum, ſcripturę ſanctę verum intérpretem, ⁊ tractatórem cathólicum tribuiſti: concede propitius: vt eius ſemper erudita doctrinis ſtábili fide, in veneratione tui nominis, ⁊ agnitione ꝓfíciat. Per.

¶ In feſto ſancti Remigij epi, ⁊ cōfeſ. Miſſa. Statuit ei domin'. Epiſt. Plures facti ſūt Sacerdotes. Euág. Vigilate qr neſcitis. Et cętera de comuni vnius confeſſoris pontificis. folio 225.

¶ In

In feſto ſancti Franciſci confeſſoris. Introitus.

Mihi aũt abſit gloriari, niſi ĩ cruce Domini noſtri Ieſu Chři: per quẽ mihi mũdus crucifix⁹ eſt, ⁊ ego mũdo. ps. Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus ſum. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in prin. Oro.

Deus, qui eccleſiam tuam beati Franciſci meritis fetu nouę prolis amplificas: tribue nobis, ex eius imitatione terrena deſpicere, ⁊ cęleſtiũ donorum ſemper participatione gaudere. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiũ tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Galatas. vj.

Fratres: Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, ⁊ ego mundo. In Chriſto enim Ieſu neq; circunciſio aliquid valet, neque pręputium, ſed noua creatura. Et quicunq; hanc regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos, ⁊ miſericordia, ⁊ ſuper Iſrael Dei. De cętero nemo mihi moleſtus ſit. Ego enim ſtigmata domini Ieſu in corpore meo porto. Gratia dñi nři Ieſu Chriſti cum ſpũ veſtro fratres. Amen. Gra.

Os iuſti meditabitur ſapientiam, ⁊ lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipſius: ⁊ non ſupplantabuntur greſſus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Franciſcus pauper ⁊ humilis: cęlum diues ingreditur, hymnis cęleſtibus honoratur. Alleluia. Euãg.

Confiteor tibi pater. De communi pluri. marty. fo. 223. Offer.

Veritas mea, et miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Munera tibi domine, dicata ſanctifica, ⁊ intercedente beato Franciſco, ab omni nos culparum labe purifica. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Cõmunio.

Fidelis ſeruus ⁊ prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram. Poſtcommunio.

Eccleſiam tuam, quęſumus domine, gratia cęleſtis amplificet: quam beati Franciſci illuminare voluiſti glorioſis meritis, ⁊ exemplis. Per dominum noſtrum Ieſu; Chriſtum filium tuum, qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

IN FESTO SANCTI PLACIDI MARTYRIS,

⁊ ſocioꝛum eius. Introitus.



Gaudeamus omnes in domino diem feſtum celebrantes in honoꝛe ſanctoꝛuꝫ martyruꝫ Placidi, ⁊ ſocioꝛuꝫ eius: de quoꝛũ paſſione gaudent angeli, ⁊ collaudãt filiuꝫ Dei. Ps. Exultate iuſti in domino: rectos decet laudatio. ℣. Gloꝛia patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui. Oꝛatio.

Omnipotens ſempiterne deus, qui hodierna die beatiſſimuꝫ Placidum cum ſocijs, per martyrij palmam ad regna ſydérea ſubleuaſti: concede pꝛopitius: vt quod eoꝛuꝫ amoꝛe depoſcimus, illoꝛuꝫ interceſſione cõſequi mereamur. Per dominum noſtrum.

Lectio libri Sapientię. iij.

IVſtoꝛum animę in manu Dei ſunt, ⁊ non tanget illos toꝛmentum moꝛtis. Viſi ſunt oculis inſipientium moꝛi, ⁊ ęſtimata eſt afflictio

ctio erit⁹ illoꝝ, ⁊ ab itinere iuſto abierunt in exterminiũ, ⁊ qđ á nobis eſt iter exterminij: illi aũt ſunt in pace. Et ſi corã hoïbus tormẽta paſſi ſunt, ſpes illoꝝ immortalitate plena eſt. In paucis vexati, in multis bene diſponentur: qm̃ de⁹ tentauit eos, ⁊ inuénit eos dignos ſe. Tanquã aurũ in fornace probauit illos, ⁊ quaſi holocauſti hoſtiã accepit illos, ⁊ i tépore erit reſpectus illoꝝ. Fulgebũt iuſti, ⁊ tanquã ſcintille in arundineto diſcurrẽt, iudicabũt nationes ⁊ dominabuntur populis, ⁊ regnabit dñs illoꝝ in perpetuum. Grad.

Exultabunt ſancti in gloria, letabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Cantate dño canticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum. Al'la. ℣. Hec eſt vera fraternitas: que vicit mundi crimina: Chriſtũ ſecuta eſt inclyta, tenens regna celeſtia.

Secundum Mattheum. xxiiij.



In illo tépore: Sedente Jeſu ſuper montẽ Oliueti, acceſſerũt ad eũ diſcipuli eius ſecretó dicentes. Dic nobis qñ hec erunt, ⁊ quod ſignũ aduẽtus tui, ⁊ conſummationis ſeculi. Et rñdens Jeſus dixit eis. Videte ne quis vos ſeducat. Multi eñi vénient in noie meo dicẽtes, ego ſuꝫ Chriſtus: ⁊ multos ſeducent. Audituri enim eſtis prelia, ⁊ opiniones prelioꝝ, videte ne turbemini. Oportet enim hec fieri, ſed nondũ eſt finis. Cõſurget enim gens in gentẽ, ⁊ regnũ in regnũ, ⁊ erũt peſtilẽtie ⁊ fames, ⁊ terremotus p loca. Hec aũt oïa initia ſunt doloꝝ. Tũc tradẽt vos ĩ tribulationẽ, ⁊ occidẽt vos, ⁊ éritis odio oib⁹ gẽtibus ꝓpter nomẽ meũ. Et tũc ſcãdalizabunt multi, ⁊ inuicẽ tradẽt, ⁊ ódio habebũt inuicẽ. Et multi pſeudo ꝓphete ſurgẽt, ⁊ ſeducẽt multos: ⁊ qm̃ abũdabit iniquitas, refrigeſcet caritas multorũ. Qui aũt pſeuerauerit vſqꝫ in finem, hic ſaluus erit. Offer.

Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu domine benedices iuſto: domine vt ſcuto bone voluntatis tue coronaſti nos. Secreta.

Oblationes populi tui dñe propitiatus intẽde, quas in beatoꝝ martyrum tuoꝝ Placidi ⁊ ſocioꝝ eius ſolennitate deférimus: ⁊ concede propitius, vt quod ad honorem ⁊ gloriã eoꝝ tibi defértur, nobis famulis tuis proſit ad veniam. Per. Cõmu.

Et ſi corã hominibus tormenta paſſi ſunt, Deus tentauit eos: tanquam aurum in fornace probauit eos: ⁊ quaſi holocauſta accepit eos. Poſtcõm.

Percéptis domine ſacroſancti corporis ⁊ ſanguinis tui munéribus, beatiſſimoꝝ martyrum tuoꝝ Placidi, ſocioꝝumqꝫ eius interuẽtu, á cunctis vitiorum cõtágijs emundemur. Per.

In

IN FESTO SANCTAE IVSTINAE VIRGINIS, ⁊ martyris. Introitus.



GAudeamus omnes ĩ domino, diem feſtū celebrantes, ſub honoꝛe beatę Juſtinę martyris: de cuiuſ paſſione gaudent angeli: ⁊ collaudant filiū Dei. ℣s. Eructauit coꝛ meum verbū bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut. Oꝛo.

DEus qui nos annua beatę Juſtinę virginis ⁊ martyris tuę ſolennitate lętificas: da vt quam veneramur officio, etiaꝫ pię conuerſationiſ ſequamur exemplo. Per do.

Lcō epiſtolę bti Pauli aplĩ ad Coꝛinth. ij.

FRatres: Qui gloꝛiatur, in dñō gloꝛietur. Non enim qui ſeipſum commendat ille pꝛobatus eſt: ſed quem deus cōmendat. Vtinam ſuſtineretis modicuꝫ quid inſipientię meę: ſed ⁊ ſuppoꝛtate me. Aemuloꝛ enim

vos

vos Dei ęmulatione. Deſpon-
di enim vos vni viro, virginem
caſtam, exhibére Chriſto. Grad.
Iuſtina virgo, regia ſtirpe nata: ſuc-
cenſa igne diuini amoris, cōſtanter
ſuſtinuit paſſionis ſupplicia. ℣. Hodie
beata Iuſtina tyranni gladio percem-
pta, comitantibus angelis cęlos glo-
rioſa conſcendit. Alleluia. ℣. Martyr
Iuſtina ⁊ virgo nobilis: venerabilis
ſponſa Chriſti: tuę gentis regina: ſal-
ua nos á terribilis hoſtis ruina.

Secundum Mattheum. xxv.



IN illo
tépore:
Dixit Ie-
ſus diſci-
pulis ſuis
parabo-
lam hác.
Simile
eſt regnū
cęlorum decem virginibus: quę
accipientes lámpades ſuas, exie-
runt óbuiam ſponſo ⁊ ſponſę.
Quinque autem ex eis erant fá-
tuę: ⁊ quinque prudentes. Sed
quinque fátuę acceptis lampá-
dibus, non ſumpſerunt oleum
ſecum. Prudentes vero accepe-
runt oleum in vaſis ſuis cum
lampádibus. Moram autem fá-
ciente ſponſo, dormitauerūt om-
nes, ⁊ dormierunt. Media au-
tem nocte clamor factus eſt: ecce
ſponſus venit, exite óbuiam ei.
Tunc ſurrexerunt omnes virgi-
nes illę: ⁊ ornauerunt lámpades
ſuas. Fátuę autem ſapientibus
dixerunt. Date nobis de oleo
veſtro: quia lámpades noſtrę ex-
tinguuntur. Reſponderunt pru-
dentes dicentes. Ne forte non
ſufficiat nobis ⁊ vobis: ite pó-
tius ad vendentes, ⁊ émite vo-
bis. Dum autem irent émere,
venit ſponſus: ⁊ quę paratę erát,
intrauerunt cum eo ad nuptias:
⁊ clauſa eſt ianua. Nouiſſime ve-
ro véniunt ⁊ relíquę virgines di-
centes. Domine, domine áperi
nobis. At ille reſpondens ait.
Amen dico vobis, neſcio vos.
Vigilate itaqz: quia neſcitis diez
neque horam. Offertorium.
O quam beata ⁊ felix Iuſtina: quę ſu-
perbi ſanguinis nobilitatem ſic humili-
tate prouexit ad gloriam: vt cęleſtis pa-
trię fieri mereretur electa. Secreta.
HOſtias tibi domine beatę
Iuſtinę virginis ⁊ marty-
ris tuę dicatas meritis benignus
aſſume: ⁊ ad perpetuum nobis
tribue prouenire ſubſidium.
Per dominū noſtrum. Cómu.
Precioſa martyr domini Iuſtina, tripli-
ci ſublimata corona: ac ſanctorū iam ſo-
ciata choris triūphat in cęlis. Poſtcō.
COntinuū nobis quęſumus
domine prębeant tua ſan-
cta ſeruorem: vt diuinis ſemper
rebus inhęrentes, intercedente
beata Iuſtina virgine ⁊ martyre
tua, cuius hodie feſta celebra-
mus: ⁊ purgemur á vitijs, ⁊ á pe-
riculis omnibus eruamur. Per
dominum noſtrū Ieſum Chri-
ſtum filium tuum, qui tecum vi.

¶ Pro commemoratione ſanctorum martyrum Sergij, Bacchi, Marcelli, ꝛ Apulei. Oratio.

Sanctorum martyrũ tuoꝝ nos domine Sergij, Bacchi, Marcelli et Apulei, beata merita ꝓſequantur: ꝛ tuo ſemper faciant amore feruentes. Per. Secre.

Maieſtatem tuam nobis domine queſumus, hec hoſtia reddat immolãda placatam, tuorum digna poſtulatione ſanctorum. Per dominũ. Poſtcõ.

Sacramentis dñe muniamur acceptis: ꝛ ſanctoꝝ martyrũ tuoꝝ Sergij, Bacchi, Marcelli ꝛ Apulei interceſſione, cõtra omnes nequitias irruentes, armis celeſtibus protegamur. Per do.

¶ Pro commemoratione ſancti Marci papę. Oratio.

Exaudi domine preces noſtras: ꝛ intercedẽte beato Marco cõfeſſore tuo atq; pontifice, ſupplicatiões noſtras placatus intende. Per dominum noſtrum Jeſum. Secre.

Accepta tibi ſit dñe ſacratę plebis oblatio, pro tuoꝝ honore ſanctoꝝ: quoꝝ ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per. Poſtcõ.

Da queſumus dñe fidelib⁹ populis ſctoꝝ tuoꝝ ſemp veneratione letari: ꝛ eoꝝ perpetua ſupplicatione muniri. Per.

¶ In feſto ſanctoꝝ martyrum Dionyſij, Ruſtici, ꝛ Eleutherij fit officium de communi plurimorum martyrum. Introitus.

Sapientiã ſanctoꝝ.f.219. Orõ.

Deus qui hodierna die beatum Dionyſiũ, martyrẽ tuum, atq; Pontificẽ virtute conſtantię in paſſione roboraſti: quiq; illi ad predicandum gentibus gloriam tuam Ruſticum ꝛ Eleutherium ſociare dignatus es: tribue nobis queſumus, eoꝝ imitatione pro amore tuo proſpera mundi deſpicere: ꝛ nulla eius aduerſa formidare. Per domi. Epiſtola. Lingua ſapientum ornat.fo.220. Euangeliũ. Attendite a fermento phariſeorum. fol.222. Secre.

Oblata tibi domine munera populi tui pro honore ſanctoꝝ martyrũ tuorum Dionyſij, Ruſtici, ꝛ Eleutherij ſuſcipe propitius queſumus: ꝛ eorum nos interceſſione ſanctifica. Per dominum noſtrum. Poſtcom.

Sumptis domine ſacramẽtis, queſumus: vt intercedẽtibus beatis martyribus tuis Dionyſio, Ruſtico, ꝛ Eleutherio, ad redemptionis eterne proficiamus augmentum. Per dominum.

¶ Pro

¶ Pro commemoratione ſancti Calixti papę, ⁊ marty. Oratio.

Deus qui nos cõſpicis ex noſtra infirmitate deficere: ad amorē tuū nos miſericorditer per ſanctorum tuorum exempla reſtaura. Per dominum no. Secreta.

Myſtica nobis domine proſit oblátio: quę nos ⁊ à reatibus noſtris expédiat, ⁊ perpétua ſaluatione confirmet. Per dominū no. Poſtcommunio.

Quęſumus omnipotēs deus: vt reátum noſtrum munera ſacra purificent, ⁊ rectè viuendi nobis operentur effectum. Per dominū noſtrū.

¶ In feſto ſancti Lucę Euangeliſtę. Introitus.



In medio eccleſię aperuit os eius: ⁊ impleuit eū dñs ſpiritu ſapientię et intellectus: ⁊ ſtolam glorię induit eum. Ps. Bonum eſt confiteri domino, ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui. Oratio.

Interueniat pro nobis quęſumus dñe ſanctus tuus Lucas euangeliſta: qui crucis mortificationem iugiter in ſuo corpore, pro tui nominis honore portauit. Per. Epiſt. Similitudo vultus quatuor anima. fo. 214. Gradua.

Conſtitues eos principes ſuper omnē terrā: memores erunt nominis tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia. ℣. Primus ad Sión dicet adſum, ⁊ Ieruſalē euangeliſtam dabo. Euāg. Deſignauit dñs. Require in cõi apłorū. 215. Credo. Offer. In omnē terrā exiuit ſonus eorū, ⁊ in fines orbis terrę verba eorum. Secr.

Donis cęleſtibus, da nobis quęſumus dñe, libera tibi méte ſeruire, vt munera quę deférimus, interueniēte beato Luca Euangeliſta tuo, ⁊ médelam nobis operentur ⁊ gloriam. Per. Prefatio de apoſtolis. Commu. Uos qui ſecuti eſtis me: ſedebitis ſuper ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Poſtcommunio.

Preſta quęſumus omnipotens deus, vt quod de ſancto altari tuo accépimus, precibus beati euangeliſtę tui Lucę ſanctificet animas noſtras: per quod tuti eſſe poſſimus. Per domi.

¶ In feſto ſanctę Urſulę, ⁊ ſociarum virginū ⁊ martyrū. Introi.



Gaudeamus omnes in domino, diē feſtum celebrātes ſub honore ſanctarum virginum: de quarū paſſione gaudent angeli ⁊ collaudant filium dei. Ps. Eructauit cor meū ver-

verbū bonū: dico ego opera mea regi.
℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui. Orō.
DA nobis queſumus domi-
ne, ſanctarum virginum ⁊
martyrum tuarum Vrſule, ⁊ ſo-
ciarum eius palmas inceſſabili
deuotione venerari: vt quas di-
gna mente nō poſſumus celebra-
re, humilibus ſaltem frequente-
mus obſequijs. Per. Epiſtola.
De virginibus preceptum. f.230.
Euangeliū. Simile eſt regnum
ce. decem virgi. quere in cōmu-
ni virginum. fol.231. Secreta.
INtende queſumus domine,
munera altaribus tuis, pro ſan
ctarum martyrum tuarum ⁊ vir
ginū Vrſule, ⁊ ſociaruꝫ eius feſti-
uitate propóſita: vt ſicut per hec
beata myſtéria, illis gloriam con
tuliſti: ita nobis indulgentiam
largiaris. Per. Poſtcōmunio.
PReſta nobis queſumus do-
mine, intercedentibus ſan-
ctis martyribus ⁊ virginibus
tuis: vt quod ore contingimus,
pura mente capiamus. Per do.
¶ Pro cōmemo. ſanctorū mar-
tyr. Chryſanthi ⁊ Darie. Oratio.
BEatoruꝫ mar
tyrum tuorū
dn̄e Chryſan
ti ⁊ Dárie q̄-
ſumus adſit
nobis oratio:
vt quos vene
ramur obſé-
quio, eorum pium iugiter expe-
riamur auxilium. Per. Secreta.
POpuli tui queſumus domi-
ne tibi grata ſit hoſtia: que
in natalitijs ſanctorum martyrū
tuorum Chryſanthi ⁊ Dárie ſo-
lenniter immolatur. Per domi-
num noſtruꝫ. Poſtcommunio.
MYſticis domine repléti ſu-
mus votis ⁊ gaudijs: pre-
ſta queſumus: vt interceſſioni-
bus ſanctorum martyrum tuo-
rum Chryſanthi ⁊ Dárie, que tē-
poraliter ágimꝰ, ſpiritualiter cō-
ſequamur. Per dominum no.
¶ In feſto Apoſtolorum Si-
monis ⁊ Iude. Oratio.
DEus qui nos per
beatos apoſto-
los tuos Simo-
nem ⁊ Iudam,
ad agnitiónē tui
nominis venire
tribuiſti: da nobis eorū gloriam
ſempiternam, ⁊ proficiendo cele-
brare, ⁊ celebrando proficere.
Epiſtola. Vnicuique noſtrum.
Euangeliū. Ecce ego mitto vos
ſicut oues. f.215. Credo. Secre.
GLoriam domine ſanctoruꝫ
apoſtolorum tuorum per-
pétuam venerantes queſumus,
vt eā ſacris myſtérijs expiati, di-
gnius celebremꝰ. Per. Poſtcō.
PErceptis domine ſacramen
tis, ſuppliciter exoramus:
vt intercedentibus beatis apo-
ſtolis tuis Simone ⁊ Iuda: que
pro illorum veneranda gérimus
paſſione, nobis proficiant ad me
delam. Per dominuꝫ noſtrum.

In

In vigil. Omnium ſctorū. Intr.



Iudicāt ſancti gētes, ⁊ domi nantur popu lis: ⁊ regnabit dn̄s illorū in perpetuū. Ps. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria. Oro.

Domine deus noſter, multi plica ſuper nos gratiam tuam: ⁊ quorum preuenimus glorioſa ſolennia, tribue ſubſequi in ſancta promiſſione lętitiā. Per dominum noſtrum Jeſū Chri.

Lectio libri Apocalypſis beati Joannis apoſtoli. v.

In diebus illis: Ecce ego Joannes vidi i medio throni, ⁊ quatuor animaliū, ⁊ in medio ſeniorum, agnum ſtantem tanquam occiſum, habentem cornua ſeptē ⁊ oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus dei miſſi in omnem terrā: ⁊ venit ⁊ accēpit librū de dextera ſedentis in throno. Et quū aperuiſſet librū, quatuor animalia, ⁊ vigintiquatuor ſeniores ceciderunt coram agno, habentes ſinguli cítharas ⁊ phialas áureas plenas odoramentorū, quę ſunt orationes ſanctorum: ⁊ cantabāt canticum nouum dicentes. Dignus es domine accípere librū, ⁊ ſóluere ſignácula eius: quoniā occiſus es: ⁊ redemiſti nos deo in ſanguine tuo, ex omni tribu ⁊ lingua, ⁊ populo, ⁊ natione: ⁊ feciſti nos deo noſtro regnum ⁊ ſacerdotes: ⁊ regnabimus ſuper terram. Et vidi: ⁊ audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni, ⁊ animaliū ⁊ ſeniorū: ⁊ erat numerus eorū millia milliū, voce magna dicentiū. Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutē, ⁊ diuinitatem, ⁊ ſapientiam, ⁊ fortitudinem, ⁊ honorem, ⁊ gloriam ⁊ benedictionem in ſecula ſeculorum, amen. Gradua.

Exultabunt ſancti in gloria: lętabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Cantate dn̄o cánticum nouū: laus eius in eccleſia ſctorū.

Secundum Lucam. vi.



In illo tempore: Deſcē dens Jeſus de mō te ſtetit in loco campeſtri: et turba diſcipulorum eius ⁊ multitudo copioſa plebis ab omni Judęa, ⁊ Jeruſalém, ⁊ Maritima, ⁊ Tyri, ⁊ Sidónis: qui venerant vt audirent eum: ⁊ ſanarentur á languóribus ſuis. Et qui vexabantur á ſpiritibus immundis, curabátur. Et omnis turba quęrebat eum tángere: quia virtus de illo exibat, ⁊ ſanabat omnes. Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos dicebat. Beati páuperes: qm̄ veſtrum eſt regnū Dei. Beati qui nunc eſuritis: quia ſaturabímini.

Beati qui nūc fletis: q2 ridebitis. Beati eritis quū vos oderint homines, ⁊ quū ſeparauerint vos: ⁊ exprobrauerint, ⁊ eiecerint nomen veſtrū, tanquā malum, propter filiū hominis. Gaudete in illa die, ⁊ exultate: ecce enim merces veſtra multa eſt i celo. **Offer.** Exultabunt ſancti in gloria: letabuntur in cubilibus ſuis: exultationes Dei in faucibus eorum. **Secreta.** Altare tuū dn̄e deus muneribus cumulam⁹ oblatis: da queſumus, vt ad ſalutē noſtrā oium ſanctorū tuorū precatione proficiant, quorū ſolennia ventura precurrimus. Per do. **Cōm.** Iuſtorum anime in manu Dei ſunt: ⁊ non tanget illos tormentum malitie: viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace. **Poſtcommu.** Sacramentis domine ⁊ gaudijs optata celebritate explētis, queſumus: vt eorū precibus adiuuemur: quorum recordationibus exhibentur. Per domi.

In Tranſlatione ſanctorum Coſmæ, & Damiani. Oratio.

Deus qui hanc diem beatorū martyrū tuorū Coſme ⁊ Damiani tranſlatione venerāda decoraſti: ⁊ qui nos famulos tuos eorum ſacris ſanctorū corporū patrocinijs ſublimaſti: tribue queſumus, vt eorū pijs munitionibus ſemper tueamur, ⁊ intercesſionibus ad meliora proueħamur. Per domi. **Secreta.** Has preces domine deus omnipotens beatorū martyrum tuorum Coſme ⁊ Damiani commendent merita: ⁊ quod pro illorum celebritate agimus: proſit nobis ad indulgentiam. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ reg. **Poſtcommu.** Queſumus dn̄e, vt per hec ſacramēta que ſumpſimus, beatorū martyrū tuorū Coſme ⁊ Damiani ſemper iuuemur precibus, quorum corporū tranſlationem hodie ſolenni celebritate recolimus. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtum.

In feſto S. Coſme cōfeſſo. Concede miſericors Deus, vt qui beati Coſme confeſſoris tui feſtiuitate letamur: Ad eterna gaudia feſtiuitatis eius pertingere mereamur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

In

IN FESTO OMNIVM SANCTORVM.

Introitus.



GAudeamus omnes i domino, diem feſtū celebrantes, ſub honore ſanctoꝝ omniū: de quorum ſolennitate gaudēt angeli, ⁊ collaudant filiuꝫ Dei. Ps. Exultate iuſti in dn̄o: rectos decet laudatio. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, qui nos omnium ſanctoꝝ tuorum merita ſub vna tribuiſti celebritate venerari: queſumus: vt deſyderatā nobis tuę propitiationis abundantiam, multiplicatis interceſſoribus, largiaris. Per dn̄m noſtrum Ieſum Chriſtum.

Lcō libri Apocalypſis beati Ioānis apl'i. vij.

IN diebus illis: Ecce ego Ioannes vidi alterum angelum aſcendentē ab ortu ſolis: habentem ſignuꝫ Dei viui: ⁊ clamauit voce ma-

gna quatuoꝛ angelis, quibꝰ datū
eſt nocére terrę ⁊ mari dicēs: noli
te nocére terrę ⁊ mari, neqꝫ arbó
ribꝰ: quoaduſqꝫ ſignémꝰ ſeruos
Dei nřī in frontibꝰ eoꝝ. Et audi
ui numerū ſignatoꝝ, centū qua
dragintaquatuoꝛ millia ſignati,
ex omni tribu filioꝝ Iſraél. Ex
tribu Iuda duódecim millia ſi
gnati: ex tribu Rubén duóde
cim millia ſignati: ex tribu Gád
duódeciꝫ millia ſignati. Ex tribu
Aſér duodecim millia ſignati: ex
tribu Nephthalim duodeciꝫ mil
lia ſignati: ex tribu Manaſſē duo
deciꝫ millia ſignati. Ex tribu Si
meon duodeciꝫ millia ſignati: ex
tribu Leui duodeciꝫ millia ſigna
ti: ex tribu Iſachár duodeciꝫ mil
lia ſignati. Ex tribu Zabuló duo
decim millia ſignati: ex tribu Io
ſéph duodecim millia ſignati: ex
tribu Beniamín duodecim mil
lia ſignati. Poſt hęc vidi turbaꝫ
magnā, quaꝫ dinumerare nemo
poterat, ex oībus gentibꝰ, ⁊ tribu
bus, ⁊ populis, ⁊ linguis, ſtantes
ante thronuꝫ, in conſpectu agni:
amicti ſtolis albis: ⁊ palmę in ma
nibus eoꝝ: ⁊ clamabát voce ma
gna dicētes: Salus deo nřō, qui
ſedet ſup thronuꝫ ⁊ agno. Et oēs
angeli ſtabát in circuitu throni, ⁊
ſenioꝝ, ⁊ quatuoꝛ animaliū: ⁊ ce
ciderunt in cōſpectu throni in fa
cies ſuas: ⁊ adoꝛauerunt deuꝫ di
cētes, Amē. Bñdictio, ⁊ cláritas,
⁊ ſapientia, ⁊ gratiarum áctio, ho
noꝛ, virtus, ⁊ foꝛtitudo deo no
ſtro in ſecula ſeculoꝝ amē. Gra.
Timéte dñm oēs ſancti eius: qm̄ nihil
deeſt timentibus eum. ℣. Inquirentes
aūt dñm nō deficiét omni bono. Allā.
℣. Venite ad me oēs qui laboꝛatis ⁊
onerati eſtis: ⁊ ego reficiam vos. Ité.
Alleluia. ℣. Hęc eſt vera fraternitas,
quę vicit mundi crímina: Chꝛiſtum ſe
cuta eſt, ínclyta tenens regna cęleſtia.

Secundum Mattheum. v.



In illo tēpo
re: Videns
Ieſus turbaꝫ
aſcēdit ī mon
tē: ⁊ quū ſediſ
ſet, acceſſerūt
ad eū diſcipu
li eius: ⁊ apé
riēs os ſuum,
docebat eos dicēs. Beati páupe
res ſpíritu: qm̄ ipſoꝝ eſt regnū
celoꝝ. Beati mites: quoniā ipſi
poſſidebunt terrā. Beati qui lu
gent: qm̄ ipſi cōſolabunť. Beati
qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſtitiā: qm̄
ipſi ſaturabuntur. Beati miſeri
coꝛdes: quoniā ipſi miſericoꝛdiā
cōſequentur. Beati mundo coꝛ
de: quoniā ipſi deum videbunt.
Beati pacifici: qm̄ filij Dei voca
buntur. Beati qui perſecutionē
patiuntur ꝓpter iuſtitiā: qm̄ ip
ſoꝝ eſt regnū cęloꝝ. Beati eſtis:
quum maledixerint vobiꝫ homi
nes, ⁊ pſecuti vos fúerint, ⁊ dixe
rint omne malum aduerſuꝫ vos
mentientes, ꝓpter me. Gaudete
⁊ exultate: qm̄ merces veſtra co
pioſa eſt in cęlis. Credo. Offer.

Iuſtoꝝum

Iustorū aīe i manu dei sūt: ⁊ nō tāget illos tormētū mortis: visi sunt oculis insipiētiū mori: illi aūt sunt i pace. Secr.

Munera tibi dn̄e nostrę deuotionis offerimus, quę ⁊ pro cūctorū tibi grata sint honore iustorū: ⁊ nobis salutaria, te miserante reddantur. Per. Cōmu.

Beati mūdo corde: quoniam ipsi deū videbunt: Beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur: Beati qui pſecutionē patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cęlorū. Postcō.

Da quęsumus dn̄e fidelib⁹ populis, omnium sanctorum tuorum semper veneratione lętari: ⁊ eorum perpetua supplicatione muniri. Per domi.

Infra octauā Omniū sctōrū, ⁊ in die octa. Missa dr̄ sicut i die festi.

Pro commemoratione sancti Cesarij martyris. Oratio.

Deus qui nos beati Cęsarij martyris tui annua solennitate lętificas: cōcede, ꝓpiti⁹, vt cuius natalitia colimus, etiā actiones imitēmur. p. Secr.

Hostias tibi dn̄e btī Cęsarij martyris tui dicatas meritis, benignus assume, ⁊ ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidium. Per do. Postcommu.

Quęsumus oīpotens de⁹: vt qui cęlestia alimenta percepim⁹ intercedente beato Cęsario martyre tuo, ꝑ hęc cōtra omnia aduersa muniamur. Per.

Pro commemo. sanctorum martyrū Quatuor Coronatorū.

Presta qs oīps de⁹, vt qui gloriosos martyres Claudiū, Nicostratū, Castorium Symphorianū atque Simplicium, fortes in sua confessione cognouimus: pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per domi. Secreta.

Benedictio tua dn̄e larga descēdat, q̄ ⁊ munera nr̄a, deꝓcātib⁹ scīs martyrib⁹ tuis, tibi reddat accepta: ⁊ nobis sacramētū redēptionis efficiat. Per. Postcō.

Cęlestibus refecti sacramētis ⁊ gaudijs, supplices te domine deprecamur: vt quorum gloriamur triumphis, protegamur auxilijs. Per dominum no.

Pro commemoratione sancti Theodori martyris. Oratio.

Deus qui nos beati Theodori martyris tui confessione gloriosa circūdas ⁊ protegis: pręsta nobis ex eius imitatione proficere, ⁊ oratione fulciri. Per. Secreta.

Suscipe dn̄e fideliū pces cū oblationib⁹ hostiarū, ⁊ intercedēte btō Theodoro martyre tuo, ꝑ hęc pię deuotionis officia, ad cęlestē gloriā trāseam⁹. Per. Postc.

Presta nobis qs dn̄e, intercedēte beato Theodoro martyre tuo: vt quod ore contingimus, pura mēte capiamus. Per.

¶ In feſto ſancti Martini epiſcopi ꝛ confeſſoris. Introitus.

STatuit ei dominus teſtamentũ pacis, ꝛ principẽ fecit eum, vt ſit illi ſacerdotij dignitas in ęternũ. Ps. Memento dñe Dauid, ꝛ omnis manſuetudinis eius. ✱. Gloria. Oĩo.

DEus qui conſpicis, quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus, cõcede ꝓpitius, vt interceſſione beati Martini confeſſoris tui atq; pontificis, cõtra omnia aduerſa muniamur. Per do. Epiſtola. Ecce Sacerdos magnus qui. folio.224. Graduale.

Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit deo. ✱. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legẽ excelſi. Alleluia. ✱. Beatus vir ſanctus Martinus vrbis Turonis epiſcopus requieuit, quem ſuſceperunt angeli, atque archangeli, throni, dominationes ꝛ virtutes. Euang. Sint lumbi veſtri pręcincti. quęre in communi confeſſorũ ponti. fo.225. Offer.

Veritas mea ꝛ miſericordia mea cum ipſo: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

MAieſtatẽ tuã dñe ſuppliciter deprecamur, vt ſuper has hoſtias, intercedente beato Martino cõfeſſore tuo atq; pontifice, bñdictio copioſa deſcẽdat, quę ꝛ ſanctificationẽ nobis clemẽter opereť, ꝛ cõtra diabolicos ſemp tueať incurſus. Per. Cõm.

Beatus ſeruus, quẽ quũ venerit dñs, inuenerit vigilantẽ: amẽ dico vobis, ſup oĩa bona ſua conſtituet eũ. Poſtcõ.

PReſta q̃s dñe deꝰ noſter, vt quorũ feſtiuitate votiua ſũt ſacramenta, eorũ nobis ſalutaria interceſſione reddantur. Per.

¶ Pro commemoratione ſancti Mennę martyris. Oratio.

PReſta queſumꝰ oĩpotens deꝰ, vt qui beati Mennę martyris tui natalitia colimꝰ: interceſſione eiꝰ in tui nominis amore roboremur. Per dominum. Secreta.

MUneribus noſtris q̃s dñe precibuſq; ſuſceptis, ꝛ cęleſtibus nos munda myſterijs, ꝛ clementer exaudi. Per. Poſtcõ.

DA q̃s dñe deus noſter, vt ſicut tuorũ cõmemoratione ſctõrũ, tẽporali gratulamur offõ, ita ꝑpetuo lętemur aſpectu. per.

¶ Pro commemoratione ſanctę Eliſabeth. Oratio.

TUorũ corda fidelium deꝰ miſerator illuſtra, ꝛ beatę Eliſabeth ꝓcibus glorioſis, fac nos proſpera mũdi deſpicere, ꝛ cęleſti ſemper conſolatione gaudere. Per do. Secreta.

MUnera domine noſtrę deuotionis offerimus, vt tibi grata, ꝛ nobis ſalutaria, beatę Eliſabeth pia ſupplicatione reddantur.

dantur. Per domi. **Poſtcōmu.**

QVeſumus oīpotens de⁹, vt quos ſalutárib⁹ dignatus es erudire myſtérijs, beatę Eliſabéth interceſſio glorioſa reficiat celeſtib⁹ alimentis. Per.

In feſto ſanctę Cecilię virginis ⁊ martyris. Introitus.

LOquébar de teſtimónijs tuis in cōſpectu regum, ⁊ non confundebar: ⁊ meditabar ī mādatis tuis q̄ dilexi nimis. **Ps.** Beati immaculati in via: qui ámbulant in lege domini. **℣.** Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui. **Oratio.**

DEus qui nos ánnua beatę Cecilię virginis ⁊ martyris tuę ſolennitate lętíficas: da vt quaz veneramur officio, etiā pię conuerſationis ſequamur exemplo. Per. **Epiſt.** Qui gloriat in domino glorie. fol. 230. **Gradua.**

Audi filia ⁊ vide ⁊ inclína aurem tuā: quia concupiuit rex ſpeciem tuam. **℣.** Specie tua ⁊ pulchritudine tua, intende, próſpere procéde ⁊ regna. **Alleluia.** **℣.** Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cū lampádibus: media autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit, exite óbuiam Chriſto domino. **Euāgeliū.** Simile eſt regnuz cę. decē virg. **quęre in cōi virg.** fol. 231. **Offer.**

Afferentur regi virgines poſt eaz: próxime eius afferentur tibi. **Secreta.**

HAec hoſtia domine placationis ⁊ laudis q̄ſumus, vt intercedente beata Cecilia martyre tua, nos propitiatione tua dignos ſemp efficiat. Per. **Com.**

Cōfundantur ſuperbi: quia iniuſte iniquitatē fecerunt in me: ego aūt in mādatis tuis exercebor: ⁊ meditabor ī tuis iuſtificationib⁹: vt nō cōfundar. **Poſtc.**

SAtiaſti domine familiam tuā munéribus ſacris, eius quęſumus ſemper interuentione nos reſóue, cuius ſolennia celebramus. Per dominum noſtrum.

In feſto ſancti Clemētis papę ⁊ martyris. Introitus.

DIcit dn̄s, ſermónes mei, quos dedi in os tuuz, nō deficient de ore tuo, ⁊ munera tuą accepta erūt ſuper altare meū. **Ps.** Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis. **℣.** Gloria patri. **Oratio.**

DEus qui nos ánnua beati Clementis martyris tui atqz pontificis ſolennitate lętíficas: cōcede propitius, vt cuius natalitia cólimus, virtutem quoque paſſionis imitémur. Per. **Epiſtola.** Beat⁹ vir qui inuentus eſt ſine macula. fol. 216. **Grad.**

Iurauit dominus, ⁊ non pęnitébit eū: tu es ſacerdos in ęternum ſecunduz ordinem Melchiſedéc. **℣.** Dixit dn̄s domino meo: ſede á dextris meis. **Alleluia.** **℣.** Hic eſt ſacerdos quem coronauit dominus. **Euāgeliū.** Siquis

vult

vult poſt me venire. quere in cõ-
muni vniꝰ marty. fol.217. Offer.
Ueritas mea ⁊ miſericordia mea cũ ipſo:
⁊ i noĩe meo exaltabit cornu eiꝰ. Sec.
MUnera tibi dñe oblata ſan-
ctifica: ⁊ intercedẽte beato
Clemente martyre tuo, atqꝫ pon-
tifice, per hec nos á peccatorũ no-
ſtrorũ maculis emũda. p. Cõm.
Beatꝰ ſeruus, quẽ quũ venerit dñs, in-
uenerit vigilantẽ: amen dico vobis: ſup
omnia bona ſua cõſtituet eũ. Poſtcõ.
COrporis ſacri ⁊ precioſi ſan-
guinis repleti libamine, q̃s
dñe deus nr̃: vt qđ pia deuotio-
ne gerimꝰ, intercedẽte beato Cle-
mẽte martyre tuo atqꝫ põtifice,
certa redẽptione capiamꝰ. Per.
¶ Pro cõ. S. Felicitatis m̃. oĩo.
PReſta q̃s oṗs deus: vt
beate Felicitatis marty-
ris tue ſolennia recẽſen-
tes: meritis ipſiꝰ protẽ-
gamur ⁊ precibus. Per. Secre.
VOta populi tui dñe propi-
tiatus intende: ⁊ cuius nos
tribuis ſolennia celebrare, fac
gaudere ſuffragijs. Per. Poſtcõ.
SUpplices te rogamꝰ oṗs deꝰ:
vt intercedentibus ſctĩs tuis:
⁊ tua in nobis dona multiplices,
⁊ tẽpora noſtra diſponas. Per.
¶ Pro cõ. S. Chryſog. m̃. oĩo.
ADeſto dñe ſupplica-
tionibus noſtris: vt
qui ex iniquitate no-
ſtra reos nos eſſe
cognoſcimus: beati
Chryſogoni martyris tui inter-
ceſſione liberemur. Per. [illegible]
OBlatis queſumus dñe pla-
care muneribus: ⁊ interce-
dente beato Chryſogono mar-
tyre tuo, á cunctis nos defende
periculis. Per do. Poſtcõmu.
TUi domine perceptione ſa-
cramenti, ⁊ á noſtris mun-
demur occultis, ⁊ ab hoſtium li-
beremur inſidijs. Per dominũ.
¶ In feſto ſancte Catherine
virginis ⁊ martyris. Introitus.
Loquebar de teſtimonijs tuis.
cetera de cõi virginũ. f.230. Oĩo.
DEus qui dediſti le-
gẽ Moyſi i ſummi-
tate montis Sinai:
⁊ in eodẽ loco p ſan-
ctos angelos tuos
corpꝰ Beate Caterine virginis ⁊
martyris tue, mirabiliter colloca-
ſti: tribue q̃s, vt eiꝰ meritis ⁊ inter-
ceſſione, ad mõtẽ, qui Chriſtꝰ eſt,
puenire valeamꝰ. Per eũ. Epiſt.
Cõfitebor tibi dñe rex. 231. Euãg.
Simile eſt reg. ce. the. 231. Secr.
MUnera dñe ſacrificij pre-
ſentis que tibi offerimus
in honorẽ ſancte Caterine virgi-
nis ⁊ martyris tue, fiãt nobis eius
precibꝰ vita perpetua, ⁊ te donan-
te ſalus infinita. Per. Poſtcõm.
SUmptis dñe ſalutis eterne
myſterijs, ſuppliciter depreca-
mur: vt ſicut liquor, qui de mem-
bris btẽ Caterine virginis ⁊ mar-
tyris tue iugiter manat, lãguido-
rũ corpa ſanat: ſic eiꝰ oĩo cũctas á
nobis iniquitates expellat. Per.

Cõmune

COMMVNE SANCTORVM.

In vigilia vnius Apoſtoli. Introitus.



EGo autem ſicut oliua fructificaui in domo domini: ſperaui in miſericordia Dei mei: ꝛ expectabo nomen tuū, quoniā bonū eſt ante conſpectum ſanctorū tuorum. pſalꝰ. Quid gloriaris in malitia: qui potēs es in iniquitate? ℣. Gloria patri ꝛ filio ꝛ ſpiritui ſan. Et non dicitur Gloria in excelſis Deo: In omnibus ſanctorum vigilijs in quibus ieiunatur. Oratio.

DA quęſumus omnipotens deus: vt beati N. apoſtoli tui, quam preuenimus veneranda ſolennitas, ꝛ deuotionem nobis augeat ꝛ ſalutem. Per dominum noſtrum.

Lectio libri Sapientię. xliiij.

BEnedictio domini ſup caput iuſti: ideo dedit illi hereditatē: ꝛ diuiſit ei partem in tribubus duodecim: ꝛ inuenit gratiam in conſpectu

conſpectu omnis carnis. Magnificauit eum in timore inimicorum: ⁊ in verbis ſuis monſtra placauit. Glorificauit euz in conſpectu regum: ⁊ oſtendit illi gloriam ſuam. In fide ⁊ lenitate ipſius ſanctum fecit illum: ⁊ elégit eum ex omni carne: ⁊ dedit illi coram precepta, ⁊ legem vitę ⁊ diſciplinę: ⁊ excelſuz fecit illū. Statuit illi teſtamētū ęternū: ⁊ circuncinxit euz zona iuſtitię: ⁊ induit eum dominus coroná glorię. Grad.

Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur ī domo dñi. ℣. Ad annuntiandum mane miſericordiā tuam, ⁊ veritatem tuam per noctem.

Secundum Joannem. xv.



In illo tépore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Hoc eſt preceptū meuz: vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Maiorem hac dilectioné nemo habet: vt animam ſuaz ponat quis pro amicis ſuis. Vos amici mei eſtis: ſi feceritis quę ego precipio vobis. Jam non dicaz vos ſeruos: quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius. Vos autez dixi amicós: quia omnia quęcunqz audiui a patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos: ⁊ poſui vos, vt eatis, ⁊ fructum afferatis: ⁊ fructus veſter máneat: vt quodcunqz petiéritis patrem in nomine meo: det vobis. Offertorium.

Gloria ⁊ honore coronaſti eum domine: ⁊ conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Secreta.

Apoſtolicę reuerentię culmen offerimus tibi ſacris myſterijs imbuendū: preſta quęſumus domine: vt beati apoſtoli tui N. ſuffrágijs, cuius natalitia preuenímus, hęc plebs tua ſemper, ⁊ ſua vota depromat, ⁊ deſyderata percipiat. Per. Cómu.

Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam ⁊ magnum decórem impones ſuper eum domine. Poſtcómu.

Sancti apoſtoli tui N. quęſumus dñe ſupplicatione placátus, ⁊ véniā nobis tribue, ⁊ remédia ſempiterna concede. Per.

¶ In vigilia plurimorum apoſtolorum. Introitus.



Intret in conſpectu tuo domine gémit⁹ cópeditorū: redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum: vindica ſanguinem ſanctoruz tuorum, qui effúſuz eſt. Ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum ſanctum tuum: poſuerunt Jeruſalém in pomoruz cuſtodiam. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio ⁊ nunc. Oro.

Concede

Concede queſumus omnipotens deus: vt ſicut apoſtolorum tuorum N. et N. glorioſa natalitia preuenimus: ſic ad tua beneficia promerenda, maieſtatem tuam pro nobis ipſi preueniant. Per dominum noſtrū Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Lectio Actuum Apoſtolorum. v.

In diebus illis: Per manus apoſtolorum fiebant ſigna et prodigia multa in plebe: et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Ceterorum autem nemo audebat ſe coniungere illis: ſed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in domino multitudo virorum ac mulierum: ita vt in plateas eiicerent infirmos: et ponerent in lectulis ac grabatis, vt veniente Petro, ſaltē vmbra illius obumbraret quemquā illorum: et liberarentur omnes ab infirmitatibus ſuis. Concurrebat autē multitudo vicinarum ciuitatum Jeruſalem: afferentes egros et vexatos a ſpiritibus immundis, qui curabantur omnes.

Ad Epheſios. i.

Fratres: Benedictus Deus et pater domini noſtri Jeſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in celeſtibus in Chriſto: ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem: vt eſſemus ſancti et immaculati in conſpectu eius in caritate: qui predeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Jeſum Chriſtū in ipſum, ſecundum propoſitum voluntatis ſue: in laudem glorie gratie ſue, in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo: in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius remiſſionem peccatorum, ſecundū diuitias gratie eius: que ſuperabundauit in nobis.


Ad Corinthios prime. iiii.

Fratres: Spectaculum facti ſumus mundo et angelis et hominibus. Nos ſtulti propter Chriſtum: vos autem prudentes in Chriſto: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Vſque in hanc horam et eſurimus, et ſitimus, et nudi ſumus, et colaphis cedimur, et inſtabiles ſumus, et laboramus operantes manibus noſtris. Maledicimur, et benedicimus: perſecutionem patimur, et ſuſtinemus: blaſphemamur, et obſecramus. Tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus omnium peripſema vſque adhuc. Non vt confundam vos hec ſcribo: ſed vt filios meos cariſſimos moneo, in Chriſto Jeſu domino noſtro. Graduale.

Vindica domine ſanguinem ſanctorum tuorum, qui effuſus eſt. ℣. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum domine eſcas volatilibus celi: carnes ſanctorum tuorum beſtiis terre.

Secun-

Secundum Joannem.xv.



IN illo tépore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis vera, ⁊ pater me⁹ agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum: ⁊ omnem qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat. Jam vos mundi eſtis, propter ſermonem quem locutus ſum vobis. Manete in me, ⁊ ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum á ſemetipſo, niſi mánſerit in vite: ſic nec vos, niſi in me manſéritis. Ego ſum vitis, vos pálmites. Qui manet in me, ⁊ ego in eo, hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere. Siquis in me non manſerit: mittetur foras ſicut palmes, ⁊ aréſcet: ⁊ cólligent eum, ⁊ in igné mittent ⁊ ardet. Si manſéritis in me, ⁊ verba mea in vobis mánſerint, quodcunqz volúeritis petetis: ⁊ fiet vobis. **Offertorium.**

Exultabunt ſancti in gloria: letabuntur in cubilibus ſuis: exultationes Dei in faucibus eorum. **Secreta.**

MUneribus noſtris domine, ſanctorum apoſtolorũ tuorũ N. ⁊ N. feſta precédimus, te ſuppliciter deprecantes: vt que cóſcientie noſtre prepediuntur obſtáculis, illorum meritis grata reddantur. Per. **Cómu.**

Poſuerunt mortália ſeruorum tuorum domine eſcas volatilibus celi: carnes ſanctorum tuorum béſtijs terre: ſecundum magnitudinez brachij tui: póſſide filios morte punitorum. **Poſtcómu.**

SUmpto domine ſacramento, ſuppliciter deprecamur: vt intercedentibus beatis apoſtolis tuis N. ⁊ N. quod temporaliter gérimus, ad vitaz capiamus eternam. Per dominum noſtrum.

¶ **In natali apoſtolorũ. Intr.**



Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorũ. **Ps.** Dñe probaſti me ⁊ cognouiſti me, tu cognouiſti ſeſſionem meam ⁊ reſurrectionez meã. **℣.** Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiri. **Oratio.**

QUeſumus omnipotés deus, vt beatus apoſtolus N. tuum pro nobis imploret auxilium: vt á noſtris reátib⁹ abſoluti, á cunctis etiam periculis eruamur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. **Secre.**

SAcrandum tibi domine munus offérimus: quo beati N. apoſtoli ſolénnia recolentes, purificationem quoqz noſtris mentibus imploramus. Per dominum noſtrum. **Poſtcommu.**

Perce-

PErceptis domine ſacramentis ſuppliciter exoramus: vt intercedente beato N. apoſtolo tuo, quę pro illius veneranda gérimus paſſione, nobis proficiát ad medelam. Per dominum.

¶ In natali plurimorum Apoſtolorum alia. Oratio.

DEus qui nos ánnua apoſtolorũ tuorum N. ꝛ N. ſolennitate lętificas: pręſta quęſumus: vt quorũ gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per domi. Secreta.

MUnera dñe, quę pro apoſtolorum tuorum N. ꝛ N. ſolennitate deférimus, propitiꝰ ſuſcipe: ꝛ mala omnia quę meremur auerte. Per dominum noſtrum Jeſum Chri. Poſtcõmu.

QUæſumus domine ſalutaribus repleti myſterijs: vt quorum ſolénia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per dominum noſtrũ.

Ad Epheſios.ij.

FRatres: Jam non eſtis hóſpites ꝛ aduenę: ſed eſtis ciues ſanctorum ꝛ doméſtici Dei: ſuperędificati ſupra fundamentum apoſtolorum ꝛ prophetarum: ipſo ſummo angulari lápide Chriſto Jeſu, in quo omnis ędificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in domino: in quo ꝛ vos coędificamini in habitaculum Dei in ſpiritu ſancto.

Ad Epheſios.iiij.

FRatres: Vnicuiq; noſtrum data eſt gratia ſecundũ menſuram donationis Chriſti. Propter quod dicit. Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitaté, dedit dona hominibus. Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia ꝛ deſcendit primum in inferiores partes terrę? Qui deſcendit, ipſe eſt ꝛ qui aſcendit ſuper omnes cęlos: vt impléret omnia. Et ipſe dedit quoſdam quidem apoſtolos: quoſdam autẽ prophetas: alios veró euangeliſtas: alios autem paſtores ꝛ doctores: ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ędificationem corporis Chriſti: donec occurramus omnes in vnitatem fidei, ꝛ agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ętatis plenitudinis Chriſti.

Ad Romanos.viij.

FRatres: Scimus aũt quõ diligentibus Deũ, omnia cooperantur in bonum: his qui ſecundum propoſitũ vocati ſunt ſancti. Nam quos pręſciuit, ꝛ prędeſtinauit confórmes fieri imáginis filij ſui: vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos aũt prędeſtinauit, hos ꝛ vocauit: ꝛ quos vocauit, hos ꝛ iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, illos ꝛ magnificauit. Quid ergo dicemus ad hęc? Si deus pro nobis, quis contra nos. Qui etiam proprio filio ſuo nó pepercit: ſed pro

nobis omnibus tradidit illum,
quomodo non etiam cū illo om-
nia nobis donauit? Quis accuſa-
bit aduerſus electos dei? Deus
qui iuſtificat: quis eſt qui cōdem-
net? Chriſtus Jeſus qui moꝛ-
tuus eſt: immo ⁊ qui reſurrexit,
qui eſt ad dexteram dei: qui etiā
interpellat pꝛo nobis. Quis er-
go nos ſeparabit à caritate Chꝛi-
ſti? Tribulatio, an anguſtia, an fa-
mes, an nuditas, an periculum,
an perſecutio, an gladius? Sicut
ſcriptū eſt: quia pꝛopter te moꝛ-
tificamur tota die: eſtimati ſum⁹
ſicut oues occiſionis. Sed in his
omnibus ſuperamus, pꝛopter
eum qui dilexit nos. Certus ſū
enim, quia neque moꝛs, neque
vita, neque angeli, neque pꝛinci-
patus, neque poteſtates, neque
virtutes, neque inſtantia, neque
futura, neque foꝛtitudo, neque
altitudo, neque pꝛofundum, ne-
que creatura alia pōterit nos ſe-
parare à caritate Dei: que eſt in
Chꝛiſto Jeſu domino noſtro.
Subſcripta epiſtola dicitur tan-
tum in euangeliſtarum feſtis.

Lectio Ezechielis pꝛophetę. j.

Similitudo vultus quatuoꝛ
animalium: facies hominis ⁊
facies leonis à dextris ipſoꝛum
quatuoꝛ. Facies autem bouis à
ſiniſtris ipſoꝛum quatuoꝛ: ⁊ fa-
cies àquilę deſuper ipſoꝛū qua-
tuoꝛ: ⁊ facies eoꝛum ⁊ pennę eo-
rum extentę deſuper. Due pen-
nę ſinguloꝛum iungebantur: ⁊
due tegebant coꝛpoꝛa eoꝛum: ⁊
vnumquodque eoꝛum coꝛam fa-
cie ſua ambulabat. Vbi erat im-
petus ſpiritus, illuc gradieban-
tur: nec reuertebantur quum
ambularent. Et ſimilitudo ani-
malium, ⁊ aſpectus eoꝛum, qua-
ſi carbonum ignis ardentium:
⁊ quaſi aſpectus lampadarum.
Hęc erat viſio diſcurrens in me-
dio animalium: ſplendoꝛ ignis,
⁊ de igne fulgur egrēdiens.
Et animalia ibant ⁊ reuerteban-
tur in ſimilitudinem fulguris
coꝛuſcantis.

Graduale.

Conſtitues eos pꝛincipes ſuper om-
nem terram: mémoꝛes erunt nominis
tui domine. ℣. Pꝛo patribus tuis na-
ti ſunt tibi filij: pꝛoptérea populi confi-
tebuntur tibi.

Graduale.

Nimis honoꝛati ſunt amici tui Deus:
nimis confoꝛtatus eſt pꝛincipatus eo-
rum. ℣. Dinumerabo eos, ⁊ ſuper aré-
nam multiplicabuntur.

Graduale.

In omnem terram exiuit ſonus eoꝝ:
⁊ in fines oꝛbis terrę verba eoꝛum. ℣.
Cęli enarrant gloꝛiam dei: ⁊ opera ma-
nuum eius annunciat firmamentum.
Alleluia. ℣. Ego vos elégi de mun-
do: vt eatis ⁊ fructum afferatis: ⁊ fru-
ctus veſter máneat. Alleluia. ℣. Ni-
mis honoꝛati ſunt àmici tui Deus: ni-
mis confoꝛtatus eſt pꝛincipatus eo-
rum. Alleluia. ℣. Vos eſtis, qui per-
manſiſtis mecū in tentationibus meis:
ego autem in medio veſtrum ſum ſi-
cut qui miniſtrat. Alleluia. ℣. Te glo-
rioſus apoſtoloꝛum choꝛus laudat
domine. Subſcriptum. alleluia.
dicitur

dicitur tm̄ in euágeliſtarū feſtis. Alleluia. ℣. Primus ad Sión dicet ad ſum: ⁊ Jeruſalém euangeliſtā dabo. Tractus iſte dicit poſt Septuageſimam loco, alleluia. Celi enarrant gloriam Dei: ⁊ opera manuū eius annunciat firmamentum. ℣. Non ſunt loquelę neque ſermones: quorum non audiantur voces eoruȝ. ℣. In omnem terram exiuit ſonus eoruȝ: ⁊ in fines orbis terrę verba eorum. Euangeliuȝ. Hoc eſt pręceptum. Require retro in vigilia vni⁹ Apoſtoli. f.215.

Item ſecundum Joannem. xv.



In illo tépore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Hęc mádo vobis, vt diligatis inuicé. Si mund⁹ vos odit: ſcitóte, quia me priorem vobis ódio habuit. Si de mundo fuiſſétis: mundus quod ſuum erat diligeret. Quia veró de mundo nó eſtis: ſed ego elégi vos de mundo: proptérea odit vos mundus. Mementóte ſermonis mei: quem ego dixi vobis. Non eſt ſeruus maior domino ſuo. Si me perſecuti ſunt, ⁊ vos perſequentur: ſi ſermonem meum ſeruauerunt, ⁊ veſtrum ſeruabunt. Sed hęc omnia facient vobis ꝓpter nomen meuȝ: quia néſciunt eum, qui miſit me. Si non veniſſem ⁊ locutus eis fuiſſem, peccatuȝ non haberent. Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. Qui me odit, ⁊ patré meum odit. Si opera non feciſſem in eis: quę nemo alius fecit: peccatum non haberent. Nunc autem ⁊ viderunt, ⁊ oderunt ⁊ me ⁊ patrem meuȝ. Sed vt impleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt: quia ódio habuerunt me gratis. Euangeliū. Ego ſum vitis vera. Require retro in vigilia plurimorum Apoſtolorum. fo.216.

Secundum Mattheum. x.



In illo tépore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Ecce ego mitto vos, ſicut oves in medio luporum. Eſtote ergo prudentes, ſicut ſerpentes: ⁊ ſimplices, ſicut columbę. Cauéte autem ab hominibus. Tradent enim vos in concilijs: ⁊ in ſynagogis ſuis flagellabunt vos: ⁊ ad pręſides ⁊ reges ducémini propter me, in teſtimonium illis ⁊ gentibus. Quum autem tradent vos: nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis ī illa hora quid loquámini. Non enim vos eſtis, qui loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur ī vobis.

Tradet autem frater fratrem in mortem, ꝛ pater filium: ꝛ insurgent filij in parentes: ꝛ morte eos afficient: ꝛ eritis odio omnibus hominibuſ propter nomen meum. Qui autem perſeueráuerit vſqꝫ in finem, hic ſaluus erit. Subſcriptum euangelium dicitur tantum in euangeliſtarum feſtis.

Secundum Lucam. x.



In illo tépore: Deſignauit dñs ꝛ alios ſeptuaginta duos, ꝛ miſit illos binos ante faciem ſuam, in omné ciuitatem ꝛ locum, quo erat ipſe venturus: ꝛ dicebat illis. Meſſis quidem multa: operárij auté pauci. Rogate ergo dñm meſſis: vt mittat operários i meſſem ſuá. Ite: ecce ego mitto vos, ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſácculum, neqꝫ peram, neqꝫ calciamenta: ꝛ néminem per viam ſalutauéritis. In quamcunqꝫ domū intrauéritis, primum dicite: pax huic domui: ꝛ ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſinautem, ad vos reuertetur. In eádem autem domo manete: edentes ꝛ bibentes quę apud illos ſunt. Dignus eſt eniꝫ operarius mercéde ſua. Nolite tranſire de domo in domuꝫ: ꝛ in quamcunqꝫ ciuitatem intrauéritis, ꝛ ſuſcéperint vos: manducate quę apponuntur vobis: ꝛ curate infirmos qui in illa ſunt: ꝛ dicite illis: appropinquabit in vos regnum Dei. Offertorium.

Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Offertorium.

Conſtitues eos principes ſuper oēm terrā: mémores erunt nominis tui domine in progénie ꝛ generatiōe. Offer.

In omnem terram exiuit ſonus eorū: ꝛ in fines orbis terrę verba eorū. Cō.

Ego ſum vitis vera, ꝛ vos pálmites: qui manet in me ꝛ ego in eo: hic fert fructum multuꝫ, alleluia, alla. Cōmu.

Ego vos elégi de mundo: vt eatis, ꝛ fructum afferatis: ꝛ fructus veſter máneat. Communio.

Amen dico vobis ꝙ vos q reliquiſtis oīa, ꝛ ſecuti eſtis me: céntuplū accipietis, ꝛ vitā ęternā poſſidébitis. Cōm.

Vos q ſecuti eſtis me, ſedebitis ſup ſedes, iudicātes duodecim trib⁹ Iſraél.

¶ Commune vnius martyris pontificis. Introitus.



Tatuit ei dominus teſtamentū pacis: ꝛ principē fecit eum, vt ſit illi ſacerdotij dignitas i ęternū. Ps Memento dñe Dauid: ꝛ omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria. Oro.

Infirmitatem noſtram reſpice, omnipotēs Deus: ꝛ quia pondus proprię actionis grauat, beati N. martyris tui atque pontificis,

cis, interceſſio glorioſa nos protegat. Per dominum noſtrum.

Lectio Epiſtolę beati Jacobi Apoſtoli. j.

Cariſſimi: Beatus vir, qui ſuffert tentationeꝫ: quoniã cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Nemo cũ tentatur, dicat quoniam a Deo tentatur. Deus enim intentator malorũ eſt: ipſe autem neminem tentat. Uniſquiſqꝫ vero tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus ⁊ illectus. Deinde concupiſcentia cũ conceperit, parit peccatum: peccatũ vero cum conſummatũ fuerit, generat mortẽ. Nolite itaqꝫ errare fratres mei dilectiſſimi. Omne datũ optimum, ⁊ omne donum perfectũ deſurſuꝫ eſt, deſcendens a patre luminuꝫ: apud quẽ non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Volũtarie enim genuit nos verbo veritatis: vt ſimus initium aliquod creaturę eius. Graduale.

Inveni David ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, ⁊ brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, ⁊ filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es ſacerdos in ęternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Alleluia.

Poſt Septuageſimam. Tract.

Deſiderium animę eius tribuiſti ei: ⁊ voluntatem labiorum eius non fraudaſti eum. ℣. Quoniã preueniſti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Poſuiſti in capite eius coronã de lapide precioſo.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. xiiij.



In illo tempore: Dixit Jeſus turbis. Si quis venit ad me ⁊ nõ odit patrẽ ſuũ ⁊ matrem, ⁊ vxorem, ⁊ filios, ⁊ fratres, ⁊ ſorores, adhuc autem ⁊ animam ſuam: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et qui non baiulat crucem ſuam, ⁊ venit poſt me: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ędificare, non prius ſedens computat ſumptus qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiendũ: ne poſtquam poſuerit fundamẽtum, ⁊ nõ potuerit perficere: omnes, qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cępit ędificare, ⁊ non potuit conſummare? Aut quis rex iturus cõmittere belluꝫ aduerſuꝫ alium regem, non ſedens priuꝫ cogitat, ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibuꝫ venit ad ſe? Alioquin, adhuc illo longe agente, legationẽ mittens, rogat ea quę pacis ſunt. Sic ergo ois ex vobis, qui nõ renunciat omnibus quę poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Offer:

Veritas mea, ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Hoſtias tibi domine, beati N. martyris tui atqꝫ pontificis dicatas meritis benignus aſſume, ⁊ ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidiuꝫ. Per dominum noſtruꝫ Ieſum Chriſtum filium tuum. Communio.

Semel iuraui in ſancto meo, ſemen eius in ęternum manebit: ⁊ ſedes eius ſicut Sol in conſpectu meo, ⁊ ſicut luna perfecta in ęternum: ⁊ teſtis in cęlo fidelis. Poſtcommunio.

Refecti participatione muneris ſacri, quęſumus domine Deus noſter: vt beati N. martyris tui atqꝫ pontificis, cuius exequimur cultum, ſentiam⁹ effectum. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnit.

De eodem communi alia Miſſa. Introitus.

Sacerdotes Dei benedicite Dominum: Sancti ⁊ humiles corde laudate Deum. Ps. Benedicite omnia opera domini domino, laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

Deus, qui nos beati N. martyris tui atqꝫ pontificiſ annua ſolennitate lętificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per dominum noſtruꝫ Ieſum Chriſtum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios. ij.

Fratres: Benedictus Deus ⁊ pater Domini noſtri Ieſu Chriſti: pater miſericordiarum, ⁊ Deus totius conſolationis: qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra: vt poſſimus ⁊ ipſi conſolari eos, qui in omni pręſſura ſunt, per exhortationeꝫ, qua exhortamur ⁊ ipſi a Deo. Quoniaꝫ ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis: ita ⁊ per Chriſtum abundat cõſolatio noſtra. Siue auteꝫ tribulamur, pro veſtra exhortatione, ⁊ ſalute: ſiue conſolamur, pro veſtra conſolatione: ſiue exhortamur, pro veſtra exhortatione, ⁊ ſalute, quę operatur tolerantiam earundeꝫ paſſionum, quas ⁊ nos patimur: vt ſpes noſtra firma ſit pro vobis: ſcientes quoniam ſicut ſocij paſſionum eſtis: ſic eritis ⁊ conſolationis. In Chriſto Ieſu Domino noſtro. Graduale.

Gloria, ⁊ honore coronaſti euꝫ. ℣. Et cõſtituiſti eum ſuper opera manuū tuarum domine. Alleluia, alle. ℣. Hic eſt ſacerdos, quē coronauit dñs. Alleluia.

Poſt Septuageſimam. Tract⁹.

Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria ⁊ diuitię in domo eius, ⁊ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

Sequentia

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.xvi.



In illo tépore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Siquis vult venire poſt me,abneget ſemetipſum, ⁊ tollat crucem ſuam, ⁊ ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluaʒ facere,perdet eam. Qui auteʒ perdiderit animam ſuam propter me,inueniet eaʒ. Quid enim prodeſt homini,ſi vniuerſum Munduʒ lucretur, animę vero ſuę detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo cómutationem pro anima ſua? Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cũ angelis ſuis: ⁊ tunc reddet vnicuiqʒ ſecunduʒ opera ſua. Offer.

Inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, ⁊ brachium meum confortabit eum. Secreta.

Munera tibi dñe,dicata ſanctifica,⁊ intercedéte beato N. martyre tuo atque pontifice, per eadem nos placatus intende. Per dominuʒ. Communio.

Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide precioſo. Poſtcõm.

Hec nos communio, dñe, purget a crimine: ⁊ intercedéte beato N. martyre tuo atqʒ

pontifice, celeſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum.

Epiſtolę, ⁊ Euãgelia pro ponti.⁊ mar.aſſignata legi poſſunt ét pro martyre nõ ponti. Et q̃ infra habent de mar.non ponti.etiam pro mar.pont. Jtẽ ꝓ mar.pont. legi poſſunt epiſtolę, ⁊ euangelia inferius aſſignata ꝓ cõfeſ.ponti. Epiſtolę etiaʒ, ⁊ Euãg. quę in vna Miſſa de eodeʒ cõi ponunt, dici poſſunt i alijs miſſis de eodé cõi.

Commune vnius martyris non ponti. Introitus.



In virtute tua Dñe lętabitur iuſtus, ⁊ ſup ſalutare tuum exultabit vehementer: deſideriũ animę eiꝰ tribuiſti ei. Ps. Quoniam preueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. ℣. Gloria patri. Oratio.

Preſta queſumus, omnipotens Deus: vt qui beati N. martyris tui natalitia colimus: interceſſione eius in tui nominis amore roboremur. Per dominum noſtruʒ Jeſum Chriſtum.

Lectio libri Sapientię.x.

Iuſtuʒ deduxit Dñs per vias rectas, ⁊ oſtendit illi regnum Dei, ⁊ dedit illi ſcientiam ſanctorum: honeſtauit illum in laboribus, ⁊ cópleuit labores illius. Jn fraude circumuenientiũ,illi affuit

ꝛ honeſtum fecit illum. Cuſtodiuit eum ab inimicis, ꝛ a ſeductoribus tutauit illū: ꝛ certamen forte dedit illi, vt vinceret, ꝛ ſciret quoniam omnium potentior eſt ſapientia. Hęc venditum iuſtū nō dereliquit: ſed a peccatoribus liberauit eum: deſcenditq; cū illo in foueam: ꝛ in vinculis nō dereliquit eum: donec afferret illi ſceptrum regni, ꝛ potentiam aduerſus eos qui eū deprimebāt. Et mēdaces oſtēdit qui maculauerunt eum: ꝛ dedit illi claritatē ęternā Dn̄s Deus noſter. Gra.

Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potēs in terra erit ſemen eius: generatio rectorū benedicetur. Alleluia, alleluia. ℣. Poſuiſti domine ſuper caput eius coronam de lapide precioſo. Alleluia.

Poſt Septuageſimam. Tract⁹.

Deſiderium. vt ſupra in Miſſa martyris pontificis, folio 219.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. x.



In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nolite arbitrari, quia venerim pacē mittere in terrā: non veni pacem mittere, ſed gladium. Ueni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, ꝛ filiam aduerſus matrem ſuam, ꝛ nurum aduerſus ſocrum ſuam: ꝛ inimici hominis, domeſtici eius. Qui amat patrem aut matrē pluſquā me, non eſt me dignus. Et qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus. Et qui non accipit crucem ſuam, ꝛ ſequitur me: non eſt me dignus. Qui inuenit animam ſuam, perdet eam: ꝛ qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Qui recipit vos, me recipit: ꝛ qui recipit me, recipit eum, qui me miſit. Qui recipit prophetam in nomine prophetę, mercedem prophetę accipiet. Et qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedē iuſti accipiet. Et quicunq; dederit vni ex minimis iſtis calicem aquę frigidę, tantum in nomine diſcipuli, amen dico vobis, non perdet mercedē ſuā. Offer.

Gloria ꝛ honore coronaſti eum, ꝛ conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum domine. Secreta.

Muneribus noſtris, quęſumus domine, precibuſq; ſuſceptis: ꝛ cęleſtibus nos mūda myſterijs, ꝛ clementer exaudi. Per dominū no. Communio.

Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum: ꝛ tollat crucem ſuam, ꝛ ſequatur me. Poſtcommunio.

Da, quęſumus dn̄e Deus noſter, vt ſicut tuorum cōmemoratione Sanctorum, temporali gratulamur officio, ita perpetuo lętemur aſpectu. Per dominū noſtrum Jeſum Chri.

De

De eodem cõmuni alia Miſſa.
Introitus.



Letabitur iuſtus in dño, ⁊ ſperabit i eo, ⁊ laudabũtur omnes recti corde. pſal's. Exaudi Deus oratioñe meã, cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria. Oratio.

PReſta, queſumus, omnipotens Deus, vt intercedente beato N. martyre tuo, ⁊ a cunctis aduerſitatibus liberemur in corpore, ⁊ a prauis cogitationib[9] mundemur in mente. Per do.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Timotheum. ij.

CHariſſime: Memor eſto, Dñm Jeſum Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis, ex ſemine Dauid, ſecundum Euangelium meũ, in quo laboro vſq; ad vincula, quaſi male operans: ſed verbum Dei non eſt alligatũ. Ideo omnia ſuſtineo propter electos: vt ⁊ ipſi ſalutem conſequantur, que eſt in Chriſto Jeſu, cum gloria celeſti. Tu autẽ aſſecutus es meam doctrinã, inſtitutionem, propoſitum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiã, perſecutiones, paſſiones, qualia mihi facta ſunt Antiochie, Iconij, Liſtris, quales perſecutiones ſuſtinui: ⁊ ex omnibus eripuit me Dominus. Et omnes qui volunt pie viuere in Chriſto Jeſu, perſecutiones patiuntur. Grad.

Juſtus cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus ſupponit manũ ſuam. ℣. Tota die miſeretur, ⁊ commodat: ⁊ ſemen eius in benedictione erit.

Alleluia, alleluia. ℣. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vite eterne, Alleluia.

Poſt Septuageſimã. Tractus.

Beatus vir qui. vt ſupra in Miſſa marty. pontificis. folio 220.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. x.



IN illo tẽpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nihil opertũ, qđ non reueletur, ⁊ occultum, quod nõ ſciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: ⁊ quod in aure auditis, predicate ſuper tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus: animã autem non poſſunt occidere: ſed potius eum timete, qui poteſt ⁊ animam ⁊ corpus perdere in gehennam. Nõne duo paſſeres aſſe veneunt: ⁊ vnus ex illis non cadet ſuper terrã ſine patre veſtro? Veſtri autem ⁊ capilli capitis, oẽs numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos. Omnis ergo, qui cõfitebitur me corã hominibus,

bus, confitebor ꝛ ego eu3 coram patre meo, qui in cęlis eſt. Offer. Poſuiſti domine, in capite eius coronam, de lapide precioſo: vitam petijt a te, ꝛ tribuiſti ei. Alleluia. Secreta.

A Ccepta ſit in cõſpectu tuo domine, noſtra deuotio: ꝛ eius nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, pro cuius ſolennitate defertur. Per dominum. Cõmu. Qui mihi miniſtrat me ſequatur: ꝛ vbi ſum ego, illic ꝛ miniſter meus erit.

Poſtcommunio.

R Efecti participatiõe muneris ſacri, quęſumus domine Deus noſter: vt beati N. martyris tui, cuius exequimur cultum, ſentiamus effectu3. Per dominum noſtru3 Jeſum Chri.

¶ Item alij Introitus de communi vnius martyris. Introi.



Iuſtus nõ cõturbabitur: quia domin⁹ firmat manũ eius: tota die miſeretur, et cõmodat, ꝛ ſemen eius in benedictione erit: in ęternũ conſeruabitur. Ps. Noli ęmulari in malignantibus: neq3 zelaueris faciẽtes iniquitatem. ℣. Gloria pa. Introitus.

G Loria ꝛ honore coronaſti eum domine: ꝛ conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Ps. Domine dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. ℣. Gloria patri ꝛ filio.

Cõmune mar. tempore Paſchali, ſcilicet a Dñica in octaua Paſchę, vſq3 ad vigiliã Pẽtecoſtes.

¶ De vno martyre. Introit⁹.



Protexiſti me deus a conuentu malignantiũ, alleluia: a multitudine operantiũ iniquitate3, alleluia, alleluia. Ps. Exaudi Deus orationẽ mea3, cum deprecor: a timore inimici eripe animã meam. ℣. Gloria pa.

Orationes dicuntur proprię, vel vt ſupra in cõi vnius martyris extra tempus Paſchale. fol. 221.

Lectio libri Sapientię. v.

S Tabunt iuſti in magna conſtantia, aduerſu3 eos qui ſe anguſtiauerunt, ꝛ qui abſtulerunt labores eoru3. Videntes turbabuntur timore horribili: ꝛ mirabuntur in ſubitatione inſperatę ſalutis, dicentes intra ſe, pęnitentiam agentes, ꝛ prę anguſtia ſpiritus gementes. Hi ſunt quos aliquando habuimu3 in deriſu3, ꝛ in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati vitam illorum ęſtimabamu3 inſaniam, ꝛ finem illorum ſine honore. Ecce quomodo cõputati ſunt inter filios dei, ꝛ inter ſanctos ſors illorum eſt. Vel epiſt. beati Pauli Apoſtoli ad Timoth. Memor eſto. fo. 221. vt ſupra in communi vnius martyris extra tempus Paſchale.

Alleluia, alleluia. ℣. Confitebuntur cęli mirabilia tua domine, etenim veritatem

tatem

tatem tuam in eccleſia ſanctorum, alleluia. ℣. Poſuiſti domine, ſuper caput eius coronam de lapide precioſo. Alleluia.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Joannem. xv.



IN illo tẽpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis vera, ⁊ pater meus agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, ⁊ omnẽ, qui fert fructũ, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Jam vos mũdi eſtis propter ſermonẽ, quem locutus ſum vobis. Manete in me, ⁊ ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructũ a ſemetipſo, niſi manſerit in vitę: ſic nec vos, niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis, ⁊ vos palmites. Qui manet in me, ⁊ ego in eo, hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere. Si quis in me non manſerit, mittetur foras, ſicut palmes, ⁊ areſcet, ⁊ colligent eum, ⁊ in ignem mittent, ⁊ ardet. Si manſeritis in me, ⁊ verba mea in vobis manſerint: quodcunq; volueritis, petetis, ⁊ fiet vobis. Offertorium. Confitebuntur cęli mirabilia tua Domine, ⁊ veritatem tuam in eccleſia ſanctorum, Alleluia, alleluia. Commu. Letabitur iuſtus in Domino, ⁊ ſperabit in eo: ⁊ laudabuntur omnes recti corde. Alleluia, alleluia.

Epiſtola ⁊ Euãg. ſupradictę Miſſę, dicuntur etiam in ſequenti Miſſa: ⁊ quę in ſequenti habentur, dici poſſunt in ſuperiori.

¶ De pluribus martyrib' tempore Paſchali. Introitus.

SAncti tui domine, benedicẽt te: gloriã regni tui dicent. Alleluia. ℣s. Exaltabo te Deus meus rex, ⁊ benedicam nomini tuo in ſeculum, ⁊ in ſeculum ſeculi. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Orationes dñr proprię, vel de cõi mar. extra tẽpus paſchale vt ĩfra.

Lectio Epiſtolę beati Petri Apoſtoli. j.

BEnedictus De', ⁊ pater dñi noſtri Jeſu Chriſti, qui ſecundum magnã miſericordiam ſuam regenerauit nos in ſpem viuam, per reſurrectionem Jeſu Chriſti ex mortuis, in hęreditatem incorruptibilem, ⁊ incontaminatã, ⁊ immarceſcibilem, conſeruatam in cęlis in vobis, qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem paratam reuelari in tempore nouiſſimo: in quo exultabitis, modicũ nunc ſi oportet, contriſtati in varijs tentationibus: vt probatio veſtrę fidei multo precioſior auro (quod per ignẽ probatur) inueniatur in laudem ⁊ gloriã, ⁊ honorem, in reuelationẽ Dñi noſtri Jeſu Chriſti.

Alleluia,

Alleluia, alleluia. ℣. Sancti tui domine, florebunt ſicut lilium: ⁊ ſicut odor balſami erunt ante te. Alleluia. ℣. Precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Alleluia.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Joannem. xv.



In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis, et vos palmites. Qui manet in me, ⁊ ego in eo, hic fert fructū multum: quia ſine me nihil poteſtis facere. Siquis in me nō manſerit, mittetur foras, ſicut palmes, ⁊ areſcet, ⁊ colligent eum, ⁊ in ignem mittent, ⁊ ardet. Si manſeritis in me ⁊ verba mea in vobis manſerint: quodcunq; volueritis, petetis, ⁊ fiet vobis. In hoc clarificat⁹ eſt Pater me⁹: vt fructū plurimū afferatis, ⁊ efficiamini mei diſcipuli. Sicut dilexit me Pater, ⁊ ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si pręcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea: ſicut ⁊ ego Patris mei pręcepta ſeruaui, ⁊ maneo in eius dilectione. Hęc locutus ſum vobis, vt gaudium meum in vobis ſit, ⁊ gaudium veſtrum impleatur. Offer. Letamini in dño, ⁊ exultate iuſti, ⁊ gloriamini oēs recti corde. All'a, all'. Cō.

Gaudete iuſti in Domino, alleluia: rectos decet collaudatio, alleluia.

¶ Cōmune plurimorū marty. extra tempus paſchale. Introi.



Intret in conſpectu tuo domine, gemit⁹ cōpeditorū: redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum: vindica ſanguinem ſanctorū tuorum, qui effuſus eſt. Ps. Deus venerūt gentes in hęreditatē tuam: polluerunt templum ſanctum tuum: poſuerunt Jeruſalem in pomorum cuſtodiam. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Pro pluribus Pontificibus ⁊ martyrib⁹. Orō.

Beatorum martyrū tuorum, paritérq; pontificū N. ⁊ N. nos quęſumus dñe, feſta tueantur, ⁊ eorum commendet oratio veneranda. Per dominum no.

¶ Si non fuerint pontifices, dicitur oratio vt in ſequēti Miſſa.

Lectio libri Sapientię. iij.

Iuſtorum animę in manu Dei ſunt: ⁊ non tanget illos tormentum mortis. Viſi ſunt oculis inſipientium mori, ⁊ ęſtimata eſt afflictio, exitus illorum. Et ab itinere iuſto abierunt in exterminium: ⁊ quod a nobis eſt iter exterminij, illi autē ſunt in pace. Etſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt, ſpes illorū immortalitate plena eſt. In paucis vexati, in multis bene diſponētur: quoniā Deus tenta-

tentauit eos, ⁊ inuenit eos dignos ſe. Tanquã aurũ in fornace probauit illos: ⁊ quaſi holocauſti hoſtiaꝫ accepit illos, ⁊ in tẽpore erit reſpectus illorũ. Fulgebũt iuſti, ⁊ tanquã ſcintillę in arundineto diſcurrẽt. Judicabunt nationes, ⁊ dominabuntur populis: ⁊ regnabit dñs illorũ in perpetuũ. Gra.

Glorioſus Deus in ſanctis ſuis: mirabilis in maieſtate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata eſt in virtute, dextera manꝰ tua cõfregit inimicos. Allã, allã. ℣. Corpora ſanctorũ in pace ſepulta ſunt: ⁊ nomina eorũ viuẽt in generatione ⁊ generationeꝫ. Alleluia.

Poſt Septuageſimam. Tractꝰ.

Qui ſeminant in lachrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant, ⁊ flebant mittentes ſemina ſua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. xxj.



In illo tẽpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cuꝫ audieritis prelia ⁊ ſeditiones, nolite terreri: oportet primum hęc fieri, ſed nondum ſtatim finis. Tũc dicebat illis. Surget gens cõtra gentem, ⁊ regnum aduerſus regnum: ⁊ terręmotus magni erũt per loca, ⁊ peſtilentię, ⁊ fames, terroreſqꝫ de cęlo, ⁊ ſigna magna erunt. Sed ante hęc omnia, inijcient vobis manus ſuas: ⁊ perſequentur tradentes in ſynagogas ⁊ cuſtodias, trahentes ad Reges ⁊ preſides, propter nomen meũ. Continget autem vobis in teſtimoniũ. Ponite ergo in cordibꝰ veſtris non premeditari quemadmodum reſpondeatis. Ego enim dabo vobis os ⁊ ſapientiã, cui non poterunt reſiſtere ⁊ contradicere omnes aduerſarij veſtri. Trademini autem a parentibus, ⁊ fratribus, ⁊ cognatis, ⁊ amicis, ⁊ morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: ⁊ capillus de capite veſtro non peribit. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Offer.

Mirabilis Deus in ſanctis ſuis: Deus Iſraél, ipſe dabit virtutem ⁊ fortitudinem plebi ſuę: benedictus Deus. Alleluia.

Secreta.

Adeſto domine, ſupplicationibus noſtris, quas in ſanctorum tuorum commemoratione deferimus: vt, qui noſtrę iuſtitię fiduciam non habemus, eorum qui tibi placuerunt, meritis adiuuemur. Per. Cõm.

Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt, Deus tentauit eos: tanquam aurum in fornace probauit eos, ⁊ quaſi holocauſta accepit eos.

Poſtcõmu.

Quęſumus dñe, ſalutaribus repleti myſterijs, vt quorũ ſolennia celebramus, eorũ orationibꝰ adiuuemur. Per.

¶ De

¶ De eodē cōi alia miſſa. Intr.

S Apientiam ſanctorum narrent populi, ⁊ laudes eorū nunciet eccleſia: nomina autem eorum viuent in ſeculum ſeculi. ps. Exultate iuſti in domino, rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Orō.

D Eus, qui nos concēdis ſanctorum martyrum tuoꝝ N. ⁊ N. natalitia colere: da nobis in ęterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per do.

¶ Si fuerint pontifices dicatur oratio pręcedentis Miſſę; quod ⁊ in ſequentibus ſeruetur.

Lectio libri Sapientię. v.

I Uſti autem in perpetuum viuent: ⁊ apud Dominū eſt merces eoꝝ, ⁊ cogitatio eorū apud Altiſſimum. Ideo accipient regnum decoris, ⁊ diadema ſpeciei de manu Domini: quoniam dextera ſua teget eos, ⁊ brachio ſancto ſuo defendet illos. Accipiet armaturam zelus illius, ⁊ armabit creaturam, ad vltionem inimicorum. Induet pro thorace iuſtitiam: ⁊ accipiet pro galea iudicium certum. Sumet ſcutum inexpugnabile, ęquitatē. Grad.

A nima nr̄a, ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venantiū. ℣. Laqueus cōtrit⁹ eſt, ⁊ nos liberati ſumus, adiutoriū noſtrū in nomine Dn̄i, q̄ fecit cęlū ⁊ terrā.

A ll'a, all'a. ℣. Iuſti epulentur, ⁊ exultēt in cōſpectu Dei, ⁊ delectētur in lętitia.

Poſt Septuageſimam. Tract⁹.

Q ui ſeminant. vt ī p̄cedēti Miſſa.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. vi.



I N illo tēpore: Deſcendēs Ieſus de monte, ſtetit ī loco campeſtri, et turba diſcipulorum eius: ⁊ multitudo copioſa plebis ab omni Iudęa, ⁊ Ieruſalem, ⁊ Maritima, ⁊ Tyri, ⁊ Sidonis, qui venerant vt audirent eum, ⁊ ſanarentur a languoribus ſuis. Et qui vexabantur a ſpiritibus immundis curabantur. Et omnis turba quęrebat eū tangere: quia virtus de illo exibat, ⁊ ſanabat omnes. Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos, dicebat. Beati pauperes: quoniam veſtrum eſt regnum Dei. Beati, qui nunc eſuritis: quoniā ſaturabimini. Beati, qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis, cum vos oderint homines, ⁊ cū ſeparauerint vos, ⁊ exprobrauerint, ⁊ eiecerint nomen veſtrum tanquam malum, propter filium hominis: gaudete in illa die ⁊ exultate: ecce enim merces veſtra multa eſt in cęlo. Offertoriū.

E xultabunt ſancti in gloria, lętabuntur in cubilibus ſuis: exaltationes Dei in faucibus eorum. Alleluia. Secreta:

M unera

MUnera tibi dñe, noſtrę deuotionis offerimus: quę ⁊ pro tuorum grata ſint honore iuſtorum: ⁊ nobis ſalutaria, te miſerante, reddantur. Per. Cōmu.

Dico aūt vobis amicis meis: ne terreamini ab his, q vos pſequunt̄. Poſtcō.

PReſta nobis, quęſumus domine, intercedentibus ſanctis martyribus tuis N. ⁊ N. vt, quod ore cōtingimus, pura mente capiamus. Per dominum no.

¶ De eodem communi alia Miſſa. Introitus.



SAlus autē iuſtorum a dño, ⁊ protector eorum eſt in tempore tribulationis. ps. Noli ęmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui nos annua ſanctorum martyrum tuorum N. ⁊ N. ſolennitate lętificas: concede propitius: vt quorum gaudemꝰ meritis, inſtruamur exemplis. Per dominum noſtrum.

Lectio epiſtolę beati Pauli Apoſtoli ad Hebręos. x.

FRatres: Rememoramini priſtinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum. Et in altero quidem opprobrijs ⁊ tribulationibus ſpectaculū facti, in altero autem ſocij taliter cōuerſantiū effecti. Nam ⁊ vinctis cōpaſſi eſtis: ⁊ rapinam bonorū veſtrorū cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem ⁊ manentem ſubſtātiā. Nolite itaq; amittere confidentiam veſtram, quę magnā habet remunerationem. Patiētia enim vobis neceſſaria eſt: vt voluntatē Dei faciētes, reportetis promiſſionem. Adhuc enim modicum aliquantulumq; qui venturꝰ eſt, veniet, ⁊ nō tardabit. Iuſtꝰ aūt ex fide viuit. Grad.

Clamauerunt iuſti, ⁊ Dominus exaudiuit eos, ⁊ ex omnibus tribulationibꝰ eorum liberauit eos. ℣. Iuxta eſt Dominus his, qui tribulato ſunt corde: ⁊ humiles ſpiritu ſaluabuntur. Alleluia, alleluia. ℣. Te martyrum candidatus laudat exercitus domine. Alleluia.

Poſt Septuageſimā, Tractus.

Qui ſeminant. vt ſup. in alia miſſa.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. xxiiij.



IN illo tempore: Sedēte Ieſū ſuper montem Oliueti, acceſſerūt ad eū diſcipuli eius ſecretō, dicētes. Dic nobis, quando hęc erunt: ⁊ quod ſignū aduentus tui, ⁊ cōſummationis ſeculi? Et reſpondens Ieſus, dixit eis. Videte, ne quis vos ſeducat. Multi enim venient in nomine meo dicētes: Ego ſum Chriſtus: ⁊ multos ſeducent. Audituri

ri enim eſtis pꝛelia, ⁊ opiniones
pꝛeliorum. Uidete, ne turbemi-
ni. Opoꝛtet enim hec fieri, ſed
nondū eſt finis. Conſurget enim
gens in gentem, ⁊ regnum in re-
gnū: ⁊ erunt peſtilentię, ⁊ fames,
⁊ terręmotus per loca. Hęc au-
tem omnia, initia ſunt doloꝛum.
Tunc tradent vos in tribulatio-
nem, ⁊ occident vos, ⁊ eritis odio
omnibus gentibus pꝛopter no-
men meum. Et tunc ſcandaliza-
buntur multi, ⁊ inuicem tradent:
⁊ odio habebūt inuicem. Et mul
ti pſeudopꝛophetę ſurgent, ⁊ ſe-
ducent multos. Et quoniā abun
dabit iniquitas, refrigeſcet cha-
ritas multoꝛum. Qui autem per-
ſeuerauerit vſque in finem, hic
ſaluus erit. Offertoꝛium.

Iuſtoꝛum animę in manu Dei ſunt: ⁊
non tanget illos toꝛmentū moꝛtis: viſi
ſunt oculis inſipientium moꝛi, illi au-
tem ſunt in pace. Alleluia. Secreta.

Oblatis, queſumus dn̄e, pla
care muneribus, ⁊ interce-
dentibus ſanctis tuis N. ⁊ N. a
cunctis nos defende periculis.
Per dominum noſtrū. Cōmu.

Quod dico vobis in tenebris, dicite
in lumine, dicit Dn̄s, ⁊ quod in aure au
ditis, pꝛędicate ſuper tecta. Poſtcō.

Hęc nos communio do-
mine, purget a crimine: ⁊
intercedentibus ſanctis marty-
ribus tuis N. ⁊ N. cęleſtis reme-
dij faciat eſſe conſoꝛtes. Per do-
minum noſtrum Jeſum Chri-
ſtum filium tuum, qui tecum vi.

Item alię epiſtolę, ⁊ euange-
lia pꝛo pluribus martyribus.

Lectio libri Sapientię. x.

Reddidit Deus iuſtis mer
cedem laboꝛum ſuoꝛum, ⁊
deduxit illos in via mirabili. Et
fuit illis in velamento diei, ⁊ in lu
ce ſtellarū per noctē. Tranſtulit
illos per mare Rubrū, ⁊ tranſue-
xit illos per aquam nimiam. Ini
micos autem illoꝛum demerſit
in mare, ⁊ ab altitudine infero-
rum eduxit illos. Ideo iuſti tule
runt ſpolia impioꝛum, ⁊ decanta
uerunt domine, nomen ſanctum
tuum: ⁊ victricē manū tuā lauda
uerūt pariter, Dn̄e Deus noſter.

Lectio libri Sapientię. ij.

Qui timent dn̄m, non erunt
increduli verbo illi⁹: ⁊ qui
diligunt illum, conſerua-
bunt viam illius. Qui timent do
minū, inquirent quę beneplaci-
ta ſunt illi: ⁊ qui diligunt illum, re
plebūtur lege ipſius. Qui timent
dominū, pręparabunt coꝛda ſua:
⁊ in conſpectu ipſius ſanctifica-
bunt animas ſuas. Qui timent
dominum cuſtodient mandata
ipſius: ⁊ patientiā habebunt vſ
que ad circumſpectionem illius.

Lectio epiſtolę beati Pauli apo-
ſtoli ad Hebręos. xi.

Fratres: Sancti per fidē vi-
cerūt regna, operati ſunt iu-
ſtitiam, adepti ſunt repꝛomiſſio-
nes: obturauerunt oꝛa leonū, ex-
tinxerunt impetum ignis, effuga
uerunt aciē gladij, conualuerunt

de infirmitate, fortes ſancti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum: acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Alij autem diſtenti ſunt, non ſuſcipiētes redemptionem, vt meliorem inuenirent reſurrectionem. Alij verò ludibria ⁊ verbera experti, inſuper ⁊ vincula ⁊ carceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignuꝫ non erat mundus. In ſolitudinibus errantes, in montibus, ⁊ ſpeluncis, ⁊ in cauernis terrę. Et hi omnes teſtimonio fidei probati inuēti ſunt: in Chriſto Jeſu Dño noſtro.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. v.



In illo tempore: Vidēꝫ Jeſuꝫ turbas, aſcēdit in mōtē: ⁊ cū ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, ⁊ aperiens os ſuum, docebat eos, dicens. Beati pauperes ſpiritu, quoniā ipſorū eſt regnum cęlorū. Beati mites, quoniaꝫ ipſi poſſidebunt terrā. Beati, qui lugent: quoniaꝫ ipſi conſolabunt. Beati, qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſtitiā: quoniā ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes: quoniā ipſi miſericordiā cōſequentur. Beati mundo corde: quoniā ipſi Deū videbunt. Beati pacifici: quoniā filij Dei vocabuntur. Beati, qui perſecutionē patiuntur propter iuſtitiaꝫ: quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum. Beati eritis, cum maledixerint vobis homines, ⁊ perſecuti vos fuerint, ⁊ dixerint oē malum aduerſus vos, mentiētes ꝓpter me. Gaudete, ⁊ exultate: quoniā merceꝫ veſtra copioſa eſt in cęlis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. xi.



In illo tēpore: Reſpondēs Jeſus dixit. Cōfiteor tibi Pater, Dñe cęli ⁊ terrę: qꝛ abſcondiſti hęc a ſapientibus et prudētibus, ⁊ reuelaſti ea paruulis. Ita pater: quoniam ſic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita ſunt a patre meo. Et nemo nouit filium, niſi pater: neque patrem quis nouit, niſi filius, ⁊ cui voluerit filiuꝫ reuelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, ⁊ onerati eſtis: ⁊ ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos: ⁊ diſcite a me, quia mitis ſum ⁊ humilis corde: ⁊ inuenietis requiem animabus veſtris. Jugum enim meum ſuaue eſt, ⁊ onus meum leue.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.xi.



In illo tempore: Dicebat Jeſus turbis Iudeorum, ⁊ principibus ſacerdotū. Ve vobis, qui ędificatis monumenta Prophetarum: patres autem veſtri occiderunt illos. Profecto teſtificamini, ꝙ conſentitis operibus patrum veſtrorū: quoniam ipſi quidē eos occiderunt, vos autem ędificatis eorum ſepulcra. Propterea ſapiētia Dei dixit. Mittam ad illos prophetas ⁊ apoſtolos, ⁊ ex illis occidēt ⁊ perſequētur: vt inquiratur ſanguis omnium prophetarum, qui effuſus eſt a conſtitutione mundi a generatione iſta, a ſanguine Abel, vſque ad ſanguinem Zacharię, qui periit inter altare ⁊ ędem. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.x.



In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Qui vos audit, me audit: ⁊ qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum, qui me miſit. Reuerſi ſunt autem ſeptuagintaduo cū gaudio, dicentes. Domine etiā demonia in nomine tuo ſubiiciuntur nobis. Et ait illis: Videbam Satanam ſicut fulgur de cęlo cadentem. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, ⁊ ſcorpiones, ⁊ ſupra omnem virtutem inimici: ⁊ nihil vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus ſubiiciuntur vobis: gaudete autē, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cęlis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.xii.



In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Attendite a fermento Phariſeorum, qđ eſt hypocriſis. Nihil autē opertum, quod non reueletur: neque abſconditum, quod non ſciatur. Quoniam quę in tenebris dixiſtis, in lumine dicentur: ⁊ quod in aure locuti eſtis in cubiculis, prędicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis. Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, ⁊ poſt hęc non habent amplius quid faciāt. Oſtendam autem vobis quem timeatis. Timete eum, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hūc timete. Nonne quinque paſſeres veneunt diſpondio: ⁊

vnus ex illis non eſt in obliuione coraꝫ Deo: Sed ⁊ capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus pluris eſtis vos. Dico autem vobis: omnis quicunqꝫ confeſſus fuerit me coram hominibus, ⁊ Filius hominis confitebitur eum coram angelis Dei.

¶ Commune confeſſ. pontifi.

Introitus.

STatuit ei dominus teſtamentū pacis, ⁊ principē fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in ęternum. Ps. Memento domine Dauid, ⁊ omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oro.

DA, queſumus, omnipotēs Deus: vt beati N. confeſſoris tui atque pontificis veneranda ſolennitas, ⁊ deuotionem nobis augeat ⁊ ſaluteꝫ. Per do.

Lectio libri Sapientię. xliiij.

ECce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo, ⁊ inuentus eſt iuſtus: ⁊ in tempore iracundię factus eſt reconciliatio. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui cōſeruaret legem Excelſi. Ideo iureiurando fecit illum dominus creſcere in plebem ſuam. Benedictionem omnium gentiuꝫ dedit illi: ⁊ teſtamentū ſuum confirmauit ſuper caput eius. Cognouit eum in benedictionibus ſuis: conſeruauit illi miſericordiam ſuam, ⁊ inuenit gratiam coram oculis Domini. Magnificauit eum in conſpectu regum, ⁊ dedit illi coronā glorię. Statuit illi teſtamentum ſempiternum: ⁊ dedit illi ſacerdotium magnuꝫ: et beatificauit illum in gloria. Fungi ſacerdotio, ⁊ habere laudem in nomine ipſius: ⁊ offerre illi incenſum dignum, in odorem ſuauitatis. Graduale.

Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem Excelſi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es ſacerdos in ęternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Alleluia.

¶ Tempore paſchali omittitur Graduale, vſqꝫ ad Alla ⁊ ad eius verſum addit ſequēs ℣. Hic eſt ſacerdos queꝫ coronauit dn̄s, alleluia.

Poſt Septuageſimam. Tract⁹.

Beatus vir, qui timet dn̄m: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicet. ℣. Gloria ⁊ diuitię i domo eius, ⁊ iuſtitia ei⁹ manet in ſeculū ſeculi.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. xxv.



IN illo tēpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolā hāc. Homo quidaꝫ peregre proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos,

ſuos, ꝛ tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinque talenta: alij autem duo, alij vero vnum. Vnicuiq; ſecundum propriam virtutem: ꝛ profectus eſt ſtatim. Abijt autem qui quinque talenta acceperat, ꝛ operatus eſt in eis, ꝛ lucratus eſt alia quinque. Similiter ꝛ qui duo talenta acceperat, lucratus eſt alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terraz, ꝛ abſcondit pecuniam domini ſui. Poſt multuz verò temporis venit dñs ſeruorum illorū, ꝛ poſuit rationē cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicēs. Dñe, quinque talenta tradidiſti mihi: ecce, alia quinque ſuperlucratus ſum. Ait illi dñs ei⁹: Euge ſerue bone ꝛ fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium dñi tui. Acceſſit autem ꝛ qui duo talenta acceperat, ꝛ ait. Domine, duo talenta tradidiſti mihi: ecce, alia duo ſuperlucratus ſum. Ait illi dñs eius. Euge ſerue bone ꝛ fidelis: quia ſupra pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium dñi tui. Offer.

Inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, ꝛ brachium meum confortabit eum. Secreta.

SAncti tui, queſumus dñe, nos vbique letificent: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia ſentiamus. Per do. Cōmu.

Fidelis ſeruus ꝛ prudens, quem cōſtituit dñs ſuper familiā ſuā: vt det illis in tempore tritici menſuram. Poſtcō.

PReſta, queſumus omnipotens Deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato N. confeſſore tuo atque pontifice, beneficia potiora ſumamus. Per domi.

¶ De eodem cōmuni alia Miſſa. Introitus.

SAcerdotes tui dñe induant iuſtitiam: ꝛ ſancti tui exultent: propter Dauid ſeruum tuum, non auertas faciem Chriſti tui. Ps. Memento dñe Dauid, ꝛ omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria pa. Oro.

EXaudi, queſumus domine, preces noſtras: quas in beati N. confeſſoris tui atq; pontificis ſolennitate deferimus: ꝛ qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnib⁹ nos abſolue peccatis. Per dominum noſtruz Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vi.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Hebreos. vij.

FRatres: Plures facti ſunt ſacerdotes ſecundum legem, iccirco quod morte prohiberentur permanere. Ieſus autē, eo q̄ maneat in eternum, ſempiternū habet ſacerdotiū. Vnde ꝛ ſaluare in perpetuuz poteſt, accedens per ſemetipſum ad Deū, ſemper

viuens

viuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat, vt nobis eſſet pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus a peccatoribus, ⁊ excelſior cęlis factus. Qui non habet quotidie neceſſitatem (quemadmodū ſacerdotes) prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit ſemel, ſe offerendo, dominus noſter Jeſus Chriſtus. **Graduale.**

Sacerdotes eius induant ſalutare: ⁊ ſancti eius exultatione exultabunt. ℣. Jlluc producam cornu Dauid: paraui lucernam Chriſto meo. Alleluia, all'a. ℣. Jurauit dñs, ⁊ non pęnitebit eum. Tu es ſacerdos in ęternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Alleluia.

¶ Tempore paſchali Graduale omittitur, ⁊ ad eius verſum additur ſequens ℣. Amauit eum dominus, ⁊ ornauit eum: ſtolam glorię induit eum. Alleluia. Poſt Septuageſimam. Tractus. Beatus vir. vt ſup. in Miſſa precedēti. f. 226.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. xxiiij.



In illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vigilate, quia neſcitis qua hora dominus veſter venturus ſit. Illud autem ſcitote: quoniam ſi ſciret pater familias qua hora fur veniret: vigilaret vtique, ⁊ non ſineret perfodi domū ſuam. Jdeo ⁊ vos eſtote parati, quia neſcitis qua hora filius hominis venturus ſit. Quis, putas, eſt fidelis ſeruus ⁊ prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille ſeruus, quem cum venerit dominus eius, inuenerit ſic facientem. Amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. **Offer.**

Veritas mea, ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. **Secreta.**

Sancti N. confeſſoris tui atqȝ pontificis, quęſumus domine, annua ſolennitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt per hęc pię placationis officia, ⁊ illuȝ beata retributio comitetur, ⁊ nobis gratię tuę dona conciliet. Per dominum noſtruȝ Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate. **Cōmu.**

Beatus ſeruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. **Poſtcommunio.**

Deus fideliuȝ remunerator animarum, pręſta, vt beati N. confeſſoris tui atque pontificis, cuius venerandam celebramus feſtiuitateȝ, precibus indulgentiam conſequamur. Per dominum noſtruȝ Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vi.

¶ Item alia epiſtola pro confeſſore pontifice.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Hebreos .v.

FRatres: Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in iis, quę ſunt ad Deum, vt offerat dona ꝛ ſacrificia pro peccatis. Qui condolere poſſit iis, qui ignorāt ꝛ errant: quoniā ꝛ ipſe circundatus eſt infirmitate. Et propterea debet quemadmoduꝫ pro populo, ita etiam ꝛ pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Nec quiſquam ſumit ſibi honorem: ſed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron.

¶ Item alia Euangelia pro confeſſore pontifice.

Seq. ſcti Euāg. ſecundū Lucā. xi.



IN illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nemo accendit lucernam, ꝛ in abſcondito ponit, neqꝫ ſub modio, ſed ſuper candelabrum: vt qui ingrediuntur, lumen videant. Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus. Si ocul⁹ tuus ſimplex fuerit: totū corpus tuum lucidū erit. Si aūt nequā fuerit: etiā corpus tuuꝫ tenebroſum erit. Vide ergo, ne lumen, quod in te eſt, tenebrę ſint. Si ergo totū corpus tuū lucidū fuerit: nō habēs aliquā partē tenebrarū, erit lucidū totuꝫ: ꝛ ſicut lucerna fulgoris illuminabit te.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Marcum. xiii.



IN illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Videte, vigilate, ꝛ orate. Neſcitis enim, quādo temp⁹ ſit. Sicut homo, qui peregre profectus, reliquit domum ſuam: ꝛ dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſqꝫ operis: ꝛ ianitori pręcepit, vt vigilet. Vigilate ergo, (neſcitis enim, quando dn̄s dom⁹ veniat: ſero, an media nocte, an galli cantu, an mane) ne cū venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod auteꝫ vobis dico, omnibus dico, Vigilate.

Commune doctoruꝫ. Intr.



IN medio eccleſię aperuit os eius: ꝛ impleuit eū dn̄s ſpiritu ſapientię ꝛ intellectus: ſtolā glorię induit eū. Ps. Bonum eſt confiteri domino: ꝛ pſallere nomini tuo Altiſſime. ℣. Gloria patri ꝛ filio ꝛ ſpiritui ſancto. Oro.

DEus qui eccleſię tuę beatū N. confeſſorē tuū doctorē mirabilē tribuiſti: cōcede propitius:

tius: vt apud te hunc piū ſemper
interceſſoꝛē habere mereaꝼ. per.

Lectio epiſtolę beati Pauli apo-
ſtoli ad Timotheum. ij. cap. iiij.

Chariſſime: Teſtificoꝛ coꝛā
deo ⁊ Chꝛiſto Jeſu, qui iu-
dicaturus eſt viuos ⁊ moꝛtuos,
per aduentum ipſius, ⁊ regnum
eius, pꝛędica verbū: inſta oppoꝛ-
tune, impoꝛtune: argue, obſecra,
increpa in omni patiētia ⁊ doctri
na. Erit enim tempus, cuꝫ ſanam
doctrinam non ſuſtinebunt: ſed
ad ſua deſideria coaceruabunt
ſibi magiſtros, pꝛuriētes aurib⁹:
⁊ a veritate quidem auditū auer-
tent, ad fabulas autē conuerten-
tur. Tu vero vigila, in omnibus
laboꝛa, opus fac euangeliſtę, mi-
niſterium tuum imple, ſobꝛius
eſto. Ego enim iaꝫ deliboꝛ, ⁊ tem
pus reſolutionis meę inſtat. Bo
num certamen certaui, curſum
conſummaui, fidem ſeruaui. In
reliquo repoſita eſt mihi coꝛona
iuſtitię, quam reddet mihi Do-
minus in illa die, iuſtus iudex: nō
ſolum autem mihi, ſed ⁊ ijs qui
diligunt aduentum eius. Grad.

Os iuſti meditabitur ſapientiam: ⁊ lin-
gua eius loquetur iudicium. ℣. Lex
Dei eius in coꝛde ipſius: ⁊ non ſupplan
tabuntur greſſus eius. Alleluia, alle-
luia. ℣. Amauit eū dominus, ⁊ oꝛnauit
eum: ſtolaꝫ gloꝛię induit eum. Alleluia.

¶ Tempoꝛe paſchali omittitur
Graduale, ⁊ ad eius verſuꝫ additꝛ
ſequēs. ℣. Juſt⁹ germinabit ſicut li-
liū, ⁊ floꝛebit in ęternū ante dn̄m. Alla.

M. M.

Poſt Septuageſimā. Tractus.

Beatus vir, qui timet dn̄m: in mādatis
eius cupit nimis. ℣. Potens in terra
erit ſemen eius: generatio rectoꝛū bene
diceꝼ. ℣. Gloꝛia ⁊ diuitię in domo ei⁹:
⁊ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

Sequentia ſancti Euangelij ſe-
cundum Mattheum. v.



In illo
tēpoꝛe:
Dixit Je
ſus diſci-
pulis ſuis.
Vos eſtis
ſal terrę.
Quod ſi
ſal eua-
nuerit, in quo ſalietur? Ad nihi-
lum valet vltra, niſi vt mittatur
foꝛas, ⁊ conculcetur ab homini-
bus. Vos eſtis lux mundi. Non
poteſt ciuitas abſcōdi ſupꝛa mon
tem poſita. Neqꝫ accendūt lucer
nam, ⁊ ponunt eā ſub modio, ſed
ſuper cādelabꝛū, vt luceat oībus
qui in domo ſunt. Sic luceat lux
veſtra coꝛā hominib⁹: vt videāt
opera veſtra bona, ⁊ gloꝛificent
patrē veſtrū qui in cęlis eſt. Noli
te putare, quoniā veni ſoluere le-
gem, aut pꝛophetas: nō veni ſol-
uere, ſed adimplere. Amen quip
pe dico vobis, donec tranſeat cę-
lum, ⁊ terra, iota vnum, aut vnus
apex non pꝛęteribit a lege, donec
oīa fiant. Qui ergo ſoluerit vnuꝫ
de mandatis iſtis minimis, ⁊ do-
cuerit ſic homines: minimus vo
cabitur in regno cęloꝛū. Qui aūt

fecerit ꝛ docuerit: hic magnus vocabit in regno celoꝝ. Offer.

Iuſtus, vt palma floꝛebit, ſicut cedrus que i Libano eſt multiplicabit. Secr.

Sancti tui N. nobis domine, pia non deſit oꝛatio, que ꝛ munera noſtra cōciliet, ꝛ tuaȝ nobis indulgentiam ſemper obtineat. Per dominum no. Commu.

Fidelis ſeruus ꝛ prudens, quē conſtituit dñs ſuper familiā ſuā: vt det illis in tempoꝛe tritici menſuram. Poſtcō.

Ut nobis domine, tua ſacrificia dent ſalutem: beatus N. confeſſoꝛ tuus ꝛ doctoꝛ egregius precatoꝛ accedat. Per do.

Lectio libri Sapientie. xxxix.

Optaui ꝛ dat⁹ eſt mihi ſenſus: ꝛ inuocaui, ꝛ venit in me ſpiritus ſapiētie: ꝛ prepóſui illam regnis ꝛ ſedibus: ꝛ diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius: nec comparaui illi lapideȝ precioſum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua: ꝛ tanquam lutum eſtimabitur argentum in conſpectu illius. Super ſalutem ꝛ ſpeciem dilexi eam: ꝛ propoſui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile eſt lumen illius. Venerunt auteȝ mihi omnia bona páriter cum illa: ꝛ innumerabilis honeſtas per manus illius: ꝛ letatus ſum in omnibus, quoniam antecedebat me iſta ſapientia: ꝛ ignoꝛabam, quoniam hoꝝ omnium mater eſt: quam ſine fictione didici: ꝛ ſine inuidia communico: ꝛ honeſtatem illius non abſcondo. Infinitus enim theſaurus eſt hominibus: quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitie Dei: propter diſcipline dona commendati. Mihi auteȝ dedit deus dicere ex ſententia, ꝛ preſumere digna hoꝝ que mihi dantur: quoniam ipſe ſapientie dux eſt, ꝛ ſapientium emendatoꝛ.

Cōmune cōfeſſ. non pont. Intr.

Os iuſti meditabitur ſapientiaȝ, ꝛ lingua eius loquetur iudiciuȝ: lex Dei eius in coꝛde ipſius. Ps. Noli emulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitateȝ. V. Gloria patri ꝛ filio ꝛ ſpiritui ſancto. Oro.

Deus, qui nos beati N. confeſſoꝛis tui annua ſolennitate letificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, etiaȝ actiones imitemur. Per domi.

Lectio libri Sapientie. xxxj.

Beatus vir, qui inuentus eſt ſine macula: ꝛ qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecunie theſauris. Quis eſt hic, ꝛ laudabimus eū: fecit enim mirabilia in vita ſua. Qui probatus eſt in illo, ꝛ perfectus inuētus eſt, ꝛ erit illi gloꝛia eterna. Qui potuit trāſgredi, ꝛ non eſt tranſgreſſus: facere mala, ꝛ non fecit. Ideo ſtabilita ſunt bona illius in Domino: ꝛ eleemoſynas illius enarrabit oīs eccleſia ſanctoꝝ. Gra.

Iuſtus,

Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo Dñi. ℣. Ad annunciandum mane miſericordiam tuam, ꝛ veritatem tuam per noctes. Alleluia, all'a. ℣. Beatus vir, qui ſuffert tentationẽ: quoniã cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę. Alleluia.

¶ Tẽpore paſchali Graduale omittitur, ꝛ additur ſequens. ℣. Amauit eum dñs, ꝛ ornauit eum: ſtolã glorię induit eũ. All'a. Poſt Septuageſimam. Tract. Beatus. vt ſup. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. xij.



IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Sint lumbi veſtri pręcincti, ꝛ lucernę ardentes in manibus veſtris. Et vos ſimiles hominibꝰ expectantibus dñm ſuum, quando reuertatur à nuptijs: vt cum venerit ꝛ pulſauerit, cõfeſtim aperiant ei. Beati ſerui illi, quos cũ venerit dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod pręcinget ſe, ꝛ faciet illos diſcumbere, ꝛ tranſiens miniſtrabit illis. Et, ſi venerit in ſecunda vigilia, ꝛ ſi in tertia vigilia venerit, ꝛ ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi. Hoc autem ſcitote: quoniam ſi ſciret pater familias qua hora fur veniret: vigilaret vtique, ꝛ nõ fineret perfodi domũ ſuã. Et vos eſtote parati, quia qua hora nõ putatis, Filius hominis veniet. Offerto. Veritas mea, ꝛ miſericordia mea cum ipſo: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

LAudis tibi dñe hoſtias immolamus in tuorũ cõmemoratione ſanctorum, quibus nos ꝛ pręſentibus exui malis confidimus, ꝛ futuris. Per do. Cõmu. Beatus ſeruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſtcommunio.

REfecti cibo, potuq; cęleſti, Deus noſter, te ſupplices exoramus: vt, in cuius hęc commemoratione percepimus, eius muniamur ꝛ precibus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ filium tuum, qui tecũ viuit ꝛ reg.

¶ De eod. cõi alia miſſa. Intr.



IVſtus, vt palma, florebit: ſicut cedrus Libani, multiplicabitur, plantatꝰ in domo Dñi, in atrijs domꝰ Dei noſtri. Ps. Bonum eſt confiteri domino, ꝛ pſallere nomini tuo Altiſſime. ℣. Gloria patri ꝛ filio ꝛ ſpiritui. Oratio.

ADeſto Domine, ſupplicationibus noſtris, quas in beati N. confeſſoris tui ſolennitate deferimus, vt, qui noſtrę iuſtitię fiduciam non habemus, eius

eius

eius qui tibi placuit, precibus adiuuemur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ꝛ regnat.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Corinthios. j. Cap. iiij.

Fratres: Spectaculum facti ſumus mundo, ꝛ angelis, ꝛ hominibus. Nos ſtulti propter Chriſtum, vos autem prudentes in Chriſto. Nos infirmi, vos autem fortes. Vos nobiles, nos autem ignobiles. Vſqꝫ in hanc horam ꝛ eſurimus, ꝛ ſitimus, ꝛ nudi ſumus, ꝛ colaphis cędimur, ꝛ inſtabiles ſumus, ꝛ laboramus operantes manibꝰ noſtris. Maledicimur, ꝛ benedicimus. Perſecutionem patimur, ꝛ ſuſtinemus. Blaſphemamur, ꝛ obſecramus. Tanquã purgamenta huius mundi facti ſumus, omnium peripſema vſque adhuc. Non, vt confundam vos, hęc ſcribo: ſed vt filios meos chariſſimos moneo. In Chriſto Jeſu domino noſtro. Graduale.

Os iuſti meditabitur ſapientiam, ꝛ lingua eius loquetur iudiciũ. ℣. Lex Dei eius in corde ipſius: ꝛ non ſupplantabuntur greſſus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. Alleluia.

Tempore paſchali omittitur Graduale, ꝛ additur ſequens ℣. Juſtus germinabit ſicut lilium: ꝛ florebit in ęternum ante dominuꝫ. Alleluia.

Poſt Septuageſimam. Tractꝰ. Beatus vir, vt ſupra.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. xij.



In illo tẽpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nolite timere puſillꝰ grex: quia complacuit patri veſtro dare vobis regnuꝫ. Vendite quę poſſidetis ꝛ date eleemoſinã. Facite vobis ſacculos, qui nõ veteraſcunt, theſaurũ nõ deficientẽ in cęlis: quò fur nõ appropiat, neqꝫ tinea corrumpit. Vbi enim theſaurus veſter eſt, ibi ꝛ cor veſtrũ erit. Offer.

In virtute tua domine, lętabitur iuſtus, ꝛ ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer: deſiderium animę eius tribuiſti ei. Secreta.

Preſta nobis, quęſumus omnipotens Deus: vt noſtrę humilitatis oblatio, ꝛ pro tuorum tibi grata ſit honore ſanctorum, ꝛ nos corpore pariter ꝛ mente purificet. Per domi. Cõmu.

Amen dico vobis: ꝙ vos, qui reliquiſtis omnia, ꝛ ſecuti eſtis me: centuplum accipietis, ꝛ vitam ęternam poſſidebitis. Poſtcommunio.

Quęſumus, oĩpotens deus, vt qui cęleſtia alimẽta percepimꝰ: intercedẽte beato N. confeſſore tuo, per hęc contra omnia aduerſa muniamur. Per dominum noſtruꝫ Jeſum.

Item

¶ Item alia Epiſtola pro doctoribus, ⁊ confeſſoribus.

Lectio libri Sapientie. xxxix.

IVſtus cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo, ad dominum qui fecit illum: ⁊ in conſpectu altiſſimi deprecabitur. Aperiet os ſuum in oratione: ⁊ pro delictis ſuis deprecabitur. Si enim dominus magnus voluerit: ſpiritu intelligentię replebit illum: ⁊ ipſe tanquã imbres mittet eloquia ſapientię ſuę, ⁊ in oratione confitebitur domino, ⁊ ipſe diriget conſilium eius, ⁊ diſciplinam, ⁊ in abſconditis ſuis conſiliabitur. Ipſe palam faciet diſciplinam doctrinę ſuę: ⁊ in lege teſtamenti domini gloriabitur. Collaudabunt multi ſapientiaꝫ eius, ⁊ vſqꝫ in ſeculum non delebitur. Non recedet memoria eiꝰ, ⁊ nomen eius requiretur a generatione in generationem.

¶ Item aliud Euangelium pro confeſſore non pontifice.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. xix.



IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere ſibi regnum, ⁊ reuerti. Vocatis autem decem ſeruis ſuis, dedit eis decem mnas: ⁊ ait ad illos: Negociamini, dum venio. Ciues autem eius oderant euꝫ: ⁊ miſerunt legationem poſt illum, dicentes. Nolumus hunc regnare ſuper nos. Et factum eſt, vt rediret accepto regno: ⁊ iuſſit vocari ſeruos, quibꝰ dedit pecuniam: vt ſciret quantum quiſque negociatus eſſet. Venit autem primus, dicens. Domine, mna tua decem mnas acquiſiuit. Et ait illi. Euge ſerue bone, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſuper decem ciuitates. Et alter venit, dicens. Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Et tu eſto ſup quinque ciuitates. Et alter venit, dicens. Domine, ecce mna tua, quam habui, repoſita eſt in ſudario. Timui enim te, quia homo auſterus es: tollis quod non poſuiſti, ⁊ metis quod non ſeminaſti. Dicit ei. De ore tuo te iudico, ſerue nequã. Sciebas, quod ego homo auſterus ſum, tollens quod non poſui, ⁊ metens quod nõ ſeminaui: ⁊ quare non dediſti pecuniam meã ad menſam, ⁊ ego veniens cum vſuris vtiqꝫ exegiſſem illã? Et aſtantibꝰ dixit. Auferte ab illo mnam, ⁊ date illi qui deceꝫ mnas habet. Et dixerunt ei. Domine, habet decem mnas. Dico auteꝫ vobis, quia omni habenti dabit, ⁊ abundabit: ab eo autẽ qui non habet, ⁊ quod habet auferetur ab eo.

Cōmune Abbatum. Jntro.

Os iuſti meditabitur ſapientiā, ⁊ lingua eius loquetur iudiciū: lex Dei eius in corde ipſius. Ps. Noli ęmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui. Oratio.

Jntercesſio nos, quęſumus domine, beati N. Abbatis commendet: vt, quod noſtris meritis nō valemus, eius patrocinio aſſequamur. Per dominum noſtrū Jeſum Chriſtum filium tuum.

Lectio libri Sapientię. xlv.

Dilectus Deo, ⁊ hominib⁹, cuius memoria in benedictione eſt. Similem illum fecit in gloria Sanctorum, ⁊ magnificauit eum in timore inimicorum, ⁊ in verbis ſuis monſtra placauit. Glorificauit eum in conſpectu Regum, ⁊ iuſſit illi coram populo ſuo: ⁊ oſtendit illi gloriam ſuā. Jn fide ⁊ lenitate ipſius ſanctum fecit illum: ⁊ elegit eum ex omni carne. Audiuit enim vocem ipſius, ⁊ induxit illum in nubem. Et dedit illi cor ad pręcepta ⁊ legem vitę ⁊ diſciplinę. Graduale.

Domine pręuenisti eū in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronā de lapide pręcioſo. ℣. Vitā petijt a te, ⁊ tribuiſti ei longitudinem dierum in ſęculū ſęculi. Alleluia, alleluia. ℣. Juſtus, vt palma, florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur. Alleluia.

Tēpore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens ℣. Juſtus germinabit ſicut lilium, ⁊ florebit in ęternum ante Dominū. Alleluia. Poſt Septuageſimā. Tractus. Beatus vir qui. vt ſupra. fol. 226.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. xix.



Jn illo tempore: Dixit Simon Petr⁹ ad Jeſū. Ecce, nos reliquimus omnia, ⁊ ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Jeſus aūt dixit illis. Amen dico vobis ꝙ vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cū ſederit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuę, ſedebitis ⁊ vos ſuper ſedes duodecim: iudicantes duodecim tribus Jſrael. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meū, centuplum accipiet, ⁊ vitam ęternam poſſidebit. Offertorium.

Deſiderium animę eius tribuiſti ei domine, ⁊ voluntate labiorum eius non fraudaſti eum: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pręcioſo. Secreta.

Sacris altaribus domine, hoſtias ſuperpoſitas ſanctus N. Abbas, quęſumus, in ſalutem nobis prouenire depoſcat. Per dominum noſtrum. Communio.

Fidelis

Fidelis ſeruus, ⁊ prudens, quē conſtituit Dñs ſuper familiā ſuam, vt det illis in tempore tritici menſurā. Poſtcō.

Protegat nos domine, cum tui perceptione ſacramenti, beatus N. Abbas pro nobis intercedendo: vt ⁊ conuerſationis eius experiamur inſignia, ⁊ interceſſionis ipſius percipiamus ſuffragia. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vni.

¶ Commune Virginum.

Pro virgine ⁊ martyre. Introi.

LOquebar de teſtimonijs tuis in cōſpectu Regum, ⁊ non cōfundebar, ⁊ meditabar in mādatis tuis, quę dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui. Orō.

DEus, qui inter cętera potētię tuę miracula, etiam in ſexu fragili victoriam martyrij contuliſti: concede propitius: vt qui beatę N. Virginis ⁊ martyris tuę natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum noſtrum Jeſū Chriſtum filium tuum, qui tecum vi.

Lectio libri Sapientię. li.

COnfitebor tibi dñe, rex: ⁊ collaudabo te Deum, ſaluatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniā adiutor ⁊ protector factus es mihi: ⁊ liberaſti corpus meum a perditione: a laqueo linguę iniquę, ⁊ a labijs operantium mendacium: ⁊ in conſpectu aſtantium factus es mihi adiutor. Et liberaſti me ſecundum multitudinē miſericordię nominis tui a rugientibus pręparatis ad eſcam, de manibus quęrentium animam meā: ⁊ de portis tribulationum, quę circūdederunt me: a preſſura flammę, quę circundedit me, ⁊ in medio ignis non ſum ęſtuata. De altitudine ventris inferi: ⁊ a lingua coinquinata, ⁊ a verbo mendacij: a rege iniquo, ⁊ a lingua iniuſta. Laudabit vſq; ad mortē anima mea Dñm, quoniam eruis ſuſtinentes te, ⁊ liberas eos de manu anguſtię dñe Deus noſter. Gra.

Dilexiſti iuſtitiā, ⁊ odiſti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te D. us, Deus tuus oleo lętitię. Alla, alla. ℣. Adducentur regi virgines poſt eam, proximę eius afferentur tibi in lętitia. Alleluia.

¶ Tēpore paſchali, omittitur Graduale, ⁊ additur ſequēs ℣.

Specie tua ⁊ pulchritudine tua, intende, proſpere, pcede, ⁊ regna. Alleluia.

Poſt Septuageſimā. Tractus.

Ueni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dominus pręparauit in ęternum: pro cuius amore ſanguinē tuum fudiſti. ℣. Dilexiſti iuſtitiā, ⁊ odiſti iniquitatē: propterea vnxit te Deus, De⁹ tuus, oleo lętitię pę conſortibus tuis. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua intende, proſpere procede, ⁊ regna.

Sequentia

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.xxv.



IN illo tempoꝛe: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Simile eſt regnuꝫ celoꝛum decem virginibus, que accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo ꝛ ſponſe. Quinque autem ex eis erant fatue, ꝛ quinque pꝛudentes. Sed quinque fatue acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum. Pꝛudentes vero acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. Moꝛam autem faciente ſponſo, doꝛmitauerunt omnes, ꝛ doꝛmierunt. Media autem nocte clamoꝛ factus eſt, Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. Tunc ſurrexerunt omnes virgines ille, ꝛ oꝛnauerunt lampades ſuas. Fatue autem ſapientibus dixerunt. Date nobiſ de oleo veſtro, quia lampades noſtre extinguuntur. Reſpōderunt pꝛudentes, dicentes. Ne foꝛte nō ſufficiat nobis ꝛ vobis: ite potius ad vendentes, ꝛ emite vobis. Dum aūt irent emere, venit ſponſus: ꝛ que parate erant, intrauerunt cū eo ad nuptias, ꝛ clauſa eſt ianua. Nouiſſimē vero veniūt ꝛ relique virgines, dicentes. Dñe, dñe aperi nobiſ. At ille reſpondēs, ait. Amē dico vobis, neſcio vos. Vigilate itaqꝫ, quia neſcitis diem neqꝫ hoꝛaꝫ. Offer.

Afferentur regi virgines poſt eaꝫ, pꝛoxime eius afferentur tibi. Secreta.

Suſcipe dñe, munera, que in beate N. virginis ꝛ martyris tue ſolennitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum. Commu.

Confundantur ſuperbi, quia iniuſtē iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor, ꝛ meditabor in tuis iuſtificationibus, vt non confundar. Poſtcommunio.

Auxilientur nobiſ dñe, ſumpta myſteria: ꝛ intercedente beata N. virgine ꝛ martyre tua, ſempiterna faciāt pꝛotectione gaudere. Per dominum no.

¶ Item pꝛo virg. ꝛ marty. alia Miſſa. Introitus.



E expectauerunt peccatores, vt perderent me: teſtimonia tua domine, intellexi: omniſ cōſummationiſ vidi finem: latum mandatuꝫ tuū nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria patri ꝛ filio ꝛ ſpiritui ſancto. Oꝛo.

Indulgentiam nobis, queſumuſ domine, beata N. virgo ꝛ martyr imploꝛet: que tibi grata ſemꝑ extitit, ꝛ merito caſtitatis, ꝛ tue pꝛofeſſione virtutiſ. Per do.

Lectio

Lectio libri Sapientię. lj.

Domine Deus meꝰ, exaltaſti ſuper terrā habitationē meā, ⁊ pro morte defluēte deprecata ſum. Inuocaui dn̄m, patreꝫ Dn̄i mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meę, ⁊ in tempore ſuperborꝫ ſine adiutorio. Laudabo nomen tuꝫ aſſidue, ⁊ collaudabo illud in cōfeſſione: ⁊ exaudita eſt oratio mea. Liberaſti me de pditione, ⁊ eripuiſti me de tēpore iniquo. Propterea cōfitebor tibi, ⁊ laudē dicā nomini tuo, Dn̄e Deus noſter. Grad.

Adiuuabit eā Deus vultu ſuo: Deus in medio eius nō cōmouebitur. ℣. Fluminis impetus lętificat ciuitatē dei, ſanctificauit tabernaculū ſuū Altiſſimus.

Alla, alla. ℣. Hęc eſt virgo ſapiens, ⁊ vna de numero prudentuꝫ. Alleluia.

Tēpore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens ℣.

O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate. Alleluia.

Poſt Septuageſimam. Tract⁹.

Veni ſpōſa Chri. vt ſu. ī alia miſſa.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. xiij.



In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorū theſauro abſcondito in agro: quem qui inuenit homo, abſcondit, ⁊ prę gaudio illius vadit, ⁊ vendit vniuerſa quę habet, ⁊ emit agruꝫ illum. Iterum, ſimile eſt regnum cęlorꝫ homini negotiatori, quęrenti bonas margaritas. Inuenta autem vna precioſa margarita, abijt, ⁊ vendidit omnia quę habuit, ⁊ emit eam. Iterum ſimile eſt regnum cęlorum ſagenę miſſę in mare, ⁊ ex omni genere piſcium cōgreganti. Quam, cum impleta eſſet, educentes, ⁊ ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt. Sic erit in conſummatione ſeculi. Exibunt angeli, ⁊ ſeparabunt malos de medio iuſtorum, ⁊ mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiū. Intellexiſtis hęc omnia? Dicūt ei, Etiā Dn̄e. Ait illis. Ideo, omnis ſcriba doctus in regno cęlorū ſimilis eſt homini patrifamilias, qui pfert de theſauro ſuo noua ⁊ vetera. Offer.

Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in ęternum ⁊ in ſeculum ſeculi. Secreta.

Hoſtias tibi Domine, beatę N. virginis ⁊ martyris tuę dicatas meritis benignus aſſume: ⁊ ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per dominum noſtrum Ieſuꝫ Chriſtum filium tuum. Communio.

Feci iudiciū ⁊ iuſtitiam, Dn̄e: non calumnientur mihi ſuperbi: ad omnia mādata tua dirigebar, omnem viaꝫ iniquitatis odio habui. Poſtcommunio.

Diuini

Diuini muneris largitate ſatiati: queſumus, domine Deus noſter: vt intercedēte beata N. virgine ꝛ martyre tua, in eius ſemper participatione viuamus. Per dominum noſtruz Jeſum Chriſtum filium tuum.

In cōmuni plurimorum virginum ꝛ martyrum omnia dicuntur, vt ſupra pro vna virgine ꝛ martyre, excepta oratione, quę dicitur, vt ſequitur, ꝛ epiſtola.

De virginibus preceptum domini, quę dicitur, vt infra in communi virginum non marty. Oratio.

Da nobis, queſumus domine Deus noſter, ſanctaruz martyrum tuarum N. ꝛ N. palmas inceſſabili veneratione venerari: vt quas digna mente nō poſſumus celebrare, humilibus ſaltem frequentemus obſequijs. Per dominuz noſtrum. Secre.

Intende, queſum⁹ domine, munera altaribus tuis pro ſanctarum virginum ꝛ martyrum tuarum N. ꝛ N. feſtiuitate propoſita: vt ſicut per hęc beata myſteria illis gloriam contuliſti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per dominum noſtruz Jeſum Chriſtum filium tuum. Poſtcōmu.

Preſta nobis, queſumus domine, intercedentibus ſanctis virginibus, atque martyribus tuis N. ꝛ N. vt, quod ore cōtingimus, pura mente capiam⁹. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiū tuum, qui tecum.

¶ Pro virgine tantuz. Introi.

Dilexiſti iuſtitiaz, ꝛ odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitię, prę cōſortibus tuis. Ps. Eructauit cor meuz verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri ꝛ filio ꝛ ſpiritui ſancto. Sicut erat in princi. Oratio.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beatę N. virginis tuę feſtiuitate gaudemus, ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dominum no. Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios. ij. cap. x. ꝛ xj.

Fratres: Qui gloriatur, in domino glorietur. Non enim qui ſeipſum cōmendat, ille probatus, ſed quem Deus commendat. Vtinaz ſuſtineretis modicū quid inſipientię meę: ſed ꝛ ſupportate me. Aemulor enim vos Dei ęmulatione. Deſpōdi enim vos vni viro, virginem caſtam, exhibere Chriſto. Graduale.

Specie tua, ꝛ pulchritudine tua intende, proſpere procede, ꝛ regna. ℣. Propter veritatē ꝛ manſuetudinē, ꝛ iuſtitiaz, ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alleluia. ℣. Adducentur regi virgines poſt eam, proximę eius afferentur tibi in lętitia. Alleluia.

¶ Tempore paſchali, omittit Graduale, ꝛ additur ſequēs ℣.

Specie tua ꝛ pulchritudine tua intende, proſpere procede, ꝛ regna. All'a.

Poſt Septuageſimã. Tractus.

Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurem tuã: quia concupiuit Rex ſpeciem tuã. ℣. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regum in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines poſt eam: proximę eius afferentur tibi. ℣. Afferentur in lętitia ⁊ exultatione, adducentur in templum regis. Euang.

Simile eſt regnum cęlorum decem virginibus. vt ſup. in Miſſa virg. ⁊ mart fol. 231. Offerto.

Filię regum in honore tuo, aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate. Secreta.

Accepta tibi ſit domine, ſacratę plebis oblatio, pro tuorum honore Sanctorũ, quorum ſe meritis de tribulatione percepiſſe cognoſcit auxilium. Per dominuз noſtrum. Comm.

Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus, media autem nocte clamor factus eſt, Ecce ſponſus venit, exite obuiam Chriſto Domino. Poſtcõ[illegible]

Satiaſti dñe familiam tuaз muneribus ſacris: eius, quęſumus, interuentione nos refoue, cuius ſolennia celebramus. Per do.

¶ Item pro virgine tan[illegible] alia Miſſa. Introitus.

Vltum tuum deprecabũtur omnes diuites plebis: adducent̃ regi virgines poſt eã, proximę eius adducẽtur tibi in lętitia, ⁊ exultatione. ℣s Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Orationes vt in pręcedẽti Miſſa. Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios j. cap. vij.

Fratres: De virginibus pręceptũ Domini non habeo: conſilium autem do, tanquam miſericordiam conſecutus a Domino, vt ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonuз eſſe propter inſtantem neceſſitatem: quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxori? noli quęrere ſolutioneз. Solutus es ab vxore? noli quęrere vxorem. Si autem acceperis vxorem, non peccaſti. Et ſi nupſerit virgo, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico fratres, tempus breue eſt. Reliquũ eſt, vt ⁊ qui habent vxores, tanquam non habentes ſint: ⁊ qui flent, tanquã non flentes: ⁊ qui gaudent, tanquã nõ gaudentes: ⁊ qui emunt, tanquã nõ poſſidentes: ⁊ qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur, Pręterit enim figura huius mundi. Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quę Domini ſunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cũ vxore eſt, ſolicitus eſt quę ſunt mundi, quomodo placeat vxori, ⁊ diuiſus eſt. Et mulier innupta ⁊ virgo cogitat quę Dñi ſunt: vt

fit ſancta ⁊ corpore ⁊ ſpiritu. In Chriſto Jeſu dño noſtro. Gra.

Concupiuit rex decorem tuum: quoniam ipſe eſt dñs Deus tuus. ℣. Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurez tuã. Alleluia, alleluia. ℣. Hec eſt virgo ſapiens, ⁊ vna de numero prudentuz. Alleluia.

¶ Tẽpore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens ℣.

O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate. Alleluia.

Poſt Septuageſimã. Tractus.

Audi filia. vt ſup. in alia Miſſa.

Euang. Simile eſt regnum celorum theſauro abſcondito in agro. vt ſup. in Miſſa virg. ⁊ marty. Offerto.

Afferentur regi virgines poſt eam, proxime eius afferentur tibi in letitia, et exultatione: adducentur in templum regi domino. Communio.

Simile eſt regnum celorũ homini negociatori, querenti bonas margaritas: inuenta autez vna precioſa margaritã, vendidit omnia ſua, ⁊ cõparauit eam.

Commune non virginum.

¶ Pro vna martyre non virgine. Introitus.



Me expectauerunt peccatores, vt perderent me: teſtimonia tua domine, intellexi: oĩs conſummationis vidi finem: latuz mandatũ tuum nimis. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oro.

Deus, qui inter cetera potẽtie tue miracula, etiã i ſexu fragili victoriã martyrij ɔtuliſti: cõcede propiti⁹: vt qui beate N. martyris tue natalitia colimus, per ei⁹ ad te exẽpla gradiamur. Per.

Si fuerint plures. Oratio.

Da nobis, queſumus, domine Deus noſter, ſanctaruz martyruz tuarũ N. ⁊ N. palmas inceſſabili veneratione venerari: vt quas digna mente non poſſumus celebrare, humilibus ſaltẽ frequentemus obſequijs. Per.

Epiſt. Confitebor tibi dñe rex. vt ſu. in Miſſa virg. ⁊ mar. Gra.

Dilexiſti iuſtitiã, ⁊ odiſti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo letitie. Alla, alla. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua intende, proſpere procede, ⁊ regna. Alleluia.

¶ Tempore paſchali omittitur Graduale ⁊ additur ſequẽs ℣.

Propter veritatem ⁊ manſuetudinẽ, ⁊ iuſtitiaz, ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. Poſt Septuageſimã.

Tract⁹. Veni ſponſa Chriſti. vt ſu.

Euang. Simile eſt regnuz celorũ theſauro abſcõdito in agro. vt ſu. f. 233.

Offer. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in eternũ, ⁊ in ſeculum ſeculi. Alleluia. Secre.

Suſcipe dñe, munera, que in beate N. martyris tue ſolẽnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per.

Si fuerint plures. Secreta.

Intende, queſumus dñe, munera altaribus tuis pro ſanctarũ

martyrum

martyrum tuarum N. ⁊ N. feſti/
uitate propoſita: vt ſicut per hęc
beata myſteria illis gloriã contu
liſti, ita nobis indulgentiam lar/
giaris. Per dominum noſtrum
Jeſum Chriſtum filium tuum,
qui tecum viuit ⁊ reg. Commu.
Principes perſecuti ſunt me gratis, ⁊
a verbis tuis formidauit cor meum: lę/
tabor ego ſuper eloquia tua, quaſi qui
inuenit ſpolia multa. Poſtcommu.
Auxilientur nobis domine,
ſumpta myſteria: ⁊ interce
dente beata N. martyre tua, ſem
piterna faciant protectione gau/
dere. Per dominũ noſtrum Je/
ſum Chriſtum filium tuum, qui
tecum viuit ⁊ regnat in vnitate.
Si fuerint plures: Poſtcõmu.
Preſta nobis, quęſumus do
mine, intercedentibus ſan/
ctis martyribus tuis N. ⁊ N. vt,
quod ore cõtingimus, pura men
te capiamus. Per dominum no/
ſtrum Jeſum Chriſtum filium
tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat.
¶ Pro nec virgine nec marty/
re. Introitus.
Cognoui Domi/
ne, quia ęquitas
iudicia tua, ⁊ in
veritate tua hũ/
miliaſti me: con/
fige timore tuo
carnes meas, a mandatis enim
tuis timui. Ps. Beati immaculati
in via, qui ambulant in lege Domini.
℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ⁊ nunc. Oſo.
M. M.

Exaudi nos Deus ſalutaris
noſter: vt ſicut de beatę N.
feſtiuitate gaudemus: ita pię de/
uotionis erudiamur affectu.
Per dominum noſtrum. Epiſt.
Mulierẽ fortẽ, vt i Miſſa ſanctę
Marię Magdalenę. f. 191. Gra.
Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: pro/
pterea benedixit te Deus in ęternum.
℣. Propter veritatem ⁊ manſuetudi/
nem, ⁊ iuſtitiã, ⁊ deducet te mirabiliter
dextera tua. Alleluia, all'a. ℣. Specie
tua ⁊ pulchritudine tua intende, pro/
ſpere procede, ⁊ regna. Alleluia.
¶ Tẽpore paſchali omittitur
Graduale, ⁊ additur ſequẽs ℣.
Propter veritatem, ⁊ manſuetudi/
nem, ⁊ iuſtitiam, deducet te mirabili/
ter dextera tua. Alleluia.
Poſt Septuageſimã. Tractus.
Audi filia. vt ſup. Euangelium.
Simile eſt regnum cęlorum theſauro
abſcondito in agro. Offertorium.
Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, pro/
pterea benedixit te Deus in ęternum,
⁊ in ſeculum ſeculi. Secreta.
Accepta tibi ſit domine, ſa/
cratę plebis oblatio, pro
tuorum honore ſanctoruꝫ: quo/
rum ſe meritis de tribulatione
percepiſſe cognoſcit auxilium.
Per dominum noſtrum Jeſum
Chriſtum filiũ tuum, qui tecum
viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus
ſancti Deus, per omnia ſecula
ſeculoruꝫ. Amen. Communio.
Dilexiſti iuſtitiaꝫ, ⁊ odiſti iniquitatem:
propterea vnxit te Deus, Deus tuus,
oleo lętitię prę cõſortib⁹ tuis. Poſtcõ.

Satiaſti domine familiā tuam muneribus ſacris: eius, quęſumus, ſemp interuentione nos refoue, cuius ſolennia celebramus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecū viuit ꝛ regnat in vnita.

De virginibus. Graduale.

Audi filia, ꝛ vide, ꝛ inclina aurem tuā: quia concupiuit rex ſpeciem tuam. ℣. Specie tua, ꝛ pulchꝛitudine tua, intende, proſpere procede ꝛ regna. Grad. Propter veritatem, ꝛ manſuetudinem, ꝛ iuſtitiam, ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia ꝛ vide, ꝛ inclina aurem tuam: quia concupiuit rex ſpeciem tuam. Alleluia. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in ęternum. Alleluia. ℣. Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum: ꝛ non confundebar. Alleluia. ℣. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cū lampadibus: media autē nocte clamoꝛ fact⁹ eſt: ecce ſpōſus venit: exite obuiā Chꝛiſto domino. Offer. Offerentur regi virgines poſt eam: proximę eius offerentur tibi in lętitia ꝛ exultatione: adducentur in templum regi domino. Communio. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in ęternum.

In ipſa die dedicationis altaris totum officiū agitur vt ſup. in Anniuerſario dedica. eccleſię. fol. 157. pręter oꝛōnes loco quarum dicuntur ſequētes. Oratio.

Deus, qui ex omni coaptatione Sanctoꝛum, ęternū tibi condis habitaculum: da ędificationi tuę incrementa cęleſtia: vt quoꝛū hic reliquias pio amore complectimur, eoꝛum ſemper meritis adiuuemur. Per dominum noſtrum Jeſum. Secreta.

Omnipotēs ſempiterne deus, altare hoc nomini tuo ędificatū, cęleſtis virtutis benedictione ſanctifica, ꝛ omnibus in te ſperantibus auxilij tui munus oſtende: vt, ꝛ hic ſacramentoꝛum virtus, ꝛ votoꝛum obtineatur effectus. Per dominum. Poſtcō.

Quęſumus, omnipotēs deus: vt in hoc loco nomini tuo dedicato, cunctis petentibus aures tuę pietatis accommodes. Per dominum no.

Quę ſequuntur hoc in loco ſeparatim apponi curauimus, eo qđ nō ſint in cōi Miſſalis Rom.

De plurib⁹ martyribus. Intro.

Clamauerūt iuſti ꝛ dn̄s exaudiuit eos: ꝛ ex omnibus tribulationibus eoꝛū liberauit eos. pſalm. Benedicam dominum in omni tempoꝛe: ſemper laus eius in oꝛe meo. ℣. Gloꝛia patri ꝛ filio. Alius introit⁹.

Multę tribulationes iuſtoꝛum: ꝛ de his omnibus liberauit eos dominus: dominus cuſtodit omnia oſſa eoꝛū: vnum ex his non conteretur. pſ. Benedicam dominū in omni tempoꝛe: ſemper laus eius in oꝛe meo. ℣. Gloꝛia patri ꝛ filio, ꝛc. Alius introitus.

Ecce

Ecce oculi dñi ſuper timentes eum: ſperantes in miſericordia eius, alleluia: vt eripiat á morte animas eorum: quoniam adiutor ⁊ ꝓtector noſter eſt, all'a, all'a. ps. Exultate iuſti in dño: rectos decet laudatio. ℣. Gloria pa. Intro.

Loquetur dñs pacem in plebẽ ſuã: ⁊ ſuper ſanctos ſuos: ⁊ in eos qui conuertuntur ad ipſum. ps. Benedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Alius introitus.

Predicant ſancti gentes, ⁊ dominantur populis: ⁊ regnabit dominus deus illorũ in perpetuũ. ps. Exultate iuſti in dño: rectos decet laudatio. ℣. Gloria pa. Alius intro.

Laudate pueri dominum, laudate nomen domini: qui habitare facit ſterilem in domo, matrem filiorum letantem. ps. Sit nomen domini benedictũ: ex hoc nunc ⁊ vſq; in ſeculum. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Alius introit⁹.

Timete dominũ omnes ſancti eius: quoniã nihil deeſt timentibus eum: diuites egue runt ⁊ eſurierunt: inquirentes autem dominũ non deficient omni bono. ps. Benedicam dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri. Introit⁹.

Juſti epulentur ⁊ exultent in cõſpectu Dei: ⁊ delectentur in letitia. ps. Exurgat deus, ⁊ diſſipentur inimici eius: ⁊ fugiant qui oderunt eum á facie eius. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in princi. Oro.

M. M.

Preſta queſumus omnipotens Deus: vt qui glorioſos martyres, fortes in ſua confeſſione cognóuimus: pios apud te in noſtra interceſſione ſentiamus. Per dominum noſtrũ. Secre.

Sacrificijs preſentibus, queſumus domine, intẽde placatus, ⁊ intercedentibus ſanctis martyribus tuis, deuotioni noſtrę proficiant ⁊ ſaluti. Per. Poſtcõmu.

Queſumus omnipotens deus: vt illius ſalutaris capiamus effectum, cuius per hęc myſteria pignus accépimus. Per dominum noſtrũ Jeſum.

Lectio libri ſapiẽtię. prouer. xv.

Lingua ſapientũ ornat ſcientiam: os fatuorũ ébulit ſtultitiam. In omni loco oculi domini cõtemplantur bonos ⁊ malos. Lingua placabilis, lignum vitę: quę autem immoderata eſt, cónteret ſpiritum. Domus iuſti, plurima fortitudo, ⁊ in fructibus impij conturbatio. Labia ſapientum diſſeminabunt ſcientiã: cor ſtultorũ diſſimile erit. Victimę impiorum abominabiles dño: vota iuſtorũ placabilia. Qui ſéquitur iuſtitiam diligétur á dño.

De pluribus martyrib⁹. Grad.

Confitebuntur cęli mirabilia tua domine, ⁊ veritatem tuam in eccleſia ſanctorum. ℣. Miſericordias tuas domine in ęternum cantabo, in generationem ⁊ progéniem. Graduale.

Ecce quam bonum ⁊ quã iucundũ habitare fratres in vnũ. ℣. Sicut vn-

gueutũ in capite: qđ deſcẽdit in barbã, barbã Aarón. Grad. Iuſtorũ aĩe in manu Dei ſunt: ⁊ nõ tãget illos tormẽtũ malitię. ℣. Uiſi ſunt oculis inſipiẽtiũ mori: illi autẽ ſunt ĩ pace. Gra. Uindica domine ſanguinẽ ſctõrum tuorũ, q effuſus eſt. ℣. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorũ eſcas volatilibus cęli: carnes ſctõrũ tuorũ beſtijs terrę. Grad. Precioſa in cõſpectu dñi mors ſctõrũ ei⁹. ℣. Credidi, ꝓpter qđ locut⁹ ſum: ego aũt humiliat⁹ ſũ nimis. All'a. ℣. Sancti tui dñe benedicẽt te: gloriã regni tui dicẽt All'a. ℣. Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi. All'a. ℣. Gaudete iuſti in dño: rectos decet collaudatio. All'a. ℣. Mirabilis dñs noſter ĩ ſanctis ſuis. All'a. ℣. Exultabũt ſancti in gloria: lętabunt̃ in cubilib⁹ ſuis. All'a. ℣. Fulgebũt iuſti, ⁊ tanquã ſcintillę in arundinẽto diſcurrent in ęternũ. All'a. ℣. Hęc eſt vera fraternitas, q̃ vicit mũdi crimina: Chriſtũ ſecuta eſt inclyta, tenẽs regna cęleſtia. Alleluia. ℣. Iuſtorũ aĩe in manu Dei ſunt: ⁊ nõ tanget illos tormẽtũ malitię. All'a. ℣. Tradiderunt corpora ſua ꝓpter Deũ ad ſupplicia: ideo coronant̃ ⁊ accipiũt palmã. Offer. Anima nr̃a ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venãtiũ: laqueus cõtrit⁹ eſt, ⁊ nos liberati ſum⁹. Offer. Gloriabuntur in te omnes qui diligũt nomen tuum: quoniam tu dñe benedices iuſto: domine vt ſcuto bonę voluntatis tuę coronaſti nos. Cõmunio. Multitudo languẽtiũ, ⁊ q vexabant̃ a ſpiritibus immundis, veniebãt ad eũ: q̃ virt⁹ de illo exibat, ⁊ ſanabat oẽs. Cõ. Iuſtorum animę in manu Dei ſunt: ⁊ non tanget illos tormentum malitię: viſi ſunt oculis inſipiẽtiũ mori: illi autẽ ſunt ĩ pace, all'a. Cõio. Poſuerũt mortalia ſeruorũ tuorũ dñe eſcas volatilib⁹ cęli: carnes ſctõrũ tuorũ beſtijs terrę ſm magnitudinẽ brachij tui poſſide filios morte punitorũ.

De cõi Cõf. Grad. Iurauit dñs ⁊ nõ pęnitebit eũ: tu es ſacerdos in ęternũ ſm ordinẽ Melchiſedech. ℣. Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis. Grad. Inuẽni Dauid ſeruũ meũ: oleo ſctõ meo vnxi eũ: man⁹ enim mea auxiliabit̃ ei: ⁊ brachiũ meũ cõfortabit eũ. ℣. Nihil ꝓficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis non nocebit ei. Grad. Iuſt⁹ vt palma florebit: ſicut cedr⁹ Libani multiplicabit̃ in domo domini. ℣. Ad annuntiandũ mane miſericordiã tuã: ⁊ veritatẽ tuam per noctẽ. All'a. ℣. Iuſt⁹ vt palma florebit: ⁊ ſicut cedr⁹ libani multiplicabit̃. Allel. ℣. Inuẽni Dauid ſeruũ meũ: oleo ſctõ meo vnxi eum. Allel. ℣. Iuſtus germinabit ſicut liliũ: ⁊ florebit in ęternũ ante dominũ. Allel. ℣. Domine quinq; talẽta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuperlucratus ſũ. Offer. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus quę ĩ Libano eſt, multiplicabit̃. Offer. In virtute tua domine lętabit̃ iuſt⁹: ⁊ ſup ſalutare tuũ exultabit vehemẽter: deſyderium aĩe eius tribuiſti ei. Cõm. Semel iuraui in ſctõ meo: ſemen eius in ęternum manebit: ⁊ ſedes ei⁹ ſicut ſol in conſpectu meo: ⁊ ſicut luna pfecta in ęternũ: ⁊ teſtis in cęlo fidelis. Cõmu. Amen dico vobis: q vos qui reliquiſtis omnia, ⁊ ſecuti eſtis me: cẽtuplũ accipietis: ⁊ vitam ęternã poſſidebitis.

Sequẽtes Miſſę votiuę, licet ꝑ Sacerdotis deuotione quocũqꝫ die dici poſſint per hebdomadã, quñ feſtũ duplex non occurrit, (qđ tñ paſſim niſi rõnabili de cã fieri nõ dẽt, ſed quoad fieri pt Miſſa cum officio conueniat) cuiqꝫ tñ diei ꝓpria Miſſa pt aſſignari, vt.

¶ Feria.ij. (niſi dicatur pro defunctis) Miſſa de titulo eccleſię.
¶ Fe.iij. de Beat. Pię Bened.
¶ Fer.iiij. de ſancta Trinitate.
¶ Feria.v. de Spiritu ſancto.
¶ Feria ſexta de Cruce.

Sabbatho de ſancta Maria: in qua tñ dr̃. Gloria in excelſis.

Miſſa votiua de ſanctiſſimo Patre noſtro Benedicto. Intr.



VIr Dei Benedictus mundi gloriam deſpexit ⁊ reliquit: quoniã dei ſpiritus erat in eo. Ps. Secundum nomen tuum: ita ⁊ laus tua in fines terrę: iuſtitia plena eſt dextera tua. ℣. Gloria patri. Ora. M.M.

INterceſſio nos q̃s dñe btí patris nři Bñdicti Abbatis cõmẽdet: vt qđ noſtris meritis nõ valemus, eiꝰ patrocinio aſſeq̃mur. P.

Lectio Libri Sapientię. xlvij.

DEdit dñs confeſſionez ſancto ſuo: ⁊ excelſo in verbo glorię. De oĩ corde ſuo laudauit dñm: ⁊ dilexit deũ qui fecit illuꝫ: ⁊ dedit illi contra inimicos potẽtiã: ⁊ ſtare fecit cantores cõtra altare: ⁊ in ſono eorum dulces fecit mõdos: ⁊ dedit in celebrationibus decus: ⁊ ornauit tẽpora vſqꝫ ad cõſummationeꝫ vitę: vt laudarent nomẽ ſanctũ dñi: ⁊ amplificarẽt mane Dei ſanctitatẽ. Chriſtus purgauit peccata ipſius: ⁊ exaltauit in ęternũ cornu ipſius. Sapiẽtia laudabit animã ſuam: ⁊ in domino honorabit̃: ⁊ in medio populi ſui gloriabitur: ⁊ in eccleſijs altiſſimi aperiet os ſuum: ⁊ in conſpectu virtutis illius gloriabitur. In medio populi ſui exaltabitur: ⁊ in plenitudine ſancta admirabitur: ⁊ ĩ multitudine electorũ habebit laudem: ⁊ inter benedictos benedicetur. Gradua.

Domine pręueniſti euꝫ ĩ benedictionibus dulcedinis: poſuiſti ĩ capite eius coronã de lapide precioſo. ℣. Vitã petijt á te: ⁊ tribuiſti ei longitudinẽ dierum in ſeculum ſeculi. Alleluia. ℣. Vir domini Benedictus omniuꝫ iuſtorum ſpiritu plenꝰ fuit. Ipſe intercedat ꝓ cunctis monaſticę ꝓfeſſionis. Alleluia. ℣. Amauit eum dñs ⁊ ornauit eum: ſtolã glorię induit eum. Tra. Vir domini. f.175.

Secundum Mattheum. xix.



IN illo tempore: Dixit Simon Petrꝰ ad Jeſuꝫ. Ecce nos reliquimus omnia, ⁊ ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Jeſus aūt dixit illis. Amen dico vobis: ꝙ vos qui ſecuti eſtiꝫ me: in regeneratione quum ſederit filiuꝫ hominis in ſede maieſtatis ſue: ſedebitis ⁊ vos ſup ſedes duodecim, iudicātes duodecim tribus Iſrael. Et omnis qui reliquerit domū, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrē, aut vxorē, aut filios, aut agroꝫ, ppter nomen meū: cētuplū accipiet: ⁊ vitam eternaꝫ poſſidebit. **Offer.**

In virtute tua dñe letabitur iuſtꝰ: ⁊ ſuper ſalutare tuū exultabit vehementer: deſyderiū anime eiꝰ tribuiſti ei. **Secr.**

SAcris altaribus domine hoſtias ſuperpoſitas ſanctꝰ Benedictus abbas queſumus in ſalutem nobis prouenire depoſcat. Per dominum no. **Cōmu.**

Amen dico vobiꝫ: ꝙ vos q reliquiſtis oia, ⁊ ſecuti eſtis me: cētuplū accipietis: ⁊ vitā eternā poſſidebitis. **Poſtcō.**

PRotegat nos dñe cum tui perceptione ſacramēti, beatiſſimꝰ pater noſter Benedictus abbas pro nobis intercedendo: vt conuerſationis eius experiamur inſignia. Per dominum.

Miſſa votiua de ſancta Trinitate. Introitus.



BEnedicta ſit ſancta Trinitas, atqꝫ indiuiſa vnitas: cōfitebimur ei, quia fecit nobiſcum miſericordiā ſuam. **Ps.** Domine, dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. **℣.** Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemp. **Oro.**

OMnipotēs ſempiterne deus, qui dediſti famulis tuis in confeſſione vere fidei, eterne Trinitatis gloriam agnoſcere, ⁊ in potentia maieſtatis adorare vnitatem: queſumus: vt eiuſdem fidei firmitate, ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Per dominum noſtrum Jeſuꝫ Chriſtum filium tuum, qui tecum vi.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Corinthios. ij. Cap. xiij.

FRatres: Gaudete, perfecti eſtote, exhortamini, idem ſapite,

pitę, pacem habete: ⁊ Deus pacis ⁊ dilectionis erit vobiſcum. Gratia domini noſtri Jeſu Chriſti, ⁊ charitas Dei, ⁊ communicatio ſancti Spiritus ſit cum omnibus vobis. Amen.

Alia epiſtola. Ad Romanos. xi.

FRatres: O altitudo diuitiarū ſapientię ⁊ ſcientię Dei: quam incōprehenſibilia ſunt iudicia eius: ⁊ in inueſtigabiles vię eius. Quis enim cognouit ſenſum domini: aut quis conſiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi: ⁊ retribuētur ei? Quoniam ex ipſo, ⁊ per ipſum, ⁊ in ipſo ſunt omnia. Ipſi gloria in ſecula. amen.

Graduale.

Benedictus es Domine, qui intueris abyſſos, ⁊ ſedes ſuper Cherubim. ℣. Benedictus es domine, in firmamēto cęli, ⁊ laudabilis in ſecula. Alleluia, alleluia. ℣. Benedictus es dn̄e Deꝰ patrū noſtrorū: ⁊ laudabilis in ſecula. all'a.

¶ Tempore paſchali Graduale omittitur vſque ad primum Alleluia, ⁊ additur aliuſ verſus vt ſequitur ℣. Benedicamus patrē, ⁊ filium cum ſancto Spiritu. Alleluia.

Poſt Septuageſimam. Tractꝰ.

Te Deum patrem ingenitum, te filiū vnigenitum, te Spiritum ſanctum paracletum: ſanctam ⁊ indiuiduam Trinitatem, toto corde cōfitemur, laudamuſ atque benedicimus. ℣. Quoniam magnus es tu, ⁊ faciens mirabilia: tu es Deus ſolus. ℣. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, in ſecula ſempiterna, ò beata Trinitas.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Joannem. xv. ⁊ xvi.



IN illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipuliſ ſuiſ. Cū venerit Paraclet', quē ego mittam vobis a Patre, ſpiritum veritatis, qui a Patre procedit: ille teſtimonium perhibebit de me. Et vos teſtimonium perhibebitis: quia ab initio mecum eſtis. Hęc locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini. Abſque ſinagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur ſe obſequiū pręſtare deo. Et hęc facient vobis: quia non nouerunt Patrem, neque me. Sed hęc locutus ſum vobis: vt cū venerit hora eorū, reminiſcamini, quia ego dixi vobiſ. **Offer.**

Benedictus ſit Deus pater, vnigenitusque Dei filius, ſanctus quoque ſpiritus: quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam.

Secreta.

SAnctifica, quęſumuſ domine Deuſ noſter, per tui ſancti nominis inuocationē, huius oblationis hoſtiā: ⁊ p eā noſmetipſoſ tibi perfice munus ęternū. Per.

Prefa. de Tri. Qui cū vnigenito. f. 103. **Cōm.** Benedicimus Deū cęli, ⁊ corā oībuſ viuētibus cōfitebimur ei: q2 fecit nobiſcū miſericordiā ſuā. **Poſtc.**

Proficiat

PRoficiat nobis ad ſalutem corporis ⁊ anime, Domine Deus noſter, huius ſacramenti ſuſceptio : ⁊ ſempiterne ſancte Trinitatis, eiuſdemq; indiuidue vnitatis confeſſio. Per dominū.

¶ Tēpore paſchali in fine Introi. Offertorij, ⁊ Communionis tam in ſuperiori, quā in ſequentibus miſſis, vbi non habetur additur Alla. Pro gratiarū actione dicitur miſſa de ſancta Trinitate, vel de Spiritu Sancto, vel de ſancta Maria, additis ſequentibus orationibus. Oratio.

DEus, cuius miſericordie nō eſt numerꝰ, ⁊ bonitatis infinitus eſt theſaurꝰ: pijſſime maieſtati tue pro collatis donis grās agimꝰ, tuā ſemꝑ clementiā exorātes: vt, qui petentibus poſtulata cōcedis, eoſdē nō deſerēs, ad premia futura diſponas. Per. Sec.

ODorez dñe, ſacrificij huius cū gratiarū actionibꝰ ſuſcipe ſuauitatis, ⁊ p̄ſta: vt quos exaudire, ⁊ incolumes ſeruare dignatus es: ab omni in poſterū aduerſitate cuſtodias: ⁊ in tuo ſeruitio ⁊ amore cōcreſcāt. Per. Poſtcō.

DEus, qui neminez in te ſperantem, nimiuz affligi permittis, ſed pium precibus preſtas auditum : pro poſtulationibus noſtris, votiſque ſuſceptis gratias agimus, te pijſſime deprecātes: vt per hec, que ſumpſimus, a cunctis eripi mereamur aduerſis. Per dominum noſtrum.

¶ Miſſa votiua de Spiritu Sancto. Introitus.



SPiritus domini repleuit orbem terrarum, ⁊ hoc quod cōtinet omnia, ſcientiam habet vocis. Ps. Exurgat Deus, ⁊ diſſipentur inimici eius: ⁊ fugiāt qui oderunt eum, a facie eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui corda fideliū, ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, ⁊ de eius ſemper conſolatione gaudere. Per dominum noſtrum Jeſuz Chriſtum filium tuum, qui tecum vi.

Lectio Actuuz Apoſtolorū. viij.

IN diebus illis: Cuz audiſſent Apoſtoli, qui erant Jeroſolymis, quia recipit Samaria verbum Dei: miſerūt ad eos Petrū ⁊ Joannem. Qui cum veniſſent, orauerunt pro ipſis, vt acciperēt Spiritum ſanctū. Nonduz enim in quenquam illorū venerat: ſed

baptizati

baptizati tantū erāt in nomine domini Jeſu. Tunc imponebāt manus ſuper illos, ⁊ accipiebant Spiritum ſanctum. Graduale. Beata gens, cuius eſt dominus deus eorum, populus quem elegit Dominus in hereditatem ſibi. ℣. Verbo domini celi firmati ſunt, ⁊ Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluia, alleluia. ℣. Veni ſancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, ⁊ tui amoris in eis ignem accende. Alleluia.

¶ Tempore paſchali omittitur Graduale, ⁊ additur ſequēs ℣. Emitte Spiritum tuuꝫ, ⁊ creabuntur, ⁊ renouabis faciem terre. Alleluia.

Poſt Septuageſimam. Tract⁹. Emitte Spiritum tuum, ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciem terre. ℣. O quaꝫ bonus ⁊ ſuauis eſt Domine, Spiritus tuus in nobis. ℣. Veni ſancte Spiritus: reple tuorum corda fideliū, ⁊ tui amoris in eis ignem accende.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Joannem. xiiij.



In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si quis diligit me, ſermonē meum ſeruabit: ⁊ Pater meus diliget eum, ⁊ ad eum veniemus, ⁊ manſionem apud eū faciemus. Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Et ſermonem quem audiſtis, non eſt meus: ſed eius, qui miſit me, Patris. Hec locutus ſuꝫ vobis apud vos manens. Paracletus aūt Spiritus ſanctus, quē mittet Pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, ⁊ ſuggeret vobis omnia, quecunqꝫ dixero vobis. Pacē relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo Mundus dat, ego do vobis. Nō turbetur cor veſtruꝫ, neqꝫ formidet. Audiſtis, quia ego dixi vobis. Vado ⁊ venio ad vos. Si diligeritis me, gauderetis vtiqꝫ, quia vado ad Patrem: quia Pater maior me eſt. Et nunc dixi vobis prius quam fiat: vt cum factum fuerit, credatis. Jam nō multa loquar vobiſcum. Venit enim princeps Mundi huius, ⁊ in me non habet quicquam. Sed vt cognoſcat Mundus, quia diligo Patrem, ⁊ ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. Offertoriū. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis, a templo ſancto tuo, quod eſt in Jeruſalem, tibi offerent Reges munera. Secreta.

Munera, queſumus dñe, oblata ſanctifica: ⁊ corda noſtra ſancti Spiritus illuſtratione emunda. Per dominum. in vnitate eiuſdeꝫ. Prefatio. Qui aſcendens ſuper omnes celos. Commu. Factus eſt repente de celo ſonus aduenientis Spiritus vehementis, vbi erant ſedentes: ⁊ repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, loquentes magnalia

magnalia Dei. **Poſtcommunio.**

SAncti Spiritus, queſumus domine, corda noſtra mũdet infuſio, ⁊ ſui roris initima aſperſione fecundet. Per dominum.

Ad poſtulandá gratiam Spirit⁹ ſancti, dicit miſſa vt ſupra, cum ſequentibus orationibus. Oratio.

DEus, cui omne cor patet, ⁊ omnis voluntas loquitur, ⁊ quẽ nullum latet ſecretuꝫ, purifica per infuſionem ſancti Spiritus cogitationes cordis noſtri: vt te perfecte diligere, ⁊ digne laudare mereamur. Per do. **Secreta.**

HAec oblatio, queſum⁹ domine, cordis noſtri maculas emundet: vt ſancti Spiritus digna efficiatur habitatio. Per dominum. **Poſtcommunio.**

COncede queſumus, omnipotens Deus, ſanctuꝫ nos Spiritum votis promereri ſedulis, quatenus eiuſ gratia, ⁊ ab omnibus liberemur tentationibus, ⁊ peccatorũ noſtroruꝫ indulgentiam mereamur accipere. Per.

¶ **Miſſa votiua de ſancta Cruce. Introitus.**

NOs autẽ gloriari oportet in Cruce dñi noſtri Jeſu Chriſti: i quo eſt ſalus, vita, ⁊ reſurrectio noſtra: per quem ſaluati, ⁊ liberati ſumus. **Ps.** Deus miſereatur noſtri, ⁊ benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, ⁊ miſereatur noſtri. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui. **Oratio.**

DEus, qui vnigeniti filij tui precioſo ſanguine, viuificę Crucis vexillum ſanctificare voluiſti: concede queſumus: eos, qui eiuſdem ſanctę Crucis gaudent honore, tua quoque vbiqꝫ protectione gaudere. Per eun.

¶ **Tẽpore paſchali, loco ſupradictę orationis dr̃ ſequens. Oro.**

DEus, qui pro nobis filium tuum Crucis patibulum ſubire voluiſti, vt inimici a nobiſ expelleres poteſtatem: concede nobis famulis tuis: vt reſurrectioniſ gratiá cóſequamur. Per.

Et ad Introitum Offertorium, ⁊ poſtcommu. additur Alleluia. **vt ſupra in propria rub. dictũ eſt.**

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Philippenſes. ij.

FRatres: Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem: mortem autem Crucis. Propter quod ⁊ Deus exaltauit illum: ⁊ donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Jeſu, omne genu flectatur, cęleſtium, terreſtrium, ⁊ infernorum. Et omnis lingua confiteatur, quia dñs Jeſus Chriſt⁹ in gloria eſt Dei patris. **Grad.**

Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem: mortem autẽ Crucis. ℣. Propter quod ⁊ Deus exaltauit illum, ⁊ dedit illi nomen, quod

eſt

eſt ſuper omne nomen. Alleluia, alleluia. ℣. Dulce lignuz, dulces clauos, dulcia ferenſ pondera: quę ſola fuiſti digna ſuſtinere regẽ celorū, ꝛ dominū. Alleluia.

¶ Tempore paſchali omittitur Graduale, ꝛ additur ſequẽs ℣. Dicite in gentibus, quia Dominus regnauit a ligno. Alleluia.

Poſt Septuageſimā. Tractus.

Adoramus te Chriſte, ꝛ benedicimuſ tibi, quia per crucem tuam redemiſti mundum. ℣. Tuam crucem adoramus domine, tuam glorioſam recolimus paſſionez: miſerere noſtri, qui paſſus es pro nobis. ℣. O crux benedicta, quę ſola fuiſti digna portare Regem cęlorum, ꝛ Dominum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthęum. xx.



In illo tẽpore: Aſſumpſit Jeſus duodecim diſcipulos ſuoſ ſecreto, ꝛ ait illis. Ecce aſcendimus Jeroſolymam, ꝛ filius hominis tradetur principib⁹ ſacerdotū, ꝛ Scribiſ: ꝛ condemnabunt eū morte: ꝛ tradent eum Gentibus ad illudendum, ꝛ flagellanduz, ꝛ crucifigendum: ꝛ tertia die reſurget. Offer.

Protege domine, plebem tuam per ſignum ſcę̄ crucis ab oībus inſidijs inimicorum oīum, vt tibi grataz exhibeamus ſeruitutem, ꝛ acceptabile tibi fiat ſacrificium noſtrum. Secreta.

Haec oblatio, quęſumuſ domine, ab omnib⁹ nos purget offenſis: quę in ara crucis immolata, etiam totiuſ mundi tulit offenſam. Per dominuz noſtrū Jeſuz Chri. Pręfatio de Cruce.

Qui ſalutem humani generis in ligno Crucis conſtituiſti. fo. 263. Cōmu.

Per ſignum crucis de inimicis noſtriſ libera nos Deus noſter. Poſtcōm.

Adeſto nobis dñe Deus noſter, ꝛ quos ſanctę Crucis lętari facis honore, ei⁹ quoqz ppetuis defende ſubſidijs. Per.

¶ Alia Miſſa de paſſione Dñi noſtri Jeſu Chriſti. Introitus.



Humiliauit ſemetipſuz dominuſ Jeſus Chriſt⁹ vſqz ad mortem, mortem autē crucis: ꝑpter quod ꝛ De⁹ exaltauit illum, ꝛ donauit illi nomen, quod eſt ſup omne nomen. Ps. Miſericordiaſ domini in eternum cantabo: in generatione ꝛ generationem. ℣. Gloria patri ꝛ fi. Oratio.

Domine Jeſu Chriſte: qui de cęlis ad terram de ſinu patris deſcendiſti, ꝛ ſanguinem tuum precioſum in remiſſionem peccatorum noſtrorum fudiſti: te humiliter deprecamur: vt in die iudicij, ad dexteram tuam audire mereamur, Venite benedicti. Qui viuis regnas.

Lectio

Lcō Zacharię pphetę.c.xii.⁊ xiii.

HAec dicit dn̄s: Effundā ſu
per domū Dauid, ⁊ ſuper
oēs habitantes Jeruſalē, Spiri
tū gratię, ⁊ miſeratiōis: ⁊ aſpiciēt
in eū quē cōfixerunt, ⁊ plangent
eū planctu quaſi ſuper vnigeni
tum: ⁊ dolebunt ſuper eū, vt dole
ri ſolet ī morte primogeniti. In
illa die erit planctus magnus in
Jeruſalē: ⁊ dicet. Quid ſunt plan
gę iſtę in medio manuū tuarū?
Et dicet, His plagatus ſuz in do
mo eorū, qui diligebant me. Fra
mea ſuſcitare ſuper paſtorē meū,
⁊ ſuper virum cohęrentē mihi,
dicit dn̄s exercituum. Percute
paſtorem, ⁊ diſpergentur oues.
Ait dominus omnipotēs. Gra.

Improperium expectauit cor meum,
⁊ miſeriam: ⁊ ſuſtinui, qui ſimul mecum
contriſtaretur, ⁊ non fuit: conſolantem
me quęſiui, ⁊ non inueni. ℣. Dederunt
in eſcam meam fel, ⁊ in ſiti mea potaue
runt me aceto. Alleluia, alleluia. ℣.
Aue rex noſter: tu ſolus noſtros es mi
ſeratus errores. Patri obediens du
ctus es ad crucifigendum, vt agnus
manſuetus ad occiſionem. Alleluia.

¶ Tempore paſchali omittitur
Graduale, ⁊ additur ſequēs ℣.

Tibi gloria oſanna: tibi triumphus ⁊ vi
ctoria: tibi ſummę laudis ⁊ honoris co
rona. Alla. Poſt Septuag. Tra.

Vere languores noſtros ipſe tulit, ⁊ do
lores noſtros ipſe portauit. ℣. Et nos
putauimus eum quaſi leproſum, ⁊ per
cuſſum a Deo, ⁊ humiliatum. ℣. Ipſe
autem vulneratus eſt propter iniquita
tes noſtras: attritus eſt propter ſcelera
noſtra. ℣. Diſciplina pacis ſuper eum,
⁊ liuore eius ſanati ſumus.

Sequentia ſancti Euangelij ſe
cundum Joannem. xix.



IN illo tēpo
re: Sciens
Jeſus, quia iā
oīa conſum
mata ſunt, vt
conſummare
tur ſcriptura,
dixit. Sitio.
Vas ergo po
ſitū erat aceto plenū. Illi autem
ſpongiā aceto plenā, hyſſopo cir
cumponentes, obtulerūt ori ei⁹.
Cum ergo accepiſſet Jeſus ace
tum, dixit. Conſummatum eſt.
Et inclinato capite tradidit ſpiri
tum. Judęi ergo, quoniā Para
ſceue erat, vt non remanerent
in cruce corpora ſabbatho (erat
enim magnus dies illi ſabbathi)
rogauerūt Pilatū, vt frangerent
eorum crura, ⁊ tollerentur. Ve
nerunt ergo milites: ⁊ primi qui
dem fregerunt crura, ⁊ alterius,
qui crucifixus eſt cū eo. Ad Je
ſum autem cū veniſſent, vt vide
runt eū iam mortuum, non frege
runt eius crura, ſed vnus militū
lancea latus eius aperuit, ⁊ conti
nuo exiuit ſanguis ⁊ aqua. Et qui
vidit, teſtimonium perhibuit, ⁊
verū eſt teſtimoniū eius. Offer.

Inſurrexerunt in me viri iniqui ab
que miſericordia, quęſierunt me inter
ficere, ⁊ non pepercerunt in faciē meā
ſpuere,

ſpuere, lanceis ſuis vulnerauerũt me, ⁊ cõcuſſa ſunt omnia oſſa mea. Secre.

Oblatũ tibi dñe, ſacrificiũ, intercedente vnigeniti filij tui paſſione, viuificet nos ſemp ⁊ muniat. Qui tecum vi. Cõmu.

Foderũt man⁹ meas, ⁊ pedes meos: dinumerauerũt oĩa oſſa mea. Poſtc.

Domine Jeſu Chriſte, fili dei viui, qui hora ſexta pro redemptione mundi crucis patibulũ aſcendiſti, ⁊ ſanguinẽ tuum precioſuz in remiſſionẽ peccatorum noſtroruz fudiſti: te humiliter deprecamur: vt poſt obitum noſtrũ paradiſi ianuas nos gaudenter introire concedas. Qui.

¶ Miſſa votiua de ſancta Maria ab Aduentu vſque ad Natiuitatem. Introitus.



Rorate cęli deſuper, ⁊ nubes pluant iuſtũ, aperiatur terra, ⁊ germinet Saluatorem. Ps. Benedixiſti domine terraz tuam, auertiſti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper. Oratio.

Deus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbũ tuũ, angelo nunciante, carnem ſuſcipere voluiſti, preſta ſupplicibus tuis, vt qui vere eam genitricem Dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per dominum noſtruz Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus.


Lectio Iſaię prophetę. vij.

In diebus illis: Locutus eſt dominus ad Achaz, dicens. Pete tibi ſignum a domino Deo tuo in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra. Et dicit Achaz. Non petam, ⁊ non tentabo Dominum. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid parum vobis eſt, moleſtos eſſe hominib⁹, quia moleſti eſtis ⁊ Deo meo: Propter hoc dabit dominus ipſe vobis ſignum. Ecce, virgo concipiet, ⁊ pariet filium, ⁊ vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum ⁊ mel comedet, vt ſciat reprobare malum, ⁊ eligere bonum. Graduale.

Tollite portas principes veſtras, ⁊ eleuamini portę ęternales, ⁊ introibit rex glorię. ℣. Quis aſcendet in montem domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius: Innocens manibus, ⁊ mundo corde. Alleluia, alleluia. ℣. Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Alleluia.

Sequentia

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. j.



In illo tēpore: Miſſus eſt angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galileę, cui nomē Nazareth: ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid: ꝛ nomen virginis Maria. Et ingreſſus angelus ad eam, dixit. Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quę cum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, ꝛ cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inueniſti enim gratiam apud Deum. Ecce, concipies in vtero, ꝛ paries filium, ꝛ vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, ꝛ filius Altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eius, ꝛ regnabit in domo Iacob in ęternum, ꝛ regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum: Quo modo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens angelus, dixit ei. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, ꝛ virtus Altiſſimi obūbrabit tibi. Ideoque ꝛ quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Eliſabeth cognata tua, ꝛ ipſa cōcepit filium in ſenectute ſua: ꝛ hic menſis eſt ſextus illi, quę vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. **Offertoriū.**

Aue Maria, gratia plena, Dñs tecum, benedicta tu in mulieribus: ꝛ benedictus fructus ventris tui. **Secreta.**

In mentibus noſtris, quęſumus domine: verę fidei ſacramenta confirma: vt qui conceptum de Virgine, Deum verum, ꝛ hominem confitemur, per eiuſdem ſalutiferę reſurrectionis potentiam, ad ęternam mereamur peruenire lętitiam. Per eundem Dominum noſtrū Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ꝛ regnat in vnita. **Pręfatio.**

Et te in veneratione beatę Marię. Quę in ſequentibus quoque Miſſis de ſancta Maria dicitur.

Communio.

Ecce virgo concipiet, ꝛ pariet filium, ꝛ vocabitur nomen eius, Emmanuel.

Poſtcommunio.

Gratiam tuam, quęſumus Domine, mentibus noſtris infunde, vt qui angelo nunciante, Chriſti filij tui incarnationem cognouimus: per paſſionē eius ꝛ crucem, ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Dominum noſtrū Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate. ꝛc.

¶ A Nati

¶ A Natiuitate Domini vſq; ad Purificationem. Introitus.



VUltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines poſt eam, proximę eius adducentur tibi in lętitia ⁊ exultatione. Pſal's. Eructauit cor meũ verbũ bonuz, dico ego opera mea regi. ℣. Gloria. Oro.

DEus, qui ſalutis ęternę beatę Marię virginitate fęcũda humano generi pręmia pręſtitiſti: tribue quęſumus: vt ipſam pro nobis intercedere ſentiam⁹, per quam meruimus authorem vitę ſuſcipere, Dominũ noſtruz Jeſum Chriſtum, filium tuum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Titum.iij.

CHariſſime: Apparuit benignitas, ⁊ humanitas ſaluatoris Dei: non ex operibus iuſtitię, quę fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiaz ſaluos

nos fecit, per lauacruz regenerationis, ⁊ renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abunde, per Jeſum Chriſtum Saluatorem noſtrum: vt iuſtificati gratia ipſius, heredes ſimus ſecundum ſpem vitę ęternę, In Chriſto Jeſu Domino noſtro. Gra.

Specioſus forma pręfilijs hominum: diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meũ verbum bonũ: dico ego opera mea regi: lingua mea calam⁹ ſcribę, velociter ſcribentis. Alla, alla. ℣. Poſt partũ virgo inuiolata permãſiſti, Dei genitrix intercede, ꝓ nobis. Alla.

Poſt Septuageſimã. Tractus. Gaude Maria vir. vt in ſeq. Miſſa.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.ij.



IN illo tempore: Paſtores loquebãtur ad inuicem: Tranſeamus vſq; Bethleẽ: ⁊ videamus hoc verbum, quod factum eſt: quod fecit dominus, ⁊ oſtendit nobis. Et venerunt feſtinantes, ⁊ inuenerunt Mariam ⁊ Joſeph, ⁊ infantem poſitum in pręſepio. Videntes autez, cognouerũt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes, qui audierunt, mirati ſunt: ⁊ de his, quę dicta erãt a paſtoribus ad ipſos. Maria aũt cõ

ſeruabat omnia verba hec, conferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores, glorificantes, ⁊ laudantes Deum in omnibus que audierant, ⁊ viderant: ſicut dictum eſt ad illos. Offertorium.


Felix nanque es ſacra virgo Maria, ⁊ omni laude digniſſima, quia ex te ortus eſt Sol iuſtitie, Chriſtus Deus noſter. Secr.

Muneribus noſtris, queſumus domine, precibuſque ſuſceptis: ⁊ celeſtibus nos munda myſterijs, ⁊ clementer exaudi. Per dominū noſtrum. Cōmu.

Beata viſcera Marie virginis, que portauerunt eterni patris filium. Poſtcō.

Hec nos communio domine, purget a crimine: ⁊ intercedente beata Dei genitrice Maria, celeſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per eundem.

¶ A Purificatione vſque ad Paſcha. Introitus.



Salue ſancta parens, enixa puerpera Regem: qui celum terramque regit in ſecula ſeculorum. pſal'.

Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

Concede nos famulos tuos, queſumus domine Deus, perpetua mentis ⁊ corporis ſanitate gaudere: ⁊ glorioſa beate Marie ſemper virginis interceſſione, a preſenti liberari triſtitia, ⁊ eterna perfrui letitia. Per do.

Lectio libri Sapientie. xxiiij.

Ab initio ⁊ ante ſecula creata ſum: ⁊ vſque ad futurum ſeculum non deſinam, ⁊ in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui. Et ſic in Sion firmata ſum: ⁊ in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: ⁊ in Jeruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato: ⁊ in partes Dei mei hereditas illius: ⁊ in plenitudine ſanctorum detentio mea. Grad.

Benedicta ⁊ venerabilis es virgo Maria: que ſine tactu pudoris inuenta es mater ſaluatoris. ℣. Virgo, Dei genitrix, quem totus nō capit orbis, in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Alleluia, alleluia. ℣. Virga Jeſſe floruit, virgo Deum ⁊ hominē genuit: pacem Deus reddidit, in ſe reconcilians ima ſummis. Alleluia.

Poſt Septuageſimā. Tractus.

Gaude Maria virgo, cunctas hereſes ſola interemiſti. ℣. Que Gabrielis archangeli dictis credidiſti. ℣. Dum virgo Deum ⁊ hominem genuiſti, ⁊ poſt partum virgo inuiolata permanſiſti. ℣. Dei genitrix intercede pro nobis.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. xj.



In illo tēpore: Loquēte Jeſu ad turbas, extollēs vocem quedam mulier de turba dixit illi. Beatus venter,

qui te portauit, ⁊ vbera quę ſuxi/
ſti. At ille dixit. Quinimmo, bea/
ti qui audiunt verbum Dei, ⁊ cu/
diunt illud. Offertorium.
Felix namque es ſacra virgo Maria,
⁊ omni laude digniſſima: quia ex te or/
tus eſt Sol iuſtitię, Chriſtus Deus
noſter. Secreta.
Tua domine, propitiatione,
⁊ beatę Marię ſemper vir/
ginis interceſſione, ad perpetuã
atque pręſentem hęc oblatio no/
bis proficiat proſperitatem, ⁊ pa
cem. Per dominum. Commu.
Beata viſcera Marię virginis, quę por
tauerunt ęterni patris filiuꝫ. Poſtcõ.
Sumptis domine, ſalutis no/
ſtrę ſubſidijs: da quęſumus,
beatę Marię ſemper virginiſ pa
trocinijs nos vbique protegi, in
cuius veneratione hęc tuę obtu/
limus maieſtati. Per dominum
noſtrum Jeſum Chriſtuꝫ filium
tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat.
¶ A Paſcha vſque ad Pẽtec.
Introitus.
Salue ſancta pa/
rens, enixa puer
pera regem: qui
cęluꝫ, terrãq; re/
git in ſecula ſecu
lorũ, alla. pſal's.
Eructauit cor meum verbum bonum:
dico ego opera mea regi. ℣. Gloria
patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat
in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper ⁊ in ſec.
Orationes, ⁊ Epiſtola, vt in prę/
cedenti Miſſa. Alleluia, alleluia. ℣.
Uirgo Jeſſe floruit: virgo Deum ⁊ ho
minem genuit: pacem Deus reddidit:
in ſe recõcilians ima ſummis. Alleluia.
℣. Aue Maria, gratia plena, dñs tecũ:
benedicta, tu in mulieribus. Alleluia.
Sequentia ſancti Euangelij ſe/
cundum Joannem. xix.



In illo
tẽpore:
Stabant
iuxta cru/
cem Jeſu
mater ei/
us, ⁊ ſo/
ror ma/
tris eius,
Maria Cleophę, ⁊ Maria Mag
dalene. Cum vidiſſet ergo Je/
ſus matrem, ⁊ diſcipulum ſtan/
tem, quem diligebat, dicit matri
ſuę: Mulier, ecce filius tuus:
Deinde dicit diſcipulo: Ecce ma
ter tua. Et ex illa hora accepit eaꝫ
diſcipulus in ſuam. Offertorũ.
Beata es virgo Maria, quę omnium
portaſti creatorem: genuiſti, qui te fe/
cit, ⁊ in ęternum permanes virgo.
Alleluia. Communio.
Beata viſcera Marię virginis, quę
portauerunt ęterni patris filium.
Miſſa vt ſupra a Purificatione
vſque ad Paſcham exceptis ℟.
Uirga Jeſſe. Tractu, ⁊ Offerto/
rio quorum loco dñr ſequentes.
Alleluia, alleluia. ℣. Poſt partuꝫ vir
go inuiolata permanſiſti, Dei genitrix
intercede pro nobis, Alleluia. Offer.
Aue Maria, gratia plena, Dominus
tecum: benedicta tu in mulieribus,
⁊ benedictus fructus ventris tui.

Alię Miſſę votiuę pro diuerſis, quacunque die dicendę, niſi fuerit dominica, vel officiuʒ duplex: quę tamen paſſim non dicantur niſi vrgenti de cauſa, vt ſupra dictum eſt de alijs Miſſis votiuis.

¶ Miſſa pro quacunqʒ neceſſitate, ⁊ tribulatione peccatorum.

Introitus.

SAlus populi ego ſum, dicit Dñs: de quacunqʒ tribulatiõe clamauerint ad me, exaudiã eos: ⁊ ero illorum dñs in perpetuum. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

INeffabilem miſericordiã tuaʒ dñe, nobis clementer oſtende: vt ſimul nos ⁊ a peccatis omnibus exuas, ⁊ a pęnis quas pro his meremur, eripias. Per do.

Lectio Jeremię prophetę. xiiij.

SI iniquitates noſtrę contenderint contra nos: Domine, fac propter nomen tuuʒ: quoniã multę ſunt auerſiones nrẽ. Tibi peccauimꝰ, expectatio Iſrael, ſaluator eius in tempore tribulationis. Tu autem in nobis es domine, ⁊ nomen tuum inuocatum eſt ſup nos: ne derelinquas nos domine Deus noſter. Gradua.

Liberaſti nos domine, ex affligentibus nos: ⁊ eos, qui nos oderunt, confudiſti. ℣. In Deo laudabimur tota die, ⁊ nomini tuo confitebimur in ſecula. Alla, alla. ℣. Propitius eſto domine, peccatis noſtris: nequando dicant gentes, Ubi eſt Deus eorum: Alleluia.

¶ Tempore paſchali omittitur Graduale, ⁊ additur ſequens ℣. Exultabo, ⁊ lętabor i miſericordia tua, quoniã reſpexiſti humilitatẽ meã, ſaluaſti de neceſſitatibus animã meã. Allel.

Poſt Septuageſimã. Tractus.

De neceſſitatibus meis eripe me domine: vide humilitatem meam, ⁊ laborem meum: ⁊ dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te domine, leuaui animam meam, Deus meus in te confido, non erubeſcam: neque irrideant me inimici mei. ℣. Etenim vniuerſi, qui te expectant, non confundentur: confundantur omnes facientes vana. Euangeliuʒ.

Habete fidem Dei. vt ſupra, in feſto ſancti Gregorij Thaumaturgi. Offertorium.

Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me dñe: ⁊ ſuper iram inimicorum meorũ extendes manũ tuã, ⁊ ſaluum me fecit dextera tua. Secre.

PUrificet nos domine, quęſumus muneris pręſentis oblatio: ⁊ dignos ſacra participatione perficiat. Per dominũ noſtrum Jeſum Chriſtũ. Cõm.

Memento verbi tui ſeruo tuo domine, in quo mihi ſpẽ dediſti: hęc me conſolata eſt in humilitate mea. Poſtcõmu.

PRęſta, quęſumus domine: vt terrenis affectibus expiati, ad ſuperni plenitudinem ſacramenti, cuius libauimus ſancta, tendamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium.

¶ Miſſa pro peccatis. Introi.



Miſereris omniū domine, ⁊ nihil odiſti eorum que feciſti: diſſimulans peccata hominū propter penitentiam, ⁊ parcens illis, quia tu es Dominus Deus noſter. Ps. Miſerere mei Deus, miſerere mei: quoniā in te confidit anima mea. ℣. Gloria. Oro.

Exaudi, queſumus Domine, ſupplicum preces, ⁊ confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, ⁊ pacem. Per domi.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Romanos. vij.

Fratres: Condelector legi Dei ſecundū interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis mee, ⁊ captiuantem me in lege peccati, que eſt in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. Graduale.

Propitius eſto domine peccatis noſtris, nequando dicant gentes, Ubi eſt Deus eorum? ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter, ⁊ propter honorem nominis tui domine, libera nos. Alleluia, alleluia. ℣. Deus iudex iuſtus, fortis, ⁊ patiens, nunquid iraſcetur per ſingulos dies? Alleluia.

¶ Tempore paſchali omittitur Graduale, ⁊ additur ſequēs ℣. Auditui meo dabis gaudium ⁊ letitiā, ⁊ exultabunt oſſa humiliata. Alleluia.

Poſt Septuageſimā. Tractus.

De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocē meam. ℣. Fiant aures tue intendentes in orationem ſerui tui. ℣. Si iniquitates obſeruaueris dñe, domine quis ſuſtinebit?

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. xi.



In illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Petite, ⁊ dabitur vobis: querite, ⁊ inuenietis, pulſate, ⁊ aperietur vobis. Omnis enim, qui petit, accipit: ⁊ qui querit, inuenit: ⁊ pulſanti aperietur. Quis autē ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piſcem, nunquid ſerpentem pro piſce dabit illi? Aut ſi petierit ouum: nunquid porriget illi ſcorpionem? Si ergo vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quanto magis Pater veſter de celo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe? Offertorium.

Domine, exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te perueniat. Secre.

Hoſtias tibi dñe, placationis ⁊ laudis offerim⁹: vt ⁊ deli-

delicta nr̄a miſeratus abſoluas, ⁊ nutantia coꝛda tu dirigas. Per.

Communio. Petite, ⁊ accipietis: querite, ⁊ inuenietis: pulſate, ⁊ aperietur vobis: omnis enim, qui petit, accipit: ⁊ qui querit, inuenit: ⁊ pulſanti aperietur. Alleluia. Poſtcommunio.

PReſta nobis eterne ſaluatoꝛ: vt percipientes hoc munere veniam peccatoꝝ, deinceps peccata vitemus. Per dominum.

¶ Miſſa pꝛo eligendo ſummo Pontifice ſede vacãte dr̄ de Spiritu Sancto, vel vt ſequit̃. Intr.

SVſcitabo mihi ſacerdotem fidelẽ, qui iuxta coꝛ meum ⁊ animã meã faciet: ⁊ edificabo ei domũ fidelez, ⁊ ambulauit corã Chꝛo meo cunctis diebus. Ps. Memento domine Dauid, ⁊ omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloꝛia patri, ⁊c. Oꝛatio.

SVpplici dñe, humilitate depoſcimus, vt Sacroſancte Romane eccleſie concedat Pontificem illũ tua immenſa pietas: qui ⁊ pio in nos ſtudio ſemp̱ tibi placitus, ⁊ tuo populo ꝓ ſalubꝛi regimine ſit aſſidue ad gloꝛiam tui nominis reuerendus. Per do.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Hebꝛeos. iiii. ⁊ v.

FRatres: Adeamus cuz fiducia ad thꝛonum gratie Dei: vt miſericoꝛdiam cõſequamur, ⁊ gratiã inueniamus in auxilio oppoꝛtuno. Omnis nanque pontifex ex hominibus aſſumptus, pꝛo hominibus conſtituitur in his q̃ ſunt ad Deum: vt offerat dona ⁊ ſacrificia pꝛo peccatis. Qui condolere poſſit his, qui ignorant ⁊ errant: quoniam ⁊ ipſe circundatus eſt infirmitate. Et pꝛopterea debet, quemadmodum pꝛo populo, ita pꝛo ſemetipſo offerre ꝓ peccatis. Nec quiſquam ſumit ſibi honoꝛem: ſed qui vocatur a Deo tanquã Aaron. Sic ⁊ Chꝛiſtus nõ ſemetipſum clarificauit, vt pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad euz, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmoduz ⁊ in alio loco dicit: Tu es ſacerdos in eternum ſecundum oꝛdinem Melchiſedech. Qui in diebus carnis ſue, pꝛeces, ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit euz ſaluum facere a moꝛte, cũ clamore valido ⁊ lachꝛymis offerens, exauditus eſt pꝛo ſua reuerentia.

Grad. Pontifex ſacerdos magnus, inter fratres ſuos, ſuper cuius caput fuſum eſt vnctionis oleum: ⁊ cuius manus in ſacerdotio conſecrate ſunt: veſtituſque eſt ſanctis veſtibus: debuit per omnia fratribus ſimulari. ℣. Ut miſericoꝛs fieret, ⁊ fidelis pontifex ad Deũ, vt repꝛopitiaret debita populi. Alleluia, alleluia. ℣. Sacerdos ſit ſanctus, ſicut ego ſum Dominus, qui ſanctifico vos. Alleluia.

¶ Tẽpoꝛe Paſchali omittitur Graduale, ⁊ additur ſequens ℣.

Ego ſum paſtoꝛ bonus: ⁊ cognoſco oues meas, ⁊ cognoſcũt me mee. Alla.

Poſt Septuageſimā. Tractus.

Surge domine, in requiē tuam, tu ⁊ arca ſāctificationis tuę. ℣. Sacerdotes tui induantur iuſtitiā, ⁊ Sancti tui exultatione exultabūt. ℣. Propter Dauid ſeruū tuū, nō auertas faciē Chriſti tui.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Joannem. xiiij.



IN illo tēpoꝛe: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrem: ⁊ alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in eternuꝫ, Spiritum veritatis, queꝫ Mundus nō poteſt accipere: quia non videt eum, nec ſcit eum. Vos aūt cognoſcetis eum: quia apud voſ manebit, ⁊ in vobis erit. Non relinquam voſ oꝛphanos: veniam ad voſ. Adhuc modicuꝫ, ⁊ Mundus iam me non videt. Vos autem videbitis me: quia ego viuo, ⁊ vos viuetis. **Offertoꝛium.**

Nō participent ſancta, donec exurgat pontifex in oſtēſione, ⁊ veritate. **Sec.**

TVę nobis domine, abundātia pietatis indulgeat: vt per ſacra munera, quę tibi reuerenter offerimus, gratum maieſtati tuę pontificem ſanctę matris Eccleſię regimini pręeſſe gaudeamus. Per domi. **Communio.**

Ueſte ſancta vtetur pontifex, qui fuērit conſtitutus: ⁊ qui ingredietur tabernaculum teſtimonij, vt miniſtret in ſanctuario. **Poſtcommunio.**

PRecioſi coꝛpoꝛis ⁊ ſanguinis tui nos dn̄e, ſacramento refectoſ, mirifica tuę gratia maieſtatis de illius ſummi pontificis conceſſione lętificet: qui ⁊ plebeꝫ tuā virtutibus inſtruat, ⁊ fideliū menteſ ſpiritualiū aromatū odore perfundat. Qui viuis ⁊ reg.

¶ In die creationis ⁊ coꝛonationis Papę, ⁊ eiuſdeꝫ dici anniuerſario, dr̄ Miſſa vt in Cathedra beati Petri. cum oꝛatione. Deus oīum fideliū. **omiſſis oꝛationibuſ Sctōꝝ Petri ⁊ Pauli.**

¶ Miſſa ad tollendum Schiſma, vel pꝛo quacunque neceſſitate Eccleſię. Introitus.

SAluos nos, fac dn̄e De⁹ noſter, ⁊ congrega nos de nationib⁹: vt confiteamur nomini ſancto tuo, ⁊ glokiemur in laude tua. **Ps.** Confitemini domino quoniaꝫ bonus: quoniam in ſeculuꝫ miſericoꝛdia eius. ℣. Gloꝛia patri ⁊ filio ⁊ ſpi. **Oꝛatio.**

DEus, qui errata coꝛrigis, ⁊ diſperſa congregas, ⁊ congregata conſeruas: quęſumus: ſuper populum Chriſtianū tuę vnionis gratiā clementer infunde: vt diuiſione reiecta, vero paſtoꝛi eccleſię tuę ſe vniens, tibi digne valeat famulari. Per domi.

Lectio epiſtole beati Pauli apo
ſtoli ad Epheſios.iiij.

FRatres: Obſecro vos, vt di
gne ambuletis vocatione,
qua vocati eſtis, cuꝫ omni humi
litate ⁊ manſuetudine, cuꝫ patien
tia, ſupportantes inuicē in chari
tate: ſoliciti ſeruare vnitatē ſpiri
tus in vinculo pacis. Unum cor
pus, ⁊ vnus ſpiritus: ſicut vocati
eſtis i vna ſpe vocationis veſtre.
Unus dñs, vna fides, vnum ba
ptiſma. Unus Deus ⁊ pater om
nium, qui eſt ſuper omnes, ⁊ per
omnia, ⁊ in omnib⁹ nobis: Uni
cuiq; auteꝫ nobis data eſt gratia
ſecundū menſuram donationis
Chriſti, donec occurramus om
nes in vnitatē fidei ⁊ agnitionis
filij Dei, in virum perfectum, ⁊ in
mēſurā etatis plenitudinis Chri
ſti: vt iam non ſimus paruuli, flu
ctuantes, ⁊ circunferamur omni
vento doctrine in nequitia ho
minū, in aſtutia ad circunuentio
neꝫ erroris. Ueritatē autē facien
tes in charitate, creſcamus in illo
per omnia, qui eſt caput, Chri
ſtus: ex quo totū corpus compa
ctum ⁊ connexum per omnē iun
cturaꝫ ſubminiſtrationis, ſecun
dum operationeꝫ in menſuram
vniuſcuiuſq; membri, augmen
tuꝫ corporis facit in edificationē
ſui in charitate. Hoc igitur dico,
⁊ teſtificor in dño: vt iam nō am
buletis ſicut ⁊ genteſ ambulāt in
vanitate ſenſus ſui, tenebris ob
ſcuratū habentes intellectū, alie
nati a vita Dei per ignorantiam,
que eſt in illis propter cecitatem
cordis ipſorum. Qui deſperan
tes, ſemetipſos tradiderunt im
pudicitie, in operationē immun
ditie omnis, in auaritiam. Uos
autem nō ita didiciſtis Chriſtū:
ſi tamen illum audiſtis, ⁊ in ipſo
edocti eſtis, ſicut eſt veritas in
Chriſto Jeſu, dño noſtro. Gra.

Rogate que ad pacem ſunt Jeruſalē: ⁊
abundātia diligentibus te. ℣. Fiat pax
in virtute tua: ⁊ abundantia in turribus
tuis. Alla, alla. ℣. Lauda Jeruſalem
dñm, lauda Deum tuum Sion. Alla.

¶ Tēpore paſchali Graduale
omittitur, ⁊ additur ſequens ℣.

Qui poſuit fines tuos pacem, ⁊ adi
pe frumenti ſatiat te. Alleluia.

Poſt Septuageſimam. Tract⁹.

Notus in Judea Deus, in Iſrael ma
gnum nomen eius. ℣. Et factus eſt
in pace locus eius, ⁊ habitatio eius in
Sion. ℣. Ibi confregit potentias, ar
cum, ſcutum, gladium, ⁊ bellum.

Sequentia ſancti Euangelij ſe
cundum Joannem. xvij.



IN illo
tēpore:
Subleua
tis Jeſus
oculis in
celum, di
xit. Pa
ter ſancte
ſerua eos
in nomine tuo, quos dediſti mi
hi: vt ſint vnum ſicut ⁊ nos. Cuꝫ
eſſem cum eis, ego ſeruabaꝫ eos
in

in nomine tuo. Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui: ⁊ nemo ex eis perijt, niſi filius perditionis, vt ſcriptura impleretur. Nunc autē ad te venio, ⁊ hęc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonem tuum: ⁊ mūdus eos odio habuit, quia non ſunt de mundo, ſicut ⁊ ego non ſuȝ de mundo. Non rogo, vt tollas eos de mundo: ſed vt ſerues eos a malo. De mundo non ſunt, ſicut ⁊ ego non ſum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus, veritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mundū, ita ⁊ ego miſi eos in mundum. Et pro eis ego ſanctifico meipſum: vt ſint ⁊ ipſi ſanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantùm: ſed ⁊ pro ijs, qui credituri ſunt per verbū eorum in me: vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, ⁊ ego in te: vt ⁊ ipſi in nobis vnum ſint: vt credat mundus, q: tu me miſiſti. Et ego claritatē, quaȝ dediſti mihi, dedi eis: vt ſint vnū, ſicut ⁊ nos vnū ſumus. Ego in eis, ⁊ tu in me, vt ſint cōſummati in vnū. Offer.

Det vobis Deus idipſum ſapere in alterutrum, vt vnanimes vno ore honorificetis Deum noſtrum. Secre.

Munera hęc pro vnione populi Chriſtiani tibi domine oblata ſanctifica: per quę vnitatis ⁊ pacis in eccleſia tua nobis dona concede. Per. Cōmunio.

Unus panis ⁊ vnum corpus multi ſumus, omnes qui de vno pane ⁊ de vno calice participamus. Poſtcommu.

Haec tua dn̄e, ſumpta ſacra communio, ſicut fidelium in te vnionem pręſignat, ſic in tua eccleſia vnitatis, quęſumus, operetur effectum. Per dominum.

Miſſa cōtra Paganos. Int.


xurge, quare obdormis dn̄e: exurge, ⁊ ne repellas in finem: quare faciem tuā auertis: obliuiſceris tribulationem noſtrā: adhęſit in terra venter noſter: exurge domine, adiuua nos, ⁊ libera nos. Ps.

Deus auribus noſtris audiuimus: patres noſtri annunciauerunt nobis. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus, in cuius manu ſunt omnium poteſtates, ⁊ omnium iura regnorum, reſpice in auxilium Chriſtianorum, vt gentes paganorum, quę in ſua feritate confidunt, dexterę tuę potentia conterantur. Per dominum noſtrū.

Lectio libri Heſter. xiij.

In diebus illis: Orauit Mardocheus ad Dominū, dicēs. Domine Deus, rex omnipotens, in ditione tua cuncta ſunt poſita: ⁊ non eſt qui poſſit tuę reſiſtere voluntati. Si decreueris ſaluare nos, continuo liberabimur. Tu enim dn̄e, feciſti cęluȝ ⁊ terram, ⁊ quic-

quicquid celi ambitu cõtinetur. Tu es dñs omnium: ⁊ nõ eſt qui reſiſtat maieſtati tuę. Et nũc dñe, rex regum, Deus Abrahã, miſerere populo tuo: quia volũt nos inimici noſtri perdere, ⁊ hereditatem tuam delere. Ne deſpicias partem tuam, quam redemiſti tibi: ſed exaudi deprecationem noſtram, ⁊ propitius eſto ſorti ⁊ funiculo hereditatis tuę. Et cõuerte luctum noſtrum in gaudium: vt viuentes laudemus nomen tuum: ⁊ ne claudas ora canentiũ te, domine Deus noſter. Grad.

S ciant gentes, qm̃ nomen tibi Deus, tu ſolus Altiſſimus ſuper omnẽ terram. ℣. Deus meus pone illos vt rotam, ⁊ ſicut ſtipulam ante faciem venti. A llla, alla. ℣. Excita dñe, potentiam tuam, ⁊ veni, vt ſaluos facias nos. Alleluia.

¶ Tẽpore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens ℣.

Deus virtutũ cõuertere, reſpice de celo, ⁊ vide, ⁊ viſita vineã iſtam: ⁊ perfice eam, quam plantauit dextera tua. Alla.

Poſt Septuageſimam. Tract⁹.

A diuua nos Deus ſalutaris noſter: ⁊ propter gloriaʒ nominis tui dñe, libera nos: ⁊ propitius eſto peccatis noſtris ꝓpter nomen tuũ. ℣. Ne forte dicãt in gentib⁹, Ubi eſt Deus eorũ: ⁊ innoteſcat corã oculis noſtris. ℣. Ultio ſanguinis ſeruorũ tuorũ, qui effuſus eſt, intret in conſpectu tuo gemitus cõpeditorũ.

Euãg. Q uis veſtrũ habebit amicũ. 122. ⁊ in Rogationib⁹. Offer.

P opulum humilem ſaluũ facies, ⁊ oculos ſuperborum humiliabis: quoniam quis Deus pręter te domine? Secre.

S Acrificium dñe, quod immolamus, intende: vt, propugnatores tuos ab omni eruas paganorum nequitia, ⁊ in tuę protectionis ſecuritate cõſtituas. Per dominum noſtrum. Commu.

I n ſalutari tuo anima mea, ⁊ in verbum tuum ſperaui: quando facias de perſequentibus me iudicium? Iniqui perſecuti ſunt me: adiuua me domine Deus meus. Poſtcommunio.

P Rotector noſter aſpice de⁹, ⁊ propugnatores tuos a paganorũ defende periculis: vt ab oibus perturbationibus ſemoti, liberis tibi mentib⁹ ſeruiãt. Per.

¶ Miſſa tempore belli. Intro.



Eminiſcere miſerationuʒ tuaruʒ domine, et miſericordię tuę q̃ a ſeculo ſũt: ne vnquam dominentur nobis inimici noſtri: libera nos de⁹ Iſrael ex omnibus anguſtijs noſtris. Ps. Ad te domine leuaui animam meaʒ: Deus meus in te confido, non erubeſcam. ℣. Gloria. Oratio.

D Eus, qui conteris bella, ⁊ impugnatores in te ſperantiuʒ potentia tuę defenſionis expugnas: auxiliare famulis tuis implorantib⁹ miſericordiaʒ tuã: vt omnium inimicorum feritate depreſſa, inceſſabili te gratiarum actione laudemus. Per domi.

Lectio

Lectio Jeremię prophetę.xxiiij.

IN diebus illis: Acceſſerũt omnes principes bellatorum: dixeruntque ad Jeremiã prophetam. Ora pro nobis ad dominum Deum tuum. Et factum eſt verbum Domini ad Jeremiã. Vocauitq; Johanam, filiũ Careę, & omnes principes bellatorum, & vniuerſum populum à minimo vſq; ad magnum. Et dixit ad eos. Hęc dicit Dñs Deus Iſrael, ad quem miſiſtis me, vt proſternerem preces veſtras in conſpectu eius. Si quieſcentes manſeritis in terra hac, ędificabo vos, & non deſtruam: plantabo, & non euellam. Jam enim placatus ſum ſuper malo, quod feci vobis. Nolite timere a facie Regis Babylonis, quẽ vos pauidi formidatis. Nolite metuere eum, dicit dominus: quia vobiſcum ſum ego, vt ſaluos vos faciã, & eruam de manu ei⁹. Et dabo vobis miſericordias, & miſerebor veſtri: & habitare vos faciam in terra veſtra: dicit domin⁹ omnipotens. Grad. Tu es Deus, qui facis mirabilia ſolus: notam feciſti in gentibus virtutẽ tuam. ℣. Liberaſti in brachio tuo populum tuum: filios Iſrael & Joſeph. Alleluia, alleluia. ℣. Eripe me de inimicis meis, Deus meus: & ab inſurgentibus in me libera me. Alleluia.

¶ Tẽpore Paſchali omittitur Graduale, & additur ſequẽs ℣. Ego autẽ cantabo fortitudinem tuã, & exaltabo mane miſericordiã tuã. Allľa.

Poſt Septuageſimã. Tractus.

Domine, non ſecundum peccata noſtra, quę fecimus nos, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordię tuę, quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: & propter gloriam nominis tui dñe, libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris, ꝓpter nomẽ tuũ.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum.xxiiij.



IN illo tẽpore: Acceſſerũt ad Jeſum diſcipuli ſecretò dicentes, Dic nobis qñ hęc erunt: & quod ſignum aduentus tui, & cõſummationis ſeculi? Et reſpondens Jeſus, dixit illis. Videte, ne quis vos ſeducat. Multi enim venient in nomine meo, dicẽtes, Ego ſum Chriſtus: & multos ſeducẽt. Audituri enim eſtis pręlia, & opiniones pręliorũ. Videte, ne conturbemini. Oportet enim hęc fieri: ſed nondum eſt finis. Conſurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt peſtilentię, & fames, & terręmotus per loca. Hęc autem omnia, initia ſunt dolorum. Offer. Populum humilem ſaluum facies domine, & oculos ſuperborum humiliabis,

quoniam

qm̃ quis Deus preter te dñe: Secre.

S Acrificium domine, quod im molamus, intende placatus, vt ab omni nos eruat bellorum nequitijs, ⁊ in tuę protectionis ſe curitate cõſtituat. Per. Cõmu.

I nclina aurem tuam domine, accele ra, vt eruas nos. Poſtcommunio.

D Eus regnorum omnium, regumq́ȝ dominator, qui ⁊ nos pcutiendo ſanas, ⁊ ignoſcen do cõſeruas: pretende nobis mi ſericordiã tuã, vt tranquillitate pacis tua poteſtate ſeruata, ad re media correctiõis vtamur. Per.

¶ Miſſa pro pace. Introitus.

D A pacem domi ne, ſuſtinentibus te, vt prophetę tui fideles inue niantur: exaudi preces ſerui tui, ⁊ plebis tuę Iſrael. ps. Letatus ſum in his quę dicta ſunt mihi: in domũ domini ibimus. ℣. Gloria. Oratio.

D Eus, a quo ſancta deſide ria, recta conſilia, ⁊ iuſta ſunt opera: da ſeruis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem: vt corda noſtra mãdatis tuis dedita, ⁊ hoſtiũ ſublata for midine, tempora ſint tua prote ctione tranquilla. Per dominũ.

Lectio libri Machabeorum. ij.

I N diebus illis: Orationem fa ciebant ſacerdotes, dum offer rẽt ſacrificiũ pro populo Iſrael. Ionatha inchoante, ceteris autẽ reſpondentibus, ⁊ dicentibus, Benefaciat vobis Deus, ⁊ me minerit teſtamenti ſui: quod ad Abraham, Iſaac, ⁊ Iacob locu tus eſt ſeruorum ſuorum fideliũ: ⁊ det vobis cor omnibus, vt co latis eum, ⁊ faciatis eius volunta tem. Adaperiat cor veſtrũ in le ge ſua, ⁊ in preceptis ſuis: ⁊ faciat pacem. Exaudiat orationes ve ſtras, ⁊ reconcilietur vobis, nec vos deſerat in tempore malo do minus Deus veſter. Graduale.

R ogate quę ad pacem ſunt Ieruſalẽ: ⁊ abundãtia diligentib⁹ te. ℣. Fiat pax in virtute tua, ⁊ abundãtia in turribus tuis. Al lia, allia. ℣. Lauda Ieruſalem dñm, lauda Deũ tuũ Sion. Alleluia.

¶ Tẽpore paſchali omittitur Graduale, ⁊ additur ſequẽs ℣.

Qui poſuit fines tuos pacem, ⁊ adipe frumenti ſatiat te. Alleluia.

Poſt Septuageſimã. Tractus.

N otus in Iudęa Deus: in Iſrael ma gnum nomen eius. ℣. Et factus eſt in pace locus eius: ⁊ habitatio eius in Sion. ℣. Ibi confregit potentias, ar cum, ſcutum, gladium, ⁊ bellum.

Sequentia ſancti Euangelij ſe cundum Ioannem. xx.



I N illo tẽpo re: Cũ ſero eſſet die illo, vna ſabba thorũ, ⁊ fores eſſent clauſę, vbi erant di ſcipuli cõgre gati propter metum Iudęorum: venit Ieſus, ⁊ ſte-

⁊ ſtetit in medio, ⁊ dixit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixiſſet, oſtendit eis manus ⁊ latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo Domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut miſit me Pater, ⁊ ego mitto vos. Hec cum dixiſſet, inſufflauit, ⁊ dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: ⁊ quorum retinueritis, retenta ſunt. Offertorium.

Laudate dominum, quia benignus eſt: pſallite nomini eius, quoniam ſuaue eſt: omnia quecunque voluit, fecit in celo ⁊ in terra. Secreta.

Deus, qui credentes in te populos nullis ſinis concuti terroribus: dignare preces ⁊ hoſtias dicate tibi plebis ſuſcipere: vt pax a tua pietate cõceſſa, Chriſtianorum fines ab omni hoſte faciat eſſe ſecuros. Per dominũ noſtrum Jeſum Chriſtum filiuꝫ tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpirituſ. Communio.

Pacem meam do vobis, pacẽ meam relinquo vobis. Poſtcommunio.

Deus auctor pacis, ⁊ amator: quem noſſe, viuere: cui ſeruire, regnare eſt: protege ab omnibus impugnationibuſ ſupplices tuos: vt, qui in defenſione tua confidimus, nullius hoſtilitatis arma timeamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deuſ, per omnia ſecula ſeculorũ.

¶ Miſſa pro vitanda mortalitate. Introitus.



Ecordare domine, teſtamẽti tui: ⁊ dic angelo percutienti, Ceſſet iã manuſ tua, ⁊ non deſoletur terra, ⁊ ne perdas omnem animam viuentem. Ps. Qui regis Iſraël, intende: qui deducis velut ouem, Joſeph. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui. Oratio.

Deus, qui non mortem, ſed penitentiaꝫ deſideras peccatorum: populum tuuꝫ ad te reuertentem propitius reſpice: vt, dũ tibi deuotus exiſtit, iracundie tue flagella ab eo amoueas. Per dominum noſtruꝫ Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus.

Lectio libri Regum. ij.

In diebus illis: Immiſit dominus peſtilentiam in Iſrael de mane vſque ad tempus conſtitutum: ⁊ mortui ſunt ex populo, a Dan vſqꝫ Berſabee, ſeptuaginta milia virorum. Cumqꝫ extendiſſet manum ſuam angelus domini ſuper Jeruſalem, vt diſperderet eam: miſertus eſt Dominus ſuper afflictionẽ populi ſui, ⁊ ait angelo percutiẽti: Sufficit: nunc contine manuꝫ tuam. Erat autem angelus Domini iuxta areaꝫ Areuna Jebuſei. Dixitqꝫ Dauid ad dominum, cum vidiſſet an-

ſet angelum cędentem populuꝫ: Ego ſum, qui peccaui, ego, qui inique egi. Iſti, qui oues ſunt, quid fecerunt? Vertatur, obſecro, manus tua contra me, ⁊ contra domum patris mei. Venit autem Gad propheta ad Dauid in die illa, ⁊ dixit ei, Aſcende, et conſtitue altare Domino in area Areuna Iebuſei. Et aſcendit Dauid, iuxta ſermoneꝫ Gad, quem pręceperat ei dominus. Et propitiatus eſt dominus terrę, ⁊ cohibita eſt plaga ab Iſrael. Graduale.

Viſit dominus verbum ſuum, ⁊ ſanauit eos, ⁊ eripuit eos de morte eorum. ℣. Confiteantur domino miſericordię eius, ⁊ mirabilia eius filijs hominum. Alleluia, alleluia. ℣. Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquę vſqꝫ ad animam meam. Alleluia.

¶ Tẽpore Paſchali omittitur Graduale, ⁊ additur ſequẽs ℣.

Saluabo populum meum Iſrael in die malo: ⁊ ero eis in Deum in veritate ⁊ iuſtitia. Alleluia.

Poſt Septuageſimã. Tractus.

Domine, non ſecundum peccata noſtra, quę fecimus nos: neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordię tuę: quia pauperes facti ſumus nimis. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, ⁊ propter gloriam nominis tui domine, libera nos: ⁊ propitius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. iiij.



In illo tẽpore: Surgens Ieſus de Synagoga introiuit in domum Simonis. Socruꝫ aũt Simonis tenebatur magnis febrib⁹. Et rogauerunt illũ pro ea. Et ſtans ſuper illã, imperauit febri: ⁊ dimiſit illã. Et cõtinuo ſurgens, miniſtrabat illis. Cũ ſol aũt occidiſſet: oẽs, qui habebãt infirmos varijs lãguorib⁹, ducebãt illos ad Ieſuꝫ. At ille ſingulis manus imponẽs, curabat eos. Exibãt aũt dęmonia a multiꝫ clamãtia ⁊ dicẽtia: Quia tu es filius dei. Et increpãs nõ ſinebat ea loqui, quia ſciebant ipſuꝫ eſſe Chriſtũ. Facta autẽ die egreſſus ibat i deſertũ locũ: ⁊ turbę requirebãt eũ: ⁊ venerũt vſqꝫ ad ipſuꝫ, ⁊ detinebãt illũ, ne diſcederet ab eiꝫ. Quib⁹ ille ait: Quia ⁊ alijs ciuitatib⁹ oportet me euãgelizare regnũ Dei: qꝛ ideo miſſus ſum. Et erat p̃dicãs i ſynagogiꝫ Galilęę.

In feria quinta dominicę tertię Quadrageſimę. Offertorium.

Stetit pontifex inter mortuos ⁊ viuos, habens thuribulum aureum in manu ſua, ⁊ offerens incenſi ſacrificium placauit iram Dei, ⁊ ceſſauit quaſſatio a Domino. Secreta.

Subue-

Subueniat nobis domine, ſacrificij preſentis oblatio: quę nos ⁊ ab erroribus vniuerſis potenter abſoluat, ⁊ a totius eripiat perditionis incurſu. Per. Com.

Multitudo languentium, ⁊ qui vexabantur a ſpiritibus inmundis, veniebāt ad eum: quia virtus de illo exibat, ⁊ ſanabat omnes. Poſtcommunio.

Exaudi nos, Deus ſalutaris noſter: ⁊ populū tuū ab iracundię tuę terroribus liberum, miſericordię tuę fac largitate ſecurum. Per dominum noſtrū.

Miſſa pro infirmis. Introi.



Exaudi Deus orationem meā, ⁊ ne deſpexeris deprecationem meam: intende in me, ⁊ exaudi me. Ps.

Contriſtatus ſum in exercitatione mea: ⁊ cōturbat⁹ ſum a voce inimici, ⁊ a tribulatione peccatoris. ℣. Gloria. Oro.

Omnipotēs ſempiterne deus, ſalus ęterna credentiū, exaudi nos pro famulis tuis infirmis, pro quibus miſericordię tuę imploramus auxiliū: vt reddita ſibi ſanitate, gratiarum tibi in eccleſia tua referāt actiones. Per.

Lectio epiſtolę beati Jacobi Apoſtoli. v.

Fratres: Triſtatur aliquis veſtrū? oret. Aequo animo eſt? pſallat. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros eccleſię, ⁊ orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei ſaluabit infirmum, ⁊ alleuiabit eū Dominus: ⁊ ſi in peccatis fuerit, dimittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata veſtra: ⁊ orate pro inuicem, vt ſaluemini. Gradua.

Miſerere mei domine, quoniam infirmus ſum: ſana me domine. ℣. Conturbata ſunt omnia oſſa mea, ⁊ anima mea turbata eſt valde. Alleluia, alleluia. ℣. Dn̄e exaudi orationem meā: ⁊ clamor meus ad te veniat. Alleluia.

Verſus tempore paſchali, ⁊ Tractus poſt Septuageſimam, vt ſupra in miſſa tempore belli.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Mattheum. viij.



In illo tēpore: Cū introiſſet Jeſus Capharnaum, acceſſit ad eū Centurio, rogans eū, ⁊ dicens. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, ⁊ male torquetur. Et ait illi Jeſus. Ego veniam, ⁊ curabo eum. Et reſpōdens Centurio, ait. Domine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: ſed tantū dic verbo, ⁊ ſanabitur puer meus. Nam ⁊ ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: ⁊ dico huic, Vade, ⁊ vadit:

dit: ⁊ alio, Veni, ⁊ venit: ⁊ ſeruo meo, Fac hoc, ⁊ facit. Audiens autem Jeſus miratus eſt: ⁊ ſequentibus ſe, dixit. Amen dico vobis: non inueni tantaꝫ fidem in Iſrael. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente ⁊ Occidente venient, ⁊ recumbent cum Abraham, Iſaac, ⁊ Jacob in regno cęlorum: filij auteꝫ regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentium. Et dixit Jeſus Centurioni: Vade, ⁊ ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora. Offer. Exaudi Deus orationem meam, ⁊ ne deſpexeris deprecationem meam: intende in me, ⁊ exaudi me. Secreta.

Deus, ſub cuius nutibus vitę noſtrę momenta decurrunt: ſuſcipe preces ⁊ hoſtias famulorum tuorum, pro quibus miſericordiam tuam ęgrotantibus imploramus: vt, de quoruꝫ periculo metuimus, de eorum ſalute lętemur. Per do. Commu. Illumina faciem tuam ſuper ſeruum tuum, ⁊ ſaluum me fac in tua miſericordia domine: non confundar, quoniam inuocaui te. Poſtcommunio.

Deus, infirmitatis humanę ſingulare pręſidium, auxilij tui ſuper infirmos famulos tuos oſtende virtutem: vt, ope miſericordię tuę adiuti, eccleſię tuę ſanctę incolumes repręſentari mereantur. Per dominuꝫ noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat.

Orationes diuerſę dicẽdę in miſſa ad libitum ſacerdotis, cum ijs quę in proprijs miſſis aſſignantur, quando non eſt duplex.

¶ Ad poſcenda ſuffragia Sanctorum. Oratio.

Concede, quęſumus, oĩpotens Deus: vt interceſſio nos ſanctę Dei genitricis Marię, ſanctorũ quę omniũ Apoſtolorũ, Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum, ⁊ omninm electorum tuorum, vbique lętificet: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia ſentiamus. Per eun. Secre.

Oblatis, quęſumus, domine placare muneribus: ⁊ intercedẽtibus omnibus Sanctis tuis, a cunctis nos defende periculis. Per do. Poſtcommunio.

Sumpſimus dñe, beatę Marię ſemper virginis, ⁊ omniũ Sanctorũ tuorũ memoriã recolentes, ſacramenta cęleſtia: pręſta quęſumus: vt, quod temporaliter gerimus, ęternis gaudijs cõſequamur. Per dominum no. Alia oratio, vt ſupra. Oratio.

A cunctis nos, quęſumus dñe, mentis, ⁊ corporis defende periculis, ⁊ intercedente glorioſa virgine Dei genitrice Maria, cũ beatis Apoſtolis tuis, Petro ⁊ Paulo, atqꝫ beato Benedicto confeſſore tuo, ſanctiſqꝫ martyribꝰ Stephano, Georgio,

Coſma

Coſma Damiano cū beata Juſtina ⁊ omnibus ſanctis, ſalutem nobis tribue benignus, ⁊ pacē: vt deſtructis aduerſitatibus ⁊ erroribus vniuerſis, Eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Per eundem dominum no. Secre.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt, per hui⁹ ſacramenti virtutē, a cunctis nos mentis ⁊ corporis hoſtibus tuearis: grãtiam tribuens in pręſenti, ⁊ gloriam in futuro. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtū filium tuum, qui tecum viuit. Poſtcõ.

MUndet, ⁊ muniat nos, quęſumus domine, diuini ſacramenti munus oblatum: ⁊ intercedente beata virgine Dei genitrice, Maria, cum beatis Apoſtolis tuis, Petro ⁊ Paulo, atq; beato Benedicto cõfeſſore tuo, ſanctiſq; martyrib⁹ Stephano, Georgio, Coſma, Damiano cū beata Juſtina, ⁊ omnib⁹ ſanctis: a cunctis nos reddat ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos. Per eundem.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorū quorū corpora habentur. Orõ.

PRopitiare nobis quęſumus dñe famulis tuis per ſanctorum martyrū tuorū Stephani, Coſmę, Damiani ⁊ Pauli: atq; aliorum qui in pręſenti requieſcunt eccleſia, merita glorioſa: vt eorum pia interceſſione ab omnibus ſemper protegamur aduerſis. Per dominum noſtrum. Secreta.

SUſcipiat clementia tua domine quęſumus, de manibus nõſtris munus oblatum: ⁊ per ſanctorum martyrū tuorū Stephani, Coſmę, Damiani ⁊ Pauli, atque aliorum qui in pręſenti requieſcunt eccleſia, merita glorioſa: ab omnibus nos emunda peccatis. Per dominum noſtrū Jeſum Chriſtū filium. Poſtcõ.

DIuina domine libãtes myſteria: quę pro ſanctorum martyrum tuorum Stephani, Coſmę, Damiani ⁊ Pauli, atq; aliorum qui in pręſenti requieſcunt Eccleſia, veneratione tuę obtulimus maieſtati: pręſta quęſumus: vt per ea veniam mereamur peccatorum, ⁊ cęleſtis gratię donis reficiamur. Per dominum noſtrum Jeſū Chriſtum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum ordinis Monaſtici. Or.

COncede quęſum⁹ omnipotēs Deus: vt ad meliorē vitam ſanctorum tuorum Benedicti, Placidi, Mauri ⁊ Scholaſticę virginis, cęterorumq; Monachorū omnium, martyrum ⁊ confeſſorum exẽpla nos prouocent: quatenus quorum memoriam agimus, etiā actus imitemur. Per dominum noſtrum. Secreta.

Munera tibi dñe noſtrę deuotionis offerimus: quę ⁊ pro tuorum tibi grata ſint honore ſanctorum Benedicti, Placidi, Mauri, ⁊ Scholaſticę virginis, cęterorumq; Monachorũ martyrum, ⁊ confeſſorum: ⁊ nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per dominum noſtrũ. Poſtcõ.

Preſta nobis domine quęſumus, intercedentib⁹ ſanctis tuis Benedicto, Placido, Mauro, ⁊ Scholaſtica virgine, cęterorumq; meritis Monachorũ omnium, martyrum ⁊ confeſſorum: vt quę ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominũ.

¶ In honore angelorum.

Perpetuum nobis domine tuę miſerationis pręſta ſubſidium: quibus et angelica pręſtitiſti ſuffragia non deeſſe. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtũ. Secre.

Hoſtias tibi domine laudis offerimus ſuppliciter deprecantes: vt eaſdẽ angelico pro nobis interueniente ſuffragio: ⁊ placatus accipias, ⁊ ad ſalutem noſtram prouenire concedas. Per dominum noſtrũ. Poſtcõ.

Repleti dñe bñdictione cęleſti ſuppliciter imploram⁹: vt quod fragili celebramus officio: ſanctorum angelorum atq; archangelorum nobis prodeſſe ſentiamus auxilio. Per domi.

Pro omni gradu eccleſię. Orõ.

Omnipotẽs ſempiterne deus, cuius ſpiritu totum corpus Eccleſię ſanctificatur ⁊ regitur: exaudi nos pro vniuerſis ordinibus ſupplicantes: vt gratię tuę munere, ab oĩbus tibi gradibus fideliter ſeruiat. Per Secr.

Da famulis tuis dñe, indulgentiam peccatorum, conſolationẽ vitę, gubernationem perpetuam: vt tibi ſeruientes, ad tuam iugiter miſericordiã peruenire mereamur. Per. Poſtcõ.

Libera, quęſumus domine, a peccatis ⁊ hoſtibus tibi famulos ſupplicantes, vt in ſancta conuerſatione viuentes, nullis afficiantur aduerſis. Per domi.

Pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium paſtor ⁊ rector, famulum tuũ N. quẽ paſtorẽ eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei, quęſumus, verbo ⁊ exemplo, quibus pręeſt, pficere: vt ad vitã, vna cum grege ſibi credito, perueniat ſempiternã. Per. Secre.

Oblatis, quęſumus dñe, placare muneribus: ⁊ famulũ tuum N. quem paſtorem eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna. Per. Poſtcõ.

Hęc nos, quęſumus dñe, diuini ſacramenti pceptio protegat: ⁊ famulũ tuum N. quẽ paſtorẽ eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, vna cũ cõmiſſo ſibi grege ſaluet ſemper ⁊ muniat. Per domi.

Pro Imperatore. Oratio.

DEus regnorum omnium, ⁊ Chriſtiani maxime protectoꝛ Imperij: da ſeruo tuo Imperatori noſtro N. triumphum virtutis tuę ſcienter excolere: vt qui tua conſtitutione eſt princeps, tuo ſemper munere ſit potens. Per dominum. Secreta.

SVſcipe Domine, preces, ⁊ hoſtias eccleſię tuę pro ſalute famuli tui ſupplicantis: ⁊ in protectione fidelium populorum antiqua brachij tui operare miracula: vt ſuperatis pacis inimicis, ſecura tibi ſeruiat Chriſtiana libertas. Per dominum. Poſtcō.

DEus, qui ad prędicandum ęterni Regis Euangelium, Romanum Imperium prępara ſti: prętende famulo tuo Imperatori noſtro N. arma cęleſtia, vt pax eccleſiarum nulla turbetur tempeſtate bellorum. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtum.

Pro Rege. Oratio.

QVęſumus, omnipotēs Deus: vt famul⁹ tuus N. Rex noſter, qui tua miſeratione ſuſcepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa: quibus decenter ornatus, ⁊ vitiorum monſtra deuitare, ⁊ ad te, qui via, veritas, ⁊ vita es, gratioſus valeat peruenire. Per dominum. Secreta.

MVnera, quęſum⁹ domine, oblata ſanctifica: vt ⁊ nobis vnigeniti tui corpus ⁊ ſanguis fiant: ⁊ Regi noſtro ad obtinendam animę, corporiſq; ſalutem, ⁊ ad peragendum iniunctū officiū, te largiente, vſquequaq; proficiant. Per eundē. Poſtcō.

HAec domine, oblatio ſalutaris famulū tuum N. Regem noſtrum ab omnibus tueatur aduerſis: quatenus eccleſiaſticę pacis obtineat tranquillitatem: ⁊ poſt iſtius temporis decurſum, ad ęternam proueniat hęreditatem. Per dominū noſtrum.

Pro cōgregatione noſtra, ⁊ pro Pręlatis eiuſdem. Oratio.

OMnipotēs ſempiterne Deus, qui facis mirabilia magna ſolus: prętende ſuper famulos tuos Patres noſtros, ⁊ ſup congregationem illis cōmiſſam, Spiritum gratię ſalutaris: ⁊ vt in veritate tibi placeant, perpetuum eis rorem tuę benedictionis infunde. Per dominum. in vnitate eiuſdem. Secreta.

HOſtias domine, famulorum tuorum placatus intende: ⁊ quas in honorem nominis tui deuota mente pro eis celebramus, proficere ſibi ſentiant ad medelam. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtum. Poſtcōmu.

QVos cęleſti recreas munere, perpetuo domine, comitare pręſidio: ⁊, quos fouere non deſinis, dignos fieri ſempiterna redemptione concede. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtū filium tuum, qui tecum viuit ⁊c.

Pro congregatione. Oratio.

Defende, queſum⁹ domine, beata Maria ſemp virgine intercedente, iſtam ab omni aduerſitate familiam: ⁊ toto corde tibi proſtratam, ab hoſtium propitius tuere clementer inſidijs. Per dominum no. **Secre.**

Suſcipe, queſumus, clementer omnipotens Deus, oblationem noſtre deuotionis: ⁊ per virtutem huius ſacramenti, famulos tuos a cunctis protege aduerſitatibus. Per domi. **Poſtcom.**

Sumptis redēptionis noſtre muneribus, preſta, queſumus omnipotens Deus, eorum nobis celebratione, tue protectionis contra omnes aduerſitates ſubſidium. Per dominum no.

Alia pro Congregatione.

Deus qui nos a ſeculi vanitate cōuerſos ad brauium ſuperne vocationis accēdis: pectoribus noſtris purificandis illabere: ⁊ gratiam nobis qua in te perſeueremus infunde: vt protectionis tue muniti preſidijs, quod te donante promiſimus impleamus: ⁊ noſtre profeſſionis executores effecti, ad ea que perſeuerantibus in te promittere dignatus es, pertingamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. **Secre.**

Tibi domine deus noſter deuotionis hoſtiam immolantes, humiliter petimus: vt nos ſacrificium tuum mortificatione vite carnalis accipias: ac moribus quibus profeſſioni noſtre congruamus inſtituas: ⁊ quos ſancte compunctionis ardore ab hominum ceterorum propoſito ſeparaſti, etiam a cōuerſatione carnali, ⁊ ab immunditia terrenorum actuum, infuſa nobis celitus ſanctitate diſcernas. Per. **Poſtco.**

Deus qui renuntiantibus ſeculo, manſiones paras in celo: dilata fratrum noſtrorū corda celeſtibus bonis: vt fraterna teneantur compagine caritatis, vnanimes precepta cuſtodiant, ſobrij, ſimplices, ⁊ quieti, gratis ſibi datam ſue profeſſionis gratiam fuiſſe cognoſcant: concordet illorum vita cum nomine, profeſſio ſentiatur i opere. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vi.

Pro concordia in congregatione ſeruanda. Oratio.

Deus largitor pacis, ⁊ amator charitatis: da famulis tuis veram cum tua voluntate concordiam: vt ab omnibus, que nos pulſant, tentationibus liberemur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat. **Secre.**

His ſacrificiis, domine, queſumus, concede placatus: vt qui proprijs oramus abſolui delictis, non grauemur externis. Per dominum. **Poſtcōmunio.**

Spiritum

Spiritum nobis domine tuę charitatis infunde, vt quos vno pane cęleſti ſatiaſti, tua facias pietate concordes. Per dominum no. in vnitate eiuſdem.

Cõtra pſecutores eccleſię. Oro.

Eccleſię tuę, quęſumus domine, preces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per. Secreta.

Protege nos domine, tuis myſterijs ſeruientes, vt, diuinis rebus inhęrentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per dominum noſtrum. Poſtcom.

Quęſumus, domine Deus noſter, vt quos diuina tribuis, participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per dominum.

Pro ſeipſo Sacerdote.

Suppliciter te deus pater omnipotens, qui es creator omnium rerum, deprecor: vt dum me famulum tuum coram omnipotentia maieſtatis tuę grauiter deliquiſſe confiteor: manum miſericordię tuę mihi porrigas: quatenus dum hanc oblationem tuę pietati pro peccatis meis offero: quod nequiter admiſi, tu clemētiſſime digneris abſoluere. Per. Secre.

Deus miſericordię: deus pietatis: deus indulgentię: indulge quęſo & miſerere mei: & ſacrificiũ quod humiliter tuę pietati offero, benigne digneris ſuſcipere: vt peccata quę labentibus vitijs cōtraxi: pius ac propitius & miſeratus indulgeas: vt loco pęnitentię ac flumine lachrymarum mihi conceſſo: veniam a te merear accipe omnium delictorum. Per do. Poſtcommunio.

Deus viuorũ & ſaluator omnium: qui non vis mortem peccatorum: nec lętaris in perditione morientium: te ſuppliciter deprecor: vt cōcedas mihi veniã delictorũ: vt & admiſſa defleam, & ea poſtmodum non admittam: vt quum mihi extrema dies, finiſq; vitę meę aduenerit, emundatũ delictis omnibus, me angelus ſanctitatis ſuſcipiat. Per do.

¶ Alia oratio. vt ſupra.

Omnipotēs ſempiterne deus, tuę grãę pietatem ſupplici deuotione depoſco: vt oĩum malorũ meorum vincula ſoluas: cunctiſq; meis malis & peccatis clementer ignoſcas: & quia me indignum & peccatorem ad miniſterium tuum vocare dignatus es: ſic me idoneũ tibi miniſtrum efficias: vt ſacrificium de manibus meis placide ac benigne ſuſcipias: electorũq; ſacerdotum me participem facias: & de pręceptis tuis in nullo me oberrare permittas. Per dominum noſtrum. Secreta.

DEus qui te pręcipis a peccatoribuſ exorari: tibiqȝ ſacrificium contriti cordis offerri: hoc ſacrificium, quod indignis manibus meis offero, acceptare dignare: ⁊ vt ipſe tibi hoſtia ⁊ ſacrificium eſſe merear, miſeratus concede, quatenus per myſterij huius exhibitionem, omniũ peccatorum percipiam remiſſioné. Per dominum no. Poſtcõmu.

HUius mihi domine perceptio ſacraméti ſit peccatorum meorum remiſſio, ⁊ tuę pietatis optata propitiatio: vt per hęc te opitulante efficiar ſacris myſterijs dignus: quę de tua cõfiſus pietate, indignus frequentare pręſumo. Per dominum.

Alia oratio vt ſupra.



OMnipotẽs ſempiterne de9, qui me peccatorem ſacris altaribus aſtare voluiſti: ⁊ ſancti nominis tui laudare potentiam: concede propitius per huius ſacramenti myſteriũ, cunctorũ mihi veniam peccatorum: vt tuę maieſtati digne merear famulari. Per. Sec.

DA quęſumus clementiſſime pater, per huius ſacramenti myſterium, cunctoruȝ mihi veniam peccatorum: vt non ad iudicium, ſed ad indulgentiá, huius presbyteratus ordo mihi proficiat ſempiternam. Per dominum noſtruȝ. Poſtcõmu.

AUres tuę pietatis mitiſſime Deus inclina precibus meis: ⁊ gratia ſancti Spiritus illumina cor meum: vt tuis myſterijs digne miniſtrare valeá, teqȝ ęterna caritate diligere merear. Per domi. in vnitate eiuſdem.

Contra perſecutores, ⁊ male agentes. Oratio.

HOſtium noſtrorum, quęſumus domine, elide ſuperbiaȝ: ⁊ eorũ contumaciá dexterę tuę virtute pſterne. Per. Secr.

HUius domine, virtute myſterij, ⁊ a proprijs mundemur occultis, ⁊ ab inimicorũ liberemur inſidijs. Per. Poſtcõm.

PRotector noſter, aſpice de9: ⁊ ab inimicorum nos defende periculis: vt, omni perturbatione ſemota, liberis tibi mentibus ſeruiamus. Per dominuȝ.

Tempore belli. Oratio.

OMnipotens, ⁊ miſericors Deus, a belloruȝ nos, quęſumus, turbine fac quietos: quia nobis bona cuncta pręſtabis, ſi pacem dederis mentis ⁊ corporis. Per dominum no. Secre.

SAcrificiuȝ domine, quod immolamus, placatus intende: vt ⁊ ab omni nos belloruȝ eruat nequitia, ⁊ in tuę protectionis ſecuritate cõſtituat. Per. Poſtcõ.

SAcroſancti corporis ⁊ ſanguinis dñi noſtri Ieſu Chriſti refectione vegetati, ſupplices te rogamus, omnipotens Deus: vt hoc remedio ſingulari, ab omni

pecca-

peccatorum nos contagione purifices, & periculoruʒ munias incurſione cunctorum. Per dominum noſtruʒ Jeſum Chriſtum.

Pro quacunque neceſſitate, & re obtinenda. Oratio.

DEus refugium noſtrum, & virtus: adeſto pijs eccleſię tuę precibus, autor ipſe pietatis, & preſta: vt, quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per dominum noſtruʒ. **Secre.**

DA miſericors Deus: vt hęc ſalutaris oblatio & a proprijs nos reatibus indeſinenter expediat, & ab omnibus tueatur aduerſis. Per dominuʒ noſtrū Jeſum Chriſtum. **Poſtcōmu.**

SVmpſimus domine, ſacri dona myſterij, humiliter deprecantes: vt, quę in tui commemoratione nos facere pręcepiſti, in noſtrę proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis & regnas cum.

Pro quacūqʒ tribulatione. Oro.

NE deſpicias, omnipotens Deus populū tuum in afflictione clamantem: ſed propter gloriam nominis tui, tribulatis ſuccurre placatus. Per. **Secre.**

SVſcipe domine, propitiuʒ hoſtias, quibus & te placari voluiſti, & nobis ſalutem potenti pietate reſtitui. Per. **Poſtcōm.**

TRibulationem noſtrā, quęſumus domine, propitius reſpice, & iram tuę indignationis, quam iuſte meremur, auerte. Per dominum noſtrum.

Pro nimijs preſſuris. Oro.

DEus qui contritorum nō deſpicis gemitum: & merentium non ſpernis affectū: adeſto precibus noſtris: quas tibi pro tribulatione noſtra effundimus: eaſqʒ clementer exaudi: vt quicquid contra nos diabolicę atque humanę moliuntur aduerſitates: ad nihilum redigatur: & conſilio tuę pietatis allidatur: quatenus nullis aduerſitatibus leſi: ſed de omni tribulatione & anguſtia erepti, in eccleſia tua tibi gratias referamus. Per dominum. **Secreta.**

DEus qui tribulatos corde ſanas: & męſtificatos actu lętificas: ad hanc propitius hoſtiam dignanter attende, quam tibi pro noſtra offerimus liberatione: tu & hanc benignus accipe, & noſtra ſana diſcrimina: tribulationum attende miſeriam, & anguſtiarum noſtrarum ſummoue preſſuram: vt exuti omnibus quę patimur malis, in tuis ſemper mereamur exultare iuſtitijs. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat. **Poſtcōm.**

DImitte Domine peccata noſtra: & tribue nobis miſericordiam tuam, quā precamur: vt humilitatem noſtram attendas, vincula ſoluas, delicta deleas, tribulationeʒ inſpicias, ad

uerſitatē repellas: effectūq; petitionis noſtrę largiens, ſupplices tuos clementer exaudias. Per.

Tempore famis ꝛ peſtis. Oīo.

Da nobis, queſumus domine, pię ſupplicationis effectum: ꝛ peſtilentiā, famemq; propitiatus auerte: vt mortaliū corda cognoſcāt, ꝛ te indignante talia flagella prodire, ꝛ te miſerante ceſſare. Per dominū. Secre.

Deus, qui humani generis vtranque ſubſtantiā, pręſentium munerum ꝛ alimento vegetas, ꝛ renouas Sacramento: tribue queſumus: vt eorum ꝛ corporibus noſtris ſubſidiū non deſit, ꝛ mentibus. Per. Poſtcō.

Guberna, queſumus domine, temporalibus alimētis, quos dignaris ęternis informare myſterijs. Per dominum.

Ad pluuiam petendam. Oratio.

Deus, in quo viuimus, mouemur, ꝛ ſumus: pluuiam nobis tribue congruentem: vt pręſentibus ſubſidijs ſufficienter adiuti, ſempiterna fiducialius appetamus. Per. Secreta.

Oblatis, queſumus Domine, placare muneribus: ꝛ opportunum nobis tribue pluuię ſufficientis auxiliū. Per dominum noſtrum. Poſtcommu.

Da nobis, queſumus domine, pluuiā ſalutarem: ꝛ aridam terrę faciem fluentibus cęleſtibus imbribus dignanter infunde. Per dominum noſtrum.

Ad ſerenitatem petendā. Oīo.

Ad te nos domine, clamantes exaudi, ꝛ aeris ſerenitatem nobis tribue ſupplicantibꝰ: vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur, miſericordia tua pręueniente, clementiā ſentiamus. Per dominum noſtrū. Secre.

Preueniat nos, queſumus domine, gratia tua ſemper, ꝛ ſubſequatur: ꝛ has oblationes, quas pro peccatis noſtris nomini tuo conſecrandas deferimus, benignꝰ aſſume, vt per interceſſionem Sanctorum tuorū, cunctis nobis proficiant ad ſalutē. Per dominum. Poſtcommu.

Queſumus, omnipotēs deus, clementiam tuam, vt inundantiā coerceas imbrium, ꝛ hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per.

Ad tēpeſtates repellendas. Oīo.

A domo tua, queſumus domine, ſpiritales nequitię repellantur: ꝛ aerearū diſcedat malignitas tempeſtatum. Per dominum noſtrum. Secreta.

Offerimus tibi dñe, laudes, ꝛ munera, pro conceſſis beneficijs gratias referentes, ꝛ pro concedendis ſemper ſuppliciter deprecantes. Per. Poſtcōmu.

Omnipotēs ſempiterne deus, qui nos ꝛ caſtigando ſanas, ꝛ ignoſcēdo cōſeruas, pręſta ſupplicibus tuis: vt, ꝛ tranquillitatibus huius optatę conſolationis lętemur, ꝛ dono tuę pietatis

pietatiſ ſemper vtamur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſt.

Pro peſte animalium. Oratio.

DEus, qui laboribus hominum, etiam de mutis animalibus ſolatia ſurrogaſti: ſuppliciter te rogamus: vt, ſine quibus non alitur humana conditio, noſtris facias vſibus non perire. Per dominum no. Secre.

SAcrificijs domine, placatus oblatis, opem tuam noſtris temporibus clemēter impende. Per dominum no. Poſtcōmu.

BEnedictionem tuam domine, populuſ fidelis accipiat: qua corpore ſaluetur ⁊ mente: ⁊ congruam tibi ſemper exhibeat ſeruitutē, ⁊ propitiationis tuę beneficia ſemp inueniat. Per do.

Pro remiſſione peccatorū. Oṙo.

DEus, qui nullū reſpuis, ſed quantumuis peccantibuſ, per pęnitentiaſ pia miſeratione placaris: reſpice propiti⁹ ad preceſ humilitatiſ noſtrę: ⁊ illumina corda noſtra, vt tua valeamuſ implere pręcepta. Per do. Secre.

PReſens ſacrificiuſ domine, quod tibi pro delictis noſtris offerrimus, fit tibi munus acceptū: ⁊ tam viuentibus, quam defunctis proficiat ad ſalutem. Per dominum no. Poſtcōmu.

EXaudi p̄ces familię tuę, omnipotens Deus, ⁊ pręſta: vt ſancta hęc, quę a te ſumpſimus, incorrupta in nobis, te donante, ſeruentur. Per dominū noſtrū.

Pro petitione lachrymarū. Oṙo.

OMnipotens, et mitiſſime Deus, qui ſitienti populo fontem viuentis aquę de petra produxiſti: educ de cordis noſtri duritia compunctionis lachrymas, vt peccata noſtra plangere valeamus, remiſſionemq; peccatorum, te miſerante, mereamur accipere. Per dominuſ. Secre.

HAnc oblationē, queſumus domine Deus, quam tuę maieſtati pro peccatiſ noſtris offerimus, reſpice propitius, ⁊ produc de oculis noſtris lachrymarum flumina, quib⁹ debita flammarum incendia valeant extingui. Per dominum. Poſtcōm.

GRatiaſ Spiritus ſancti domine Deus, cordibus noſtris clementer infunde: quę nos gemitibuſ lachrymarum efficiat maculas noſtrorum diluere peccatoruſ: atq; optatę nobis, te largiente, indulgentię pręſtet effectum. Per domi. in vnita. eiuſd.

Pro tribulatione pctōruſ. Oṙo.

INeffabilem miſericordiā tuaſ nobis dn̄e, clementer oſtende: vt, ſimul nos ⁊ a peccatis omnibus exuaſ, ⁊ a pęnis, quaſ pro hiſ meremur, eripias. Per. Secre.

PUrificet nos, queſumus domine, muneris p̄ſentis oblatio: ⁊ dignos ſacra participatione perficiat. Per do. Poſtcō.

PReſta, queſumus domine, vt, terrenis affectibus expiati: ad ſuperni plenitudineſ ſacramenti,

menti, cuius libauimus ſancta, tendamus. Per dominum no.

Pro deuotis amicis. Oratio.

Deus, qui charitatis donā per gratiam ſancti Spiritus tuorum cordibus fidelium infudiſti: da famulis et famulabus tuis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, ſalutem mentis et corporis: vt te tota virtute diligant, et que tibi placita ſunt, tota dilectione perficiant. Per dominum. in vnitate eiuſdem. Secre.

Miſerere, queſumus dn̄e, famulis, et famulabus tuis, pro quibus hoc ſacrificium laudis tue offerimus maieſtati: vt per hec ſancta, superne benedictiōis gratiam obtineant, et gloriā beatitudinis acquirāt. Per. Poſtcō.

Diuina libantes myſteria, queſumus dn̄e: vt hec ſalutaria ſacramenta illis proficiant ad proſperitatē et pacē, pro quorum, quarumque dilectione hec tue obtulimus maieſtati. Per.

Pro amico viuente.

Omnipotēs ſempiterne deus, miſerere famulo tuo N. et dirige eum ſecundum tuam clementiam in viam ſalutis eterne: vt te donante tibi placita cupiat: et tota virtute perficiat. Per dominum noſtrum. Secreta.

Proficiat queſumus domine hec oblatio, quam tue ſupplices offerimus maieſtati: ad ſalutem famuli tui N. vt tua prouidentia eius vita inter aduerſa et proſpera vbique dirigatur. Per dominum no. Poſtcommunio.

Sumentes domine perpetue ſacramenta ſalutis, tuā deprecamur clementiam: vt per ea famulum tuum N. ab omni aduerſitate protegas. Per dominum.

Pro inimicis. Oratio.

Deus, pacis, charitatiſque amator et cuſtos: da omnibus inimicis noſtris pacem, charitatemque veram: cunctorumque eis remiſſionem tribue peccatorum: noſque ab eorum inſidijs potenter eripe. Per dominum noſtrū Jeſum Chriſtum. Secre.

Oblatis, queſumus domine, placare muneribus, et nos ab inimicis noſtris clementer eripe: eiſque indulgentiam tribue delictorum. Per dominum noſtrum. Poſtcommunio.

Hec nos communio domine, eruat a delictis, et ab inimicorum defendat inſidijs. Per dominum noſtrum Jeſum Chri.

Pro iter agentibus. Oratio.

Adeſto domine, ſupplicationibus noſtris, et viam famulorum tuorum in ſalutis tue proſperitate diſpone: vt, inter omnes vie et vite huius varietates, tuo ſemper protegantur auxilio. Per dominum noſtrū Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit et regnat. Secreta.

Propitiare dn̄e, ſupplicationibus noſtris, et has oblationes, quas tibi offerimus pro famulis

lis tuis, benignus aſſume: vt viã illorũ, ꝛ pręcedente gratia tua dirigas, ꝛ ſubſequente comitari digneris: vt, de actu atque incolumitate eorum, ſecundum miſericordię tuę pręſidia gaudeamus. Per dominum. Poſtcommu.

Tua domine, famulos tuos ſperantes in te, quę ſumpſimus, ſacraméta cuſtodiant: ꝛ contra omnes aduerſos tueãtur incurſus. Per dominum noſtrũ.

Pro nauigantibus. Oratio.

Deus, qui tranſtuliſti patres noſtros per mare Rubrũ, ꝛ tranſueriſti eos per aquam nimiam, laudem tui nominis decãtantes, te ſuppliciter deprecamur: vt, in naui famulos tuos repulſis aduerſitatibus, portu ſemper optabili, curſuque tranquillo tuearis. Per domi. Secreta.

Suſcipe, quęſumus domine, preces famulorum tuorũ, cũ oblationibus hoſtiarũ: ꝛ tua myſteria celebrantes ab omnibus defende periculis. Per. Poſtcõ.

Sanctificati diuino myſterio, maieſtatem tuã domine, ſuppliciter deprecamur, ꝛ petimus: vt, quos donis facis cęleſtibus intereſſe, per ſignum ſanctę Crucis ꝛ a peccatis omnibus abſtrahas, ꝛ a periculis cunctis miſeratus eripias. Per dominum no.

Pro infirmis. Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne deus, ſalus ęterna credentiũ: exaudi nos pro infirmis famulis tuis, pro quibus miſericordię tuę imploramus auxiliũ: vt reddita ſibi ſanitate, gratiarum tibi in eccleſia tua referant actiones. Per dominum noſtrũ. Secre.

Deus, ſub cuius nutibus vitę noſtrę momenta decurrunt: ſuſcipe preces ꝛ hoſtias famulorum tuorũ, pro quibus miſericordiam tuam ęgrotantibus imploramus: vt, de quorum periculo metuimus, de eorum ſalute lętemur. Per. Poſtcommunio.

Deus, infirmitatis humanę ſingulare pręſidiũ: auxilij tui ſuper infirmos famulos tuos oſtende virtutem: vt, ope miſericordię tuę adiuti, eccleſię tuę ſanctę incolumes repręſentari mereantur. Per dominum noſtrũ.

Pro conſtituto in carcere. Oro.

Deus, qui beatum Petrum a vinculis abſolutum, illęſum abire feciſti, famuli tui in captiuitate poſiti vincula diſſolue, ꝛ eum ipſius meritis illęſum abire concede. Per do. Secreta.

Super has, quęſumus Domine, hoſtias benedictio copioſa deſcendat: quę captiui noſtri vincula ſoluat, ꝛ de eiꝰ liberatione nos cito lętificet. Per dominum noſtrum. Poſtcõmunio.

Preces noſtras, quęſumus domine clementer exaudi: ꝛ per hęc ſacramenta, quę ſumpſimus, famulum tuum a vinculis ſuę captiuitatis abſolue. Per dominum noſtrũ Jeſum Chriſtũ.

Pro

Pro tētatis ⁊ tribulatis. Oratio.

DEus, qui iuſtificas impiuꝫ, ⁊ non vis mortes peccatorum: maieſtatem tuam ſuppliciter deprecamur: vt famulos tuos de tua miſericordia confidentes, cęleſti protegas benignus auxilio, ⁊ aſſidua protectione conſerues: vt tibi iugiter famulentur, ⁊ nullis tentationibus a te ſeparētur. Per dominum. Secreta.

HOſtius, queſumus domine, virtute myſterij, ⁊ a proprijs nos munda delictis, ⁊ famulos tuos ab omnibus abſolue peccatis. Per do. Poſtcommu.

PUrificent nos, queſumus Domine, ſacramenta, quę ſumpſimus: ⁊ famulos tuos ab omni culpa liberos eſſe concede: vt, qui conſcientię reatu conſtringuntur, cęleſtis remedij plenitudine glorientur. Per dominum.

Ad repellendas malas cogitationes. Oratio.

OMnipotens, ⁊ mitiſſime Deus, reſpice propiti⁹ preces noſtras: ⁊ libera corda noſtra de malarum tentationibus cogitationum: vt ſancti Spiritus dignum fieri habitaculum mereamur. Per. in vnita. eiuſ. Secre.

HAs tibi Domine, offerim⁹ oblationes pro ſalute noſtra: quatenus animas noſtras ab immūdis cogitationibus purges, illeſaſque cuſtodias: ⁊ ſancti Spiritus gratia illuminare digneris. Per dominum. in vnitate eiuſdem. Poſtcommunio.

DEus, qui illuminas omneꝫ homineꝫ venientē in hunc mundum: illumina, queſumus, corda noſtra gratię tuę ſplendore: vt digne maieſtati tuę miniſtrare, teqꝫ ęterna charitate diligere valeamus. Per dominum.

Ad poſtulandā charitateꝫ. Oro.

DEus, qui diligentibus te, facis cuncta prodeſſe: da cordibus noſtris inuiolabilem tuę charitatis affectum: vt deſideria de tua inſpiratione cōcepta, nulla poſſint tentatione mutari. Per dominum noſtruꝫ. Secre.

DEus, qui nos ad imaginem tuam Sacramentis renouas, ⁊ pręceptis, perfice greſſus noſtros in ſemitis tuis: vt charitatis donum, quod feciſti a nobis ſperari, per hęc quę offerimus ſacrificia, facias apprehendi. Per domi. Poſtcommunio.

SAncti Spiritus gratia, queſumus dñe, corda noſtra illuminet, ⁊ pfectę charitatis dulcedine abūdāter reficiat. Per. i vni. eiuſ.

Ad poſtulandaꝫ patientiā. Oro.

DEus, qui vnigeniti tui patientia antiqui hoſtis contriuiſti ſuperbiam: da nobis queſumus: quę idem piē pro nobis ptulit digne recolere, ſicqꝫ exemplo ei⁹, nobis aduerſantia ęquanimiter tolerare. Per eun. Sec.

MUnera noſtrę oblationis, queſumus domine, placatus ſuſcipe: quę, vt nobis patientię

tię donum condonare digneris, maieſtati tuę deuota offerimus actione. Per. Poſtcommunio.

SAcroſancta Domine, ſumentes myſteria, amiſſam nobis, queſumus, reconcilient gratiaꝫ: atqꝫ munus patientię in illatis omnibus, ſemper ⁊ vbiqꝫ protegendo, impertiant. Per domi.

Ad poſtulandá cótinentiá. Oꝛo.

VRe igne ſancti Spiritus renes noſtros, ⁊ coꝛ noſtruꝫ, domine: vt tibi caſto coꝛpoꝛe ſeruiamus, ⁊ mundo coꝛde placeamus. Per do. in vnit. eiuſ. Secr.

DIrumpe domine, vincula peccatoꝛum noſtroꝛum: ⁊, vt ſacrificare tibi hoſtiam laudis abſoluta libertate poſſimus, retribue quę ante tribuiſti: ⁊ ſalua nos per indulgentiam, quos dignatus es ſaluare per gratiam. Per dominum. Poſtcómunio.

DOmine adiutoꝛ, ⁊ ꝓtectoꝛ noſter, adiuua nos, ⁊ refloreat caro noſtra vigoꝛe pudicitię, ⁊ ſanctimonię nouitate: ereptamqꝫ de manu tartari inreſurrectionis gaudium iubeas pręſentari. Per dominum noſtruꝫ.

Ad poſtuládá ſapientiá. Oratio.

DEús qui per coęternam tibi ſapientiam hominé quú nó eſſet condidiſti: perditumqꝫ miſericoꝛditer refoꝛmaſti: pręſta queſumus: vt eadem pectoꝛa noſtra inſpirante, te tota méte amemus, ⁊ ad te toto coꝛde curramus. Per dominum. Secreta.

SAnctificetur queſumus Domine Deus huius noſtrę oblationis munus, tua cooperante ſapientia: vt tibi placere poſſit ad laudem, ⁊ nobis pꝛoficere ad ſalutem. Per dominum noſtrū Jeſum Chꝛiſtum filium tuū, qui tecum viuit. Poſtcommunio.

INfunde queſumus Domine Deus, per hęc ſacramenta quę ſumpſimus, tuę coꝛdibus noſtris lumen ſapientię: vt te veraciter agnoſcamus, ⁊ fideliter diligamus. Per dominum noſtrum.

¶ Ad poſtulandam Spem, Fidem, ⁊ Caritatem. Oratio.

OMnipotés ſempiterne de⁹, qui iuſtitiam tuę legis in coꝛdibus credentiuꝫ digito tuo ſcribis: da nobis fidei, ſpei, ⁊ caritatis augmentum: ⁊ vt mereamur aſſequi quod pꝛomittis, fac nos amare quod pręcipis. Per dominum noſtrum Jeſuꝫ Chꝛiſtum filium tuum, qui tecum viuit. Secreta.

MItte queſumus domine ſpirituꝫ ſanctum: qui ⁊ hęc munera pręſentia tuum nobis efficiat ſacramentum, ⁊ ad hoc percipiendū coꝛda noſtra purificet. Per. in vnita. eiuſd. Poſtcó.

SPiritum nobis domine tuę caritatis infunde: vt quos vno pane cęleſti ſatiaſti, tua facias pietate concoꝛdes. Per dominum no. in vnitate eiuſdem.

¶ Ad

Ad poſtulandā humilitatē. Oro.

Deus qui ſuperbis reſiſtis, ⁊ gratiam preſtas humilibus: auge in nobis verę humilitatis virtutē, cuius in ſe formam fidelibus vnigenitus tuus exhibuit: vt nunquam indignationem tuaȝ prouocemus elati, ſed potius ſemper pietatis tuę capiamus dona ſubiecti. Per eundem. **Secreta.**

Hec oblatio domine deus nobis remiſſioneȝ omniū peccatorum, ⁊ verę humilitatis obtineat gratiam: ſimulqȝ a cordibus noſtris concupiſcentiam carnis, ⁊ oculorum, atqȝ ambitionem ſeculi auferat: quatenus coram te ſobrie, iuſte, pieqȝ viuentes, premia conſequamur ęterna. Per domi. **Poſtcommu.**

Huius domine ſacramenti perceptio peccatorum noſtrorum maculas tergat: ⁊ nos per humilitatis exhibitioneȝ ad cęleſtia regna perducat. Per.

Pro ſalute viuorum. Oratio.

Pretende domine, fidelibus tuis dexteram cęleſtis auxilij: vt te toto corde perquirant, ⁊ quę digne poſtulant, conſequi mereantur. Per domi. **Secre.**

Propitiare domine, ſupplicationibus nr̄is: ⁊ has oblationes fidelium tuorum, quas tibi pro incolumitate eorum offerimus, benignuȝ aſſume: ⁊, vt nullius ſit irritum votum, nullius vacua poſtulatio: pręſta quęſumus, vt, quod fideliter petimus, efficaciter cōſequamur. Per dominum noſtrum. **Poſtcommu.**

Da fidelibus tuis, quęſum⁹ domine, in tua fide ⁊ ſinceritate conſtantiam: vt in charitate diuina firmati, nullis tentationibuȝ ab eiuȝ integritate euellantur. Per dominum noſtrum.

Pro ſtabilitate loci. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne Deus, ędificator ⁊ cuſtos Jeruſalem ciuitatis ſupernę, ędifica ⁊ cuſtodi locum iſtum cum habitatoribus ſuis: vt ſit in eo domiciliuȝ ſtabilitatis ⁊ pacis. Per dominū noſtrum Jeſuȝ Chriſtū. **Secre.**

His ſacrificijs quęſum⁹ domine, placatus intende: vt qui proprijs oramus abſolui delictis, non grauemur externis: ſed ab omnibus liberemur aduerſis. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit. **Poſtcommu.**

Suſcipe dn̄e preces noſtras, ⁊ muro cuſtodię tuę hunc locū cum habitantibus in eo circunda: vt omni aduerſitate repulſa, ſit ſemper in eo domicilium incolumitatis ⁊ pacis. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti.

Pro

Pro cõfitente peccata ſua. Orõ.

Omnipotẽs ſempiterne deus, confitenti tibi famulo tuo pro tua pietate relaxa peccata: vt non plus ei noceat cõſcientię reatus ad pęnam, quã indulgentia tuę propitiationis proſit ad veniam. Per domi. Secre.

Preſta queſumus omnipotens ⁊ miſericors Deus: vt hęc ſalutaris oblatio, famulum tuum, ⁊ a proprijs reatibus indeſinenter expediat, ⁊ ab omnibus tueatur aduerſis. Per. Poſtcõ.

Omnipotens ⁊ miſericors deus, qui omnem animam pęnitentem ⁊ confitentem tibi, magis vis emendare quã perdere: reſpice ſuper hunc famulum tuum: ⁊ per hęc ſancta ſacramenta quę ſumpſimus, auerte ab eo iram indignationis tuę, ⁊ dimitte ei omnia peccata. Per domi.

Pro facientibus nobis eleemoſynas. Oratio.

Deus qui poſt baptiſmi ſacramentum ſecundam ablutionem peccatorum eleemoſynis indidiſti, reſpice propitius ſuper famulos tuos: pro quorum operibus tibi gratię referuntur: fac eos premio beatos: vt recipiant pro paruis magna, pro terrenis cęleſtia, pro temporalibus ſempiterna. Per domi. Secre.

Deus qui tuorum corda fidelium per eleemoſynam dixiſti poſſe mundari: da famulis tuis, qui pauperibus bona ſua dederunt, per huius ſacramenti myſterium: vt percipientes hoc munere veniam peccatorum, in tuorum cenſeantur ſorte iuſtorũ. Per dominum. Poſtcommu.

Purificent nos queſum⁹ domine ſacramenta quę ſumpſimus: ⁊ famulos tuos propitius intende: qui diuina mandata recolentes, opem indigentibus ſumminiſtrant: ⁊ preſta: vt ſicut eorum deuotio nobis eſt neceſſaria, ita ſit tibi ſemper accepta. Per dominum noſtrum.

Pro mortalitate hominũ. Orõ.

Deus qui non mortem, ſed pęnitentiã deſyderas peccatorum: populum tuum queſumus ad te conuerte propitius, vt dum tibi deuotus exiſtit, iracundię tuę ab eo flagella amoueas. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat. Secre.

Subueniat nobis queſumus Domine, ſacrificij preſentis operatio: quę nos ab erroribus vniuerſis potenter abſoluat, ⁊ a totius eripiat perditionis incurſu. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtũ. Poſtcommunio.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter: ⁊ intercedente beata Maria ſemper virgine, populũ tuum ab iracundię tuę terrorib⁹ liberum, ⁊ miſericordię tuę fac largitate ſecurum. Per dominũ noſtrum Jeſum Chriſtum filiũ tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat.

Pro

Pro infirmo qui proximus eſt morti. Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne deus, cõſeruator animarum: qui quos diligis corripis, ⁊ quos recipis, piè ad emendationem coerces: te domine deprecamur: vt medelam tuam conferre digneris in animam famuli tui: qui in corpore patitur membrorum debilitatem, vim laboris, ſtimulos infirmitatum: da ei domine gratiam ⁊ miſericordiam tuam: vt in hora exitus de corpore, abſq; peccati macula creatori proprio per manus ſanctorum angelorum eius anima repręſentari mereatur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorũ. Amen. Secre.

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris: ⁊ ſuſcipe hoſtiam, quã tibi offerimus pro famulo tuo iacente in grabato, ſalutem non ſolum corporis, ſed ⁊ animę ſuę petente: pręſta ei omnipotens Deus indulgentiam omnium iniquitatum ſuarũ per immenſam clementiam tuam, ⁊ per interceſſionem omnium ſanctorum tuorũ: vt per hoc quod ſuſtinet flagellum, a ſanctis angelis tuis ſuſcipiatur, ⁊ peruenire mereatur ad glorię tuę regnum. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Poſtcommu.

Gratias agimus tibi domine de multiplicibus largitatibus tuis, ex quibus animas in te ſperantium ſanare conſueuiſti: ⁊ confiſi de tua pietate precamur: vt miſereri digneris famulo tuo, ne pręualeat aduerſus eum aduerſarius in hora exitus illius de corpore: ſed tranſitum habere mereatur ad vitam perpetuam. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Ad gratias agendas. Oratio.

Deus cui ingratitudo maxime diſplicet: ⁊ qui nos pręcipis per apoſtolum tuũ gratos exiſtere: ſuſcipe quęſumus humiles famulorum tuorum gratiarũ actiones, quas tibi nunc exoluimus pro ſuſceptis beneficijs tuis: ⁊ pręſta propitius vt de perceptis grati ſemper exiſtentes, maiora promereamur. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Secre.

Hęc oblatio domine quęſumus, quam pro gratijs exhiben-

exhibendis tuę ſupplices offeri-
mus maieſtati, & a vitio nos in-
gratitudinis clementer expur-
get, & ad beneficia maiora perci-
pienda dignos ſemper efficiat.
Per dominum noſtrum Jeſum
Chriſtum filium tuum, qui tecū
viuit & regnat in vnitate ſpiritus
ſancti Deus, per omnia ſecula ſe
culorum. Amen. Poſtcommu.

PReſta queſumus omnipo-
tens Deus, vt de perceptis
muneribus gratias exhibentes:
intercedente beata Maria ſem-
per virgine cum omnibus ſan-
ctis tuis, & beneficia potiora ſu-
mamus, & in gratiarum actione
ſemper maneamus. Per domi-
num noſtrum Jeſum Chriſtum
filium tuum, qui tecum viuit & re
gnat in vnitate ſpiritus ſancti
Deus, per omnia ſecula ſeculo-
rum. Amen.

Pro viuis, & defunctis. Oratio.

OMnipotēs ſempiterne de-
us, qui viuorū dominaris
ſimul & mortuorum: omniumq;
misereris, quos tuos fide & ope-
re futuros eſſe prenoſcis: te ſup-
plices exoramus, vt, pro quibus
effundere preces decreuimus,
quoſq; vel preſens ſeculum ad-
huc in carne retinet, vel futurum
iam exutos corpore ſuſcepit: in-
tercedentibus omnibus San-
ctis tuis, pietatis tuę clementia,
omnium delictorum ſuorum ve-
niam conſequantur. Per domi-
num noſtrum Jeſum Chriſtum
filium tuum, qui tecum viuit & re
gnat in vnitate ſpiritus ſancti
Deus, per omnia ſecula ſeculo-
rum, Amen. Secreta.

DEus, cui ſoli cognitus eſt
numerus electorum in ſu-
perna felicitate locandus: tribue,
queſumus, vt, intercedentibus
omnibus Sanctis tuis, vniuer-
ſorum quos in oratione cōmen-
datos ſuſcepimus, & nomina om
nium fidelium beatę predeſtina-
tionis liber aſcripta retineat.
Per dominum noſtrum Jeſum
Chriſtum filium tuum, qui tecū
viuit & regnat in vnitate ſpiritus
ſancti Deus, per omnia ſecula ſe
culorum. Amen. Poſtcommu.

PUrificent nos, queſumus,
omnipotens & miſericors
Deus, ſacramenta quę ſumpſi-
mus, & intercedētibus omnibus
Sanctis tuis, preſta: vt hoc tuū
ſacramentum non ſit nobis rea-
tus ad penam, ſed interceſſio ſa-
lutaris ad veniam: ſit ablutio ſce
lerum, ſit fortitudo fragilium, ſit
contra omnia mūdi pericula fir-
mamentum: ſit viuorum, atque
mortuorum fidelium, remiſſio
omnium delictorum. Per domi
num noſtrum Jeſum Chriſtum
filium tuum, qui tecum viuit & re
gnat in vnitate ſpiritus ſancti
Deus, per omnia ſecula ſeculo-
rum. Amen.

Finis Orationum, ad libitum
Sacerdotis.

PROPRIVM MISSARVM PRO DEFVNCTIS.

Jn Commemoꝛatione omnium fidelium Deſunctoꝛum. Jntroitus.



Requiem ęternam dona eis domine, ⁊ lux perpetua luceat eis. Ps. Te decet hymnus Deus in Siō: ⁊ tibi reddetur votū in Jeruſalē, exaudi orationē meã: ad te oīs caro veniet. Deinde abſolutē repetitur ℟ equiē ęter. ⁊c. Jn Oꝛationibus pꝛo deſunctis etiã ſi erūt ſecretę nomina deſunctoꝛum ſpecialiter expꝛimere non debemus. Oꝛatio.

Fidelium, Deus, omnium conditoꝛ ⁊ redemptoꝛ, animabus famulorum famularumque tuarum remiſſionem cunctoꝛum tribue peccatoꝛum: vt indulgentiã, quam ſemper

per optauerunt, pijs ſupplicatio
nibus cōſequantur. Qui viuis, ⁊
regnas cum Deo patre in vnit.

Lectio epiſtolę beati Pauli apo
ſtoli ad Corinthios. j. cap. xv.

FRatres: Ecce my
ſterium vobis di
co: Omnes quidem re
ſurgemus, ſed non oēs
immutabimur. In mo
mento, in ictu oculi, in nouiſſima
tuba: canet enim tuba, ⁊ mortui
reſurgēt incorrupti, ⁊ nos immu
tabimur. Oportet enim corrupti
bile hoc induere incorruptionē,
⁊ mortale hoc induere immorta
litatem. Cum autē mortale hoc
induerit immortalitatem: tunc
fiet ſermo, qui ſcriptus eſt, Abſor
pta eſt mors in victoria. Vbi eſt
mors victoria tua? vbi eſt mors
ſtimulus tuus? Stimulus autē
mortis, peccatū eſt: virtus verò
peccati lex. Deo aūt gratias, qui
dedit nobis victoriā per Jeſum
Chriſtū dn̄m noſtrum. Grad.

R. equiem ęternam dona eis domi
ne, ⁊ lux perpetua luceat eis. ℣. In
memoria ęterna erit iuſtus: ab audi
tione mala non timebit. Tractus.

A bſolue domine animas omnium fi
delium defunctorum ab omni vinculo
delictorum. ℣. Et gratia tua illis ſuc
currente, mereantur euadere iudicium
vltionis. ℣. Et lucis ęternę beatitudi
ne perfrui. Sequentia.

DIes irę, dies illa,
Soluet ſeclum in fauilla,
Teſte Dauid cum Sibylla.

Q uantus tremor eſt futurus,
Quando iudex eſt venturus,
Cuncta ſtricté diſcuſſurus.

T uba mirum ſpargens ſonum,
Per ſepulchra regionum,
Coget omnes ante thronum.

M ors ſtupebit, ⁊ natura,
Cum reſurget creatura,
Judicanti reſponſura.

L iber ſcriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Vnde Mundus iudicetur.

I udex ergo cum ſedebit,
Quicquid latet, apparebit:
Nil inultum remanebit.

Q uid ſum miſer tunc dicturus?
Quem patronum rogaturus,
Dum vix iuſtus ſit ſecurus?

R ex tremendę maieſtatis,
Qui ſaluandos ſaluas gratis,
Salua me fons pietatis.

R ecordare Jeſu pie,
Quod ſum cauſa tuę vię,
Ne me perdas illa die.

Q uęrens me, ſediſti laſſus,
Redemiſti, crucem paſſus:
Tantus labor non ſit caſſus.

I uſte iudex vltionis,
Donum fac remiſſionis,
Ante diem rationis.

I ngemiſco, tanquam reus:
Culpa rubet vultus meus,
Supplicanti parce Deus.

Q ui Mariam abſoluiſti,
Et Latronem exaudiſti:
Mihi quoque ſpem dediſti.

P reces meę non ſunt dignę:
Sed tu bonus fac benigne,
Ne perenni cremer igne.

Inter oues locum pꝛęſta:
Et ab hędis me ſequeſtra,
Statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis:
Voca me cum benedictis.
Oro ſupplex, ⁊ acclinis:
Coꝛ contritum quaſi cinis,
Gere curam mei finis.
Lachꝛymoſa dies illa,
Qua reſurget ex fauilla
Iudicandus homo reus,
Huic ergo parce Deus.
Pie Ieſu Domine,
Dona eis requiem. Amen.

Sequentia S. Euã. ſecũdũ Ioã.



In illo tépoꝛe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, ⁊ turbis Iudęoꝝ: Amen amen dico vobis: quia venit hoꝛa, ⁊ nũc eſt, quando moꝛtui audient vocem filij Dei: ⁊ qui audierint, viuent. Sicut enim pater habet vitã in ſemetipſo: ſic dedit ⁊ filio vitam habere in ſemetipſo: ⁊ poteſtaté dedit ei iudiciũ facere, quia filius hominis eſt. Nolite mirari hoc: quia venit hoꝛa, in qua omnes, qui in monumentis ſunt, audiét vocẽ filij Dei. Et pꝛocedent, qui bona fecerũt, in reſurrectionem vitę: qui vero mala egerunt, in reſurrectionem iudicij. Offerto.

Domine Ieſu Chꝛiſte, rex glorię, libera animas omnium fidelium defunctorum de pęnis inferni, ⁊ de pꝛofundo lacu: libera eas de oꝛe leonis, ne abſoꝛbeat eas tartarus, ne cadant in obſcurum, ſed ſignifer ſanctus Michael repꝛęſentet eas in lucẽ ſanctam: Quam olim Abꝛahę pꝛomiſiſti, ⁊ ſemini eius. ℣. Hoſtias ⁊ pꝛeces tibi domine, laudis offerimus: tu ſuſcipe pꝛo animabus illis, quarum hodie memoꝛiam facimus: fac eas domine, de moꝛte tranſire ad vitam: Quam olim. Secreta.

Hoſtias, quęſum⁹ domine, quas tibi pꝛo animabus famuloꝛum famularumq; tuarũ offerimus, pꝛopitiatus intende: vt, quibus fidei Chꝛiſtianę meritum contuliſti, dones ⁊ pꝛemiũ. Per dominũ noſtrum. Comu.

Lux ęterna luceat eis domine, cum ſanctis tuis in ęternum, quia pius es. ℣. Requiem ęternam dona eis domine, ⁊ lux perpetua luceat eis. Cum ſan. Nõ dicitur oꝛo. Dñe Ieſu Chꝛiſte qui dixiſti. ⁊c. nec Sacerdos pacem recipit ab altari. Poſtcõ.

Animabus, quęſumus domine, famuloꝛum famularumq; tuarũ oꝛatio pꝛoficiat ſupplicantiũ: vt eas ⁊ a peccatis omnibus exuas, ⁊ tuę redemptionis facias eſſe participes. Qui viuis. Dicto Dñs vobiſcum. dicitur Requieſcant in pace. ℟. Amen. ⁊ non datur bñdictio. Sed dicto ſecretę. Placeat tibi ſanct. ⁊c. di. euangelium ſecundũ Ioannem. In pꝛincipio erat verbum. ⁊c.

In die obitus, ſeu depoſitionis defuncti. Introitus.

Requiem eternam dona eis dñe, ⁊ lux perpetua luceat eis. Ps. Te decet hymnꝰ deus in Syon, ⁊ tibi reddetur votū in Jeruſal'ē: exaudi oratiōnē meā, ad te oīs caro veniet. R. equiē eternā. Orō.

Deus, cui proprium eſt miſereri ſemp̄ ⁊ parcere: te ſupplices exoramꝰ pro anima famuli tui N. quam de hoc ſeculo hodie migrare iuſſiſti: vt nō tradas eam in manibꝰ inimici, neq̄ obliuiſcaris in finem: ſed iubeas eam a ſanctis angelis ſuſcipi, ⁊ ad patriam paradiſi perduci: vt quia in te ſperauit, ⁊ credidit, non penas eternas ſuſtineat, ſed gaudia ſempiterna poſſideat. Per dominum noſtrū Jeſū Chriſtum.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes. ij. c. iiij.

Fratres: Nolumꝰ vos ignorare de dormientibus, vt nō contriſtemini, ſicut ⁊ ceteri, qui ſpem non habent. Si enim credimus, quod Jeſus mortuus eſt, ⁊ reſurrexit: ita ⁊ Deus eos, qui dormierunt per Jeſum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quia nos, qui viuimus, qui reſidui ſumus, in aduentu domini nō preueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipſe dominus in iuſſu, ⁊ in voce archangeli, ⁊ in tuba Dei deſcendet de celo: ⁊ mortui, qui in Chriſto ſunt reſurgent primi. Deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cū illis in nubibus obuiam Chriſto in aera, ⁊ ſic ſemper cum Domino erimus. Itaq̄ conſolamini inuicem in verbis iſtis. Grad.

R equiem eternā dona eis domine, ⁊ lux perpetua luceat eis. V. In memoria eterna erit iuſtus: ab auditione mala non timebit. Tractus.

Abſolue domine, animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. V. Et gratia tua illis ſuccurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. V. Et lucis eterne beatitudine perfrui.

Sequētia minor ſcti Bernardi.

Homo natus in hoc mūdo;
Parū viuis, in profundo
Veteris miſerie.
Ut flos exis: ſectus ares,
Primū fulges, poſt nō pares,
Debilis materie.
Uile ſemen in ingreſſu,
Uas immundū in progreſſu;
Uermis cibus in egreſſu.
Quid ſuperbis terra, cinis?
Sordes ecce plagis trinis:
Recordare ſemper finis.
Ergo comple iuſſa Dei,
Sic poſt mortem iunctus ei,
Celo viues permanſurus.
Hic quod ſeris, illic metes,
Dum tribunal Chriſti petes,
De talento reſponſurus.

Ieſu ſator ⁊ creator:
Finis rerum, lumen verum,
Vita defunctorum.
Ipſis lucem ſempiternam
Confer clemens, ⁊ ęternam
Requiem laborum. Amen.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Joannem.



In illo tempore: Dixit Martha ad Jeſuz: Domine ſi fuiſſes hic, frater meus nō fuiſſet mortuus. Sed ⁊ nūc ſcio, quia quęcunque popoſceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit ei Jeſus. Reſurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio, quia reſurget in reſurrectione, in nouiſſimo die. Dicit ei Jeſus. Ego ſum reſurrectio, ⁊ vita. Qui credit in me, etiaȝ ſi mortuus fuerit, viuet. Et omnis, qui viuit, ⁊ credit ī me, non morietur in ęternum. Credis hoc? Ait illi. Vtique domine ego credidi, quia tu es Chriſtus, filius Dei viui, qui in hunc mundum veniſti. **Offertorium.**

Domine Jeſu Chriſte, rex glorię, libera animas omnium fidelium defunctorum de pęnis inferni, ⁊ de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne abſorbeat eas tartarus, ne cadant in obſcurum: ſed ſignifer ſanctus Michael repręſentet eas in lucem ſanctaȝ: Quam olim Abrahę promiſiſti, ⁊ ſemini eius. ℣. Hoſtias ⁊ preces tibi domine, laudis offerimus, tu ſuſcipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas domine, de morte tranſire ad vitam: Quā olim Abrahę. **Sec.**

Propitiare, quęſumus domine, animę famuli tui N. pro quo tibi hoſtiam laudis immolamus: maieſtatem tuam ſuppliciter deprecantes: vt per hęc pię placationis officia, peruenire mereatur ad requieȝ ſempiternam. Per dominum. **Communio.**

Lux ęterna luceat eis Domine, cum ſanctis tuis in ęternum, quia pius es. ℣. Requiem ęternam dona eis domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. Cum ſanctis. **Poſtcommunio.**

Preſta, quęſumus, omnipotens Deus, vt anima famuli tui N. quę hodie de hoc ſeculo migrauit, his ſacrificijs purgata, ⁊ a peccatis expedita, indulgentiam pariter ⁊ vitam capiat ſempiternam. Per dominū noſtrū.

In die tertio, ſeptimo, ⁊ trigeſimo depoſitionis defuncti, dicitur Miſſa vt ſupra, exceptis orationibus, quę dnr vt infra. Orō.



Vęſumus domine, vt animę famuli tui, cuius depoſitionis diē tertiuȝ, vel ſeptimum, vel trigeſimuȝ, commemoramus, ſanctoruȝ atqȝ electorum

ctorum

ctorum tuorum largiri digneris conſortium, & rorem miſericordię tuę perennem infundas. Per dominum noſtrum. Secreta.

MUnera, quęſum⁹ domine, quę tibi pro anima famuli tui offerimus, placatus intende: vt remedijs purgata cęleſtibus, in tua pietate requieſcat. Per dominum noſtrum. Poſtcom.

SUſcipe dñe, preces noſtras pro anima famuli tui, vt ſi quę ei maculę de terrenis contagijs adhęſerunt, remiſſionis tuę miſericordia deleantur. Per domi.

Alia vt ſupra. Oratio.

ADeſto dñe animę famuli tui: cui in die depoſitionis tertio, ſeptimo, trigeſimo, officium cõmemorationis impendimus: vt ſi qua ei ſecularis macula inhęſit, aut vitium mundiale infecit, dono tuę pietatis indulgeas & abſtergas. Per. Secre.

ADeſto dñe ſupplicationibus noſtris: & hanc oblationem, quam tibi offerimus ob diem depoſitionis tertiuz ſeptimum, trigeſimum, pro anima famuli tui, placidus ac benignus aſſume. Per dominuz. Poſtcõ.

OMnipotẽs ſempiterne deus, collocare digname ſpiritum & animã famuli tui: cuius diẽ tertium ſeptimum, trigeſimum, depoſitionis commemoramus, in ſinibus Abrahę, Iſaac, & Iacob: vt quum dies agnitionis tuę aduenerit, inter ſanctos & electos tuos, eum reſuſcitari precipias. Per dominum noſtrum.

In Anniuerſario defunctorum.

Introitus.



Equiem ęternam dona eis domine, & lux perpetua luceat eis. Ps. Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Ieruſalem: exaudi orationez meam: qd te omnis caro veniet. Requiem ęternam. Oratio.

DEus indulgentiaruz domine, da animabus famuloruz, famularumqz tuarum, quorum anniuerſarium depoſitionis diem commemoramus, refrigerij ſedem, quietis beatitudinẽ, & luminis claritatem. Per domi.

Lectio libri Machabeo. ij. ca. xij.

IN diebus illis: Vir fortiſſimuz Iudas, collatione facta, duodecim millia drachmas argenti miſit Ieroſolymam, offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium, iuſte & religioſe de reſurrectione cogitans. (Niſi enim eos, qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur & vanum orare pro mortuis.) Et quia conſiderabat, quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitam gratiam. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis ſoluantur. Gra.

Requiem

R. equiem ęternam dona eis Domi-
ne: ⁊ lux perpetua luceat eis. ℣. In
memoria ęterna erit iuſtus: ab audi-
tione mala non timebit. Tractus.
Abſolue Dñe, animas omniū fideliū
defunctorum ab omni vinculo delicto-
rum. ℣. Et gratia tua illis ſuccurrente
mereantur euadere iudicium vltionis.
℣. Et lucis ęternę beatitudine perfrui.
Sequẽtia. D ies irę, vt ſu. f.258.
dicatur ad libitum Sacerdotis.
Sequentia ſancti Euangelij ſe-
cundum Joannem. vj.



IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, ⁊ turbis Judęorum: Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet: ⁊ euꝫ, qui venit ad me, non eijciam foras. Quia deſcendi de celo, nõ vt faciam voluntatem meaꝫ, ſed voluntatem eius, qui miſit me. Hęc eſt auteꝫ voluntas eius, qui miſit me, Patris: vt omne, quod dedit mihi, non perdaꝫ ex eo: ſed reſuſciteꝫ illud in nouiſſimo die. Hęc eſt aũt volũtas Patris mei qui miſit me: vt omnis, qui videt filiũ, ⁊ credit in eũ, habeat vitam ęternam. Et ego reſuſcitabo euꝫ in nouiſſimo die. Offertorium.

D omine Jeſu Chriſte, rex glorię, libe-
ra animas omnium fidelium defuncto-
rum de penis inferni, ⁊ de profundo la-
cu: libera eas de ore leonis, ne abſor-
beat eas tartarus, ne cadant in obſcurũ:
ſed ſignifer ſanctus Michael repręſen-
tet eas in lucem ſanctam: Quam olim
Abrahę promiſiſti, ⁊ ſemini eius. ℣.
Hoſtias, ⁊ preces tibi domine, laudis
offerimus: tu ſuſcipe pro animabus il-
lis, quarum hodie memoriam facimus:
fac eas Domine, de morte tranſire ad
vitam: Quam olim. Secreta.

PRopitiare domine, ſupplicationibus noſtris, pro animabus famulorum, famularumque tuarum, quorum hodie annua dies agitur: pro quibus tibi offerimus ſacrificium laudis, vt eas Sanctorum tuorum conſortio ſociare digneris. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus. Cõmu.

L ux ęterna luceat eis domine. Cum
Sanctis tuis in ęternum: quia pius
es. ℣. Requiem ęternam dona eis
domine: ⁊ lux perpetua luceat eis.
Cum Sanctis. Poſtcommunio.

PReſta, quęſumus domine: vt animę famulorum, famularumqꝫ tuarum, quorum anniuerſarium depoſitionis diẽ commemoramus: his purgatę ſacrificijs, indulgentiam pariter ⁊ requiem capiant ſempiternã. Per dominum noſtrum Jeſuꝫ Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus.

Si pro vno fiat Anniuerſarium, prędictę Orationes dicantur in ſingulari numero.

In

In miſſis quotidianis defunctorum. Introitus.



Equiem ęternam dona eis domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. Ps. Te decet hymnus Deus in Sion, ⁊ tibi reddetur votũ in Jeruſalē: exaudi orationē meã: ad te oīs caro veniet. R. equiem.

Pro defunctis Epiſcopis, ſeu ſacerdotibus. Oratio.

DEus, qui inter apoſtolicos ſacerdotes, famulos tuos pontificali, ſeu ſacerdotali feciſti dignitate vigere: pręſta, quęſumus: vt eorum quoq; perpetuo aggregentur cōſortio. Per dominum noſtrũ Jeſum Chriſtũ filium tuum, qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti.

Pro defunctis fratribus, propinquis ⁊ benefactoribus. Oratio.

DEus, venię largitor, ⁊ humanę ſalutis amator: quęſumus clementiam tuã, vt noſtrę congregationis fratres, propinquos, ⁊ benefactores, qui ex hoc ſeculo tranſierunt, beata Maria ſemper virgine intercedente, cũ omnibus Sanctis tuis, ad perpetuę beatitudinis conſortium peruenire concedas.

Pro fidelibus defunctis generalis. Oratio.

FIdelium Deus omniũ conditor ⁊ redemptor, animab⁹ famulorum famularumq; tuarũ remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiã, quã ſemper optauerunt, pijs ſupplicationibus cōſequantur. Qui viuis, ⁊ regnas cum Deo patre, in vnitate ſpiritus ſancti Deus.

Lectio libri Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. xiiij.

IN diebus illis: Audiui vocem de cęlo, dicentẽ mihi, Scribe. Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Amodo iam dicit Spiritus, vt requieſcant a laboribus ſuis. Opera enim illorum ſequuntur illos. Alia Epiſtola.

Lec. Ezechielis pphetę. xxxvij.

HAec dicit Dominus deus. Ecce ego aperiam tumulos veſtros: ⁊ educam vos de ſepulchris veſtris populus meus, ⁊ inducam vos in terram Iſrael: ⁊ ſcietis quia ego dominus, quũ aperuero ſepulchra veſtra: ⁊ eduxero vos de tumulis veſtris populus meus: ⁊ dedero ſpiritum meum in vobis, ⁊ vixeritis: ⁊ requieſcere vos faciam: dicit dominus omnipotens. Gradus.

R. equiem ęternam dona eis domine, ⁊ lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria ęterna erit iuſtus: ab auditione mala non timebit. Tractus.

A. bſolue domine, animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis ſuccurrente: mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis ęternę beatitudine perfrui.

Sequentia

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Joannem. vj.



In illo tẽpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis, et turbis Judęorũ: Ego ſum panis viuus, qui de cęlo deſcẽdi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternum. Et panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Litigabant ergo Judęi adinuicem, dicentes. Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Jeſus. Amen, amen dico vobis: niſi manducaueritis carnẽ filij hominis, ⁊ biberitis eius ſanguinem, nõ habebitis vitã in vobis. Qui manducat meã carnẽ, ⁊ bibit meum ſanguinem, habet vitam ęternam. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. **Offer.**

Domine Jeſu Chriſte, rex glorię, libera animas omnium fidelium defunctorum de pęnis inferni, ⁊ de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne abſorbeat eas tartarus, ne cadant in obſcurum: ſed ſignifer ſanctus Michael repręſentet eas in lucem ſanctam: Quam olim Abrahę promiſiſti, ⁊ ſemini eius. ℣. Hoſtias, ⁊ preces tibi dñe, laudis offerimꝰ: tu ſuſcipe ꝓ animabꝰ illis, quarũ hodie memoriã facimꝰ: fac eas dñe, de morte tranſire ad vitam. Quã olim.

Pro defunctis Epiſcopis, ſeu Sacerdotibus. Secreta.

Suſcipe domine, quęſumus, pro animabus famulorũ tuorum pontificum, ſeu ſacerdotum, quas offerimus hoſtias: vt, quibus in hoc ſeculo pontificale, ſeu ſacerdotale donaſti meritum, in cęleſti regno Sanctorum tuorũ iubeas coniungi cõſortio. Per.

Pro defunctis fratribus, propinquis ⁊ benefactoribus. Secre.

Deus, cuius miſericordię nõ eſt numerus, ſuſcipe propitius preces humilitatis noſtrę: ⁊ animabus fratrum, propinquorum, ⁊ benefactorum noſtrorum, quibus tui nominis dediſti confeſſionem: per hęc ſacramenta ſalutis noſtrę, cunctorum remiſſionem tribue peccatorum.

Pro fidelibus defunctis. Secre.

Hoſtias, quęſumꝰ domine, quas tibi pro animabus famulorum, famularumque tuarum offerimus, propitiatus intende: vt, quibus fidei Chriſtianę meritum contuliſti, dones ⁊ pręmium. Per dominum noſtrum. **Cõm.**

Lux ęterna luceat eis dñe, cũ Sanctis tuis in ęternum: quia pius es. ℣. Requiem ęternam dona eis domine, ⁊ lux perpetua luceat eis. Cum Sanctis ⁊c.

Pro defunctis Epiſcopis, ſeu Sacerdotibus. Poſtcommu.

Proſit, quęſumus domine, animabus famulorum tuorum pontificum, ſeu ſacerdotum, miſericordię tuę implorata clementia:

mentia: vt eius, in quo ſperauerunt, & crediderunt, ęternum capiant, te miſerante, conſortium. Per dominum noſtrum Ieſum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus. Poſtcom.

Preſta, quęſumus, omnipotens & miſericors Deus: vt animę fratrū, propinquorū, & benefactorū noſtrorū, pro quibus hoc ſacrificium laudis, tuę obtulimus maieſtati: per huius virtutem ſacramenti, a peccatis omnibus expiatę, lucis perpetuę, te miſerante, recipiant beatitudinem.

Pro fidelibus defunctis. Poſtcõ.

Animabus, quęſumus domine, famulorum famularumque tuarū oratio proficiat ſupplicantium: vt eas & a peccatis omnibus exuas, & tuę redemptionis facias eſſe participes. Qui viuis.

Epiſtolę, & Euangelia ſuperius poſita in vna Miſſa pro defunctis, dici poſſunt etiam in alia Miſſa pro defunctis.

Orationes diuerſę pro defunctis.

In die depoſitionis, & anniuerſario Summi Põtificis, dicitur prima Miſſa, vt ſu. f.257. preter orationes, quę dicuntur vt infra. Oratio.

Deus, qui inter ſummos ſacerdotes famulum tuum N. ineffabili tua diſpoſitione cõnumerari voluiſti: preſta, quęſumus: vt qui vnigeniti filij tui vices i terris gerebat, ſanctorū tuorum Pontificū conſortio perpetuo aggregetur. Per eundem. Secr.

Suſcipe, quęſumus, domine, pro anima famuli tui N. ſummi pontificis, quas offerimus, hoſtias: vt cui in hoc ſeculo pontificale donaſti meritū, in cęleſti regno Sanctorū tuorū iubeas coniungi cõſortio. Per. Poſtcõm.

Proſit, quęſumus Domine, animę famuli tui N. ſummi pontificis miſericordię tuę implorata clementia: vt eius, in quo ſperauit & credidit, ęternū capiat, te miſerante, conſortium. Per.

Pro defuncto Epiſcopo dicitur prima Miſſa, vt ſupra. fo.257. Oratio vt infra. Oratio.

Deus, qui inter apoſtolicos ſacerdotes, famulum tuū epiſcopali Sacerdotali feciſti dignitate vigere: preſta quęſumus, vt eorum quoque perpetuo aggregetur conſortio. Per dominum noſtrum Ieſum. Secreta.

Suſcipe domine, quęſumus, pro anima famuli tui epiſcopi Sacerdotis, quas offerimus hoſtias: vt cui i hoc ſeculo epiſcopale Sacerdotale donaſti meritū, in cęleſti regno Sanctorum tuorum iubeas coniungi conſortio. Per dominum no. Poſtcõm.

Proſit, quęſumus, domine, animę famuli tui Epiſcopi Sacerdotis miſericordię tuę implorata clemētia: vt eius, in quo ſperauit & credidit, ęternum capiat, te miſerante, conſortium. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecū.

Pro defuncto Sacerdote dicitur eadem oratio: ſed vbi dicitur Pontificali, dicat Sacerdotali. Si fuerint plures, dicatur vt ſupra in quarta Miſſa.

Pro defuncto Epiſcopo vel Abbate. Oratio.

DA nobis dñe, vt animaʒ famuli tui Epiſcopi: Abbatis, quam de huius ſeculi eduxiſti laborioſo certamine, Sanctorum tuorum cętui tribuas eſſe conſortem. Per dominum no. Secre.

ANnue nobis dñe, vt aię famuli tui Epiſcopi Abbatis hęc profit oblatio: quam immolando totius mundi tribuiſti relaxari delicta. Per do. Poſtcõ.

HIs ſacrificijs, quęſumus, omnipotẽs Deus, vt purgata anima ⁊ ſpiritus famuli tui Epiſcopi Abbatis, ad indulgentiam ⁊ refrigeriuʒ ſempiternum peruenire mereatur. Per domi.

Pro defuncto Sacerdote.

PReſta, quęſumꝰ dñe, vt anima famuli tui Sacerdotis, queʒ in hoc ſeculo cõmorantem ſacris muneribuſ decoraſti, in cęleſti ſede glorioſa ſemper exultet. Per dominum no. Secre.

SVſcipe, quęſumꝰ domine, pro anima famuli tui Sacerdotis, quas offerimus hoſtias: vt cui ſacerdotale donaſti meritũ, dones ⁊ pręmium. Per domi. Poſtcõ.

PReſta, quęſumus omnipotens Deus, vt animã famuli tui Sacerdotis in cõgregatione iuſtorum, ęternę beatitudinis iubeas eſſe conſortem. Per domi.

Pro defunctis Sacerdotibus alia. Oratio.

PReſta, quęſumuſ dñe, vt animę famulorum tuoruʒ Sacerdotũ, quos in hoc ſeculo commorantes ſacris muneribus decoraſti, in cęleſti ſede glorioſę ſemper exultẽt. Per do. Secre.

SVſcipe, quęſumus domine, pro animabus famulorũ tuorum Sacerdotum quas offerimus hoſtias: vt quibuſ ſacerdotale donaſti meritum, dones ⁊ pręmium. Per domi. Poſtcõ.

PReſta, quęſumus omnipotens Deus: vt animaſ famulorum tuorũ ſacerdotũ in cõgregatione iuſtorum, ęternę beatitudinis iubeas eſſe cõſortes. Per.

Pro pluribus defunctis fratribus. Oratio.



PRopitiare quęſumus domine, animabuſ famulorum tuorũ fratrũ noſtrorũ miſericordia ſempiterna: vt mortalitatis nexibus expeditas, lux eas ęterna poſſideat. Per dominum. Secreta.

HOſtias tibi domine humili deprecatione deferimus: vt animę famulorum tuoruʒ fratrum noſtrorum, per hęc pię placationis officia, tuã miſericordiã conſequantur. Per dominum noſtrum Ieſum. Poſtcommu.

Deus

Deus vita viuentium: ſpes morientium: ſalus omniu3 in te ſperantiu3, preſta propitius: vt anime famulorum tuorum fratrum noſtroru, a noſtre mortalitatis tenebris abſolute: beata Maria ſemper virgine intercedente: in perpetua cum ſanctis tuis luce letentur. Per dominu.

Pro vno defuncto. Oratio.

Inclina domine, aurem tuā ad preces noſtras, quibus miſericordiam tuam ſupplices deprecamur: vt animā famuli tui, quā de hoc ſeculo migrare iuſſiſti, in pacis ac lucis regione cōſtituas, et Sanctorum tuorum iubeas eſſe conſortem. Per do. Secreta.

Annue nobis, queſumus domine: vt anime famuli tui hec proſit oblatio: quam immolando totius mundi tribuiſti relaxari delicta. Per dominum noſtrum. Poſtcōmunio.

Abſolue, queſumus domine, animam famuli tui ab omni vinculo delictorum: vt in reſurrectionis gloria, inter Sanctos et electos tuos reſuſcitatus reſpiret. Per dominum noſtru.

Pro vna defuncta. Oratio.

Queſumus domine, pro tua pietate miſerere anime famule tue: et a contagijs mortalitatis exutam, in eterne ſaluationis partem reſtitue. Per. Secreta.

His ſacrificijs, queſumus Domine, anima famule tue a peccatis omnibus exuatur, ſine quibus a culpa nemo liber extitit: vt per hec pie placationis officia perpetuam miſericordiā conſequatur. Per. Poſtcōmu.

Inueniat, queſumus dn̄e, anima famule tue lucis eterne cōſortiu: cuius perpetue miſericordie cōſecuta eſt ſacramētu. Per.

Pro patre et matre. Oratio.

Deus, qui nos patrē, et matrē honorare pcepiſti, miſerere clementer animabus patris, et matris mee: vel parentu noſtroru eorūq3 peccata dimitte: meq3 vel noſq3: eos in eterne claritatis gaudio fac videre. Per. Secre.

Suſcipe ſacrificiu dn̄e, quod tibi pro animab[9] patris, et matris mee, vel parētum noſtroru: offero: eiſq3 gaudiu ſempiternu in regione viuoru cōcede: meq3 vel noſq3: cum illis Sanctoru felicitati coniunge. Per. Poſtcō.

Celeſtis participatio Domine, ſacramēti, animabus patris et matris mee: vel parentu noſtroru: requiē et lucē obtineat perpetuā: meq3 vel noſq3: cu illis gr̄a tua coronet eterna. Per.

Pro defunctis fratrib[9], propinquis et benefactoribus. Oratio.

Deus, venie largitor: et humane ſalutis amator, queſumus clementiā tua3: vt noſtre congregationis fratres, propinquos, et benefactores, qui ex hoc ſeculo tranſierunt: beata Maria ſemper virgine intercedente cu oibus Sanctis tuis, ad perpetue beati-

beatitudinis conſortium peruenire concedas. Per do. Secre.

Deus, cuius miſericordię nõ eſt numerus: ſuſcipe propitius preces humilitatis noſtrę: ꝛ animabus fratrum, propinquorum, ꝛ benefactorum noſtrorũ, quibus tui nominis dediſti confeſſionem: per hęc ſacramenta ſalutis noſtrę, cunctorum remiſſionem tribue peccatorũ. Per dominum noſtrum. Poſtcommu.

Preſta, queſumus, omnipotens ꝛ miſericors Deus, vt animę fratrum, propinquorum, ꝛ benefactorum noſtrorum: pro quibus hoc ſacrificiũ laudis tuę obtulimus maieſtati, per huius virtutẽ ſacramẽti, a peccatis omnibus expiatę, lucis perpetuę, te miſerante, recipiant beatitudinem. Per dominum noſtrum.

Pro his, qui in cęmeterio requieſcunt. Oratio.

Deus, cuius miſeratione animę fidelium requieſcunt, famulis ꝛ famulabus tuis omnibus, hic ꝛ vbiq; in Chriſto quieſcentibus, da propitius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibꝰ abſoluti, tecum ſine fine lętẽtur. Per eundem dominum. Secre.

Pro animabus famulorum famularumque tuarum, ꝛ omnium catholicorũ, hic ꝛ vbique in Chriſto dormientiũ, hoſtiam Domine, ſuſcipe benignus oblatam: vt hoc ſacrificio ſingulari, vinculis horrendę mortis exutę, vitam mereantur ęternã. Per eundem. Poſtcõmunio.

Deus, fidelium lumẽ animarum: adeſto ſupplicationibus noſtris: ꝛ da famulis ꝛ famulabus tuis, quorũ corpora hic ꝛ vbiq; in Chriſto requieſcunt, refrigerij ſedem, quietis beatitudinem, ꝛ luminis claritatem. Per.

Pro fidelibus defunctis generalis. Oratio.

Fidelium, Deus, omniũ conditor ꝛ redemptor, animabꝰ famulorum famularumq; tuarũ remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam ſemper optauerunt, pijs ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis, ꝛ regnas. Secreta.

Hoſtias, queſumus Domine, quas tibi pro animabꝰ famulorum famularumque tuarum offerimus, propitiatus intende: vt, quibus fidei Chriſtianę meritum contuliſti, dones ꝛ pręmium. Per do. Poſtcõmu.

Animabus, queſumus dñe famulorum famularumq; tuarũ oratio proficiat ſupplicantium: vt eas ꝛ a peccatis omnibꝰ exuas, ꝛ tuę redemptionis facias eſſe participes. Qui viuis reg.

Pro pluribus defunctis. Orõ.

Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper ꝛ parcere, propitiare animabus famulorum famularumq; tuarum, ꝛ omnia eorum peccata dimitte: vt mortalitatis vinculis abſolutę, tranſire merean-

mereantur ad vitam. Per domi num noſtrum Jeſum. Secreta.

Annue nobis dñe: vt animabus famulorum famularumq; tuarũ hec proſit oblatio: quam immolando totius mundi tribuiſti relaxari delicta. Per dominum noſtrum. Poſtcõm.

Deus, cui ſoli competit medicinam preſtare poſt mortem: preſta, queſumus: vt anime famulorum famularumq; tuarũ terrenis exute cõtagijs, in tue redemptionis parte numerentur.

Alia pluralis vt ſupra. Oratio.

Animabus, queſumus domine, famulorum famularumq; tuaru; miſericordiã concede perpetuã: vt eis proficiat in eternũ, quod in te ſperauerunt et crediderunt. Per domi. Secre.

His dñe, queſumus placatus intende muneribus, et quod ad laudẽ tui nominis ſupplicantes offerim⁹, ad indulgẽtiã proficiat defunctorũ. Per. Poſtc.

Supplices dñe, pro animabus famulorũ famularũq; tuaru; preces effundim⁹, obſecrãtes: vt quicquid conuerſatione cõtraxerunt humana, et clementer indulgeas, et in tuorum ſede letantium cõſtituas redemptorũ. Per do.

Alia pluralis vt ſupra. Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne deus: cui nunquã ſine ſpe miſericordie ſupplicatur: propitiare animabus famulorum famularumq; tuarũ: vt qui de hac vita in tui nominis confeſſione deceſſerunt: ſanctorũ tuoru; numero facias aggregari. Per. Secr.

Propitiare queſumus domine animabus famulorum famularumq; tuarum: pro quibu; tibi hoſtias placationis offerimus: et quia in hac vita in fide permanſerunt catholica: in futura vita eis retributio condonetur eterna. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit. Poſtcõ.

Preſta queſumus omnipotens deus: vt animas famulorum famularumq; tuarum ab angelis lucis ſuſceptas: in preparata habitacula deduci facias beatorum. Per dominum no.

Ordo ad faciendam aquam benedictam.

In Sacriſtia preparato Sale et aqua Sacerdos cum ſtola circa collum, primo dicit ℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit celum, et terram. Deinde abſolutẽ incipit exorciſmũ ſalis.

Exorcizo te creatura ſali; per Deum ✠ viuum, per Deu; ✠ verum, per Deum ✠ ſanctũ: per Deum, qui te per Eliſeum prophetam in aqua; mitti iuſſit, vt ſanaretur ſterilita; aque: vt efficiaris ſal exorcizatum in ſalutẽ credentiũ: et ſis omnibu; ſumentibus te ſanitas anime et corporis: et effugiat atque diſcedat a loco, in quo aſperſum fueris, omnis phantaſia, et nequitia, vel ver-

ſutia diabolice fraudis, omniſqꝫ Spiritus immundus, adiuratus per eum qui venturus eſt iudicare viuos, ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignem. ℟. Amen. Oratio.

IMmenſam clementiā tuā, omnipotens eterne Deus, humiliter imploramus: vt hanc creaturam ſalis, quaꝫ in vſum generis humani tribuiſti, bene ✠ dicere, ⁊ ſanctificare tua pietate digneris, vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis ⁊ corporis: ⁊ quicquid ex eo tactum, vel reſperſum fuerit, careat oī immunditia, omniqꝫ impugnatione ſpiritualis nequitie. Per Chriſtū dñm no.

Exorciſmꝰ aque ⁊ dicat abſolute.

EXorcizo te creatura aque in nomine Dei ✠ patris omnipotentis, ⁊ in nomine ✠ Jeſu Chriſti, filij eius domini noſtri, ⁊ in virtute Sancti ✠ Spiritus: vt fias aqua exorcizata ad effugādam omnē poteſtatē inimici, ⁊ ipſum inimicū eradicare ⁊ explantare valeas cuꝫ angelis ſuis apoſtaticis, per virtutē eiuſdem dñi noſtri Jeſu Chriſti: qui vēturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculuꝫ per ignē. ℟. Amen. Oīo.

DEus, qui ad ſalutem humani generis, maxima queqꝫ ſacramēta in aquarū ſubſtātia cōdidiſti: adeſto propitiꝰ inuocationibus noſtris: ⁊ elemēto huic multimodis purificationibus preparato, virtuteꝫ tue bene ✠ dictionis infunde: vt creatura tua myſterijs tuis ſeruiens, ad abigendos demones, morboſqꝫ pellendos, diuine gratie ſumat effectū: vt quicquid ī domibꝰ, vel ī locis fidelium, hec vnda reſperſerit, careat omni immūditia, liberetur a noxa: nō illic reſideat ſpiritꝰ peſtilens, non aura corrumpens: diſcedant omnes inſidie latentis inimici: ⁊ ſiquid eſt, quod aut incolumitati habitantiū inuideat, aut quieti: aſperſione huiꝰ aque effugiat: vt ſalubritas per inuocationeꝫ ſcti tui nominis expetita, ab omnibus ſit impugnationibꝰ defenſa. Per Chriſtuꝫ dñm no.

Hic mittat ſal in aquam in modum Crucis, dicendo ſemel.

COmmiſtio ſalis ⁊ aque pariter fiat: in nomine Pa ✠ tris ⁊ Fi ✠ lij, ⁊ Spiritꝰ ✠ ſancti. ℟. Amen. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

DEus, inuicte virtutis auctor, ⁊ inſuperabilis Imperij rex, ac ſemper magnificus triumphator: qui aduerſe dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis ſeuitiā ſuperas: qui hoſtiles nequitias potēter expugnas: te dñe, trementes ⁊ ſupplices deprecamur, ac petimus: vt hanc creaturaꝫ ſalis ⁊ aque dignanter aſpicias, benignus illuſtres, pietatis tue more ſanctifices: vt, vbicunqꝫ fuerit aſperſa, per inuocationem ſancti nominis tui, omnis infeſtatio immundi ſpiritus abigatur: terrorqꝫ venenoſi ſer-

pentis

pentis procul pellatur, ⁊ pręſentia ſancti Spiritus nobis miſericordiã tuã poſcentibus, vbiqꝫ adeſſe dignetur. Per dominuꝫ. in vnitate eiuſdem. Amen. Deinde fiat aſperſio dicendo antiphonam. Aſperges me domine, hyſſopo, ⁊ mundabor: lauabis me, ⁊ ſuper niuem dealbabor. Ps. Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio, ⁊ nunc ⁊ ſemper, ⁊ in ſecula ſeculorum. Amen. Et repetitur Ana. Aſperges me domine. Supradicta antiphona prędicto modo dicatur in aſperſione aquę benedictę in Dominicis per totum annum: quando Sacerdos, ſiue Diaconus aſpergit Monacos ⁊ alios qui ſunt in Choro, incipiẽs a Superiore, excepto quod in Dominica de paſſione, ⁊ ĩ Dominica palmarum, non dicitur Gloria patri. Sed poſt pſalmum. Miſerere mei. repetitur immediate antiphona. Aſperges me dñe. Excepto etiã tẽpore paſchali, ſcilicet a dñica Paſchę vſqꝫ ad Pentecoſten, quo tẽpore cantaẽ añã. Vidi aquaꝫ egredientem de templo a latere dextro, alleluia, ⁊ oẽs, ad quos peruenit aqua iſta, ſalui facti ſunt, ⁊ dicent, Alleluia, alla. Ps. Confitemini dño, quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. ℣. Gloria pa. Repetitur antipho. Vidi aquam. In octa. vero Pentecoſtes reſumitur. Aſperges me Domine.

M.M.

Finitis antiphonis ſupradicto modo, Sacerdos qui aſperſit aquã reuerſus ad altare ſtans in medio dicat ℣. Oſtende nobis domine, miſericordiam tuam. Tempore paſchali additur. Alleluia. ℟. Et ſalutare tuum da nobis. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

EXaudi nos domine ſancte Pater omnipotens, ęterne Deus, ⁊ mittere digneris ſanctũ angelum tuum de cęlis, qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet, atqꝫ defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amen.

Benedictio ſacerdotalium indumentorum in genere. Rubrica.



Ndumentorum ſacerdotalium benedictio in genere hoc modo fit. Dictis imprimis. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ⁊c. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Quę ſemper dici debent ad benedictiones omnes quarumcunque rerum, ⁊ cum oratio ad collum, dicat orationem.

OMnipotẽs ſempiterne deus, qui per famuluꝫ tuum Moyſen põtificalia ſeu ſacerdo-

 talia

irreprehenſibiliter ſanctoꝛuꝫ patrum exempla ſequentes, ſeruire valeant: hiſqꝫ ſacris miniſterijs ſecundum voluntateꝫ tuā, quando tibi placuerit expletis: cęleſtiꝫ regni gloꝛiam cum omnibus nobis, ſibiqꝫ commiſſis percipere mereantur. Per Chꝛiſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde aſpergat ea aqua benedicta ꝛ facto ſigno crucis dicat.

Benedictio Dei omnipotentis, pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ ſpiritus ✠ ſancti deſcendat ſuper has veſtes vel ſuper hanc planetam, ꝛ maneat ſemper. ℟. Amen.

Specialis benedictio cuiuſlibet indumenti ſiquis ea vti velit. Dictis impꝛimis Adiutoꝛiū. ꝛc. dicat ſequentem oꝛationem.

Deus omnipotens bonarū virtutum datoꝛ: ꝛ omniuꝫ benedictionum largus infuſoꝛ: ſupplices te rogamus: vt manibus noſtriꝫ opeꝫ tuę benedictionis infundas: vt hunc amictum vel albam, cinctoꝛiū, ſtolam, manipulum, tunicellam, vel dalmaticam, planetam vel pluuiale, diuino cultui pręparatum, virtute ſuperna bene ✠ dicere ſancti ✠ ficare ꝛ conſe ✠ crare digneris: ꝛ omnibus eis vtentibus gratiaꝫ ſanctificatiōiꝫ ſacri miniſterij tui benignus cōcede: vt in cōſpectu tuo ſancti ꝛ immaculati atqꝫ irreprehenſibiles appareant: ꝛ donum tuę miſericoꝛdię acquirant. Per Chꝛiſtum dominū noſtrū. ℟. Amen.

Benedictio amictus.

Deus immenſe, cui queque grauia facilia ſunt: hoc genus linteaminis ſuper caput ponendum ſancti ✠ fica: ꝛ pręſta vt quicunque eo vſi fuerint: nullo mentis ꝛ coꝛpoꝛis pondere pręgrauentur. Per Chꝛiſtuꝫ dominum no.

Benedictio manipuli.

Deuotionis infuſoꝛ, quęſumus, bene ✠ dicere digna re manipulū iſtum: vt remiſſionē macularum ſuaruꝫ ſuſcipiant in huius muneris collatione pręuenti, ꝛ fiduciam: vt quę poſtulāda ſunt poſtulent: ꝛ facilius impetrent populis poſtulata. Per Chꝛiſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Benedictio ſtolę.

Deus qui ſolis pręedicatoꝛibus colluꝫ ꝛ pectus oꝛario muniri cōceſſiſti: exaudi nos pꝛopitius: vt quicunqꝫ tuoꝛuꝫ ſacerdotū colla huic ſtolę ſubiecerint: quicquid boni oꝛe pꝛotulerint, opere adimplere feſtinent. Per Chꝛiſtum dominum noſtrum.

Benedictio planetę.

Deus fons bonitatis ꝛ iuſtitię: qui tui operis miniſtros ad extremum veſtimēto caſulę, cuiꝰ munimine interius omnia tegerentur, veſtiri iuſſiſti: cōcede petitionibus noſtriꝫ: vt omnes hac planeta induti, enumeratis intus virtutū oꝛnamētis, vinculuꝫ perfectę caritatiꝫ ſuper oīa habeant: quo perficere valeant quę deſyderāt. Per Chꝛiſtū do.

Benedi-

Bñdictio mapparũ ſeu linteaminum. Adiutoriũ ⁊c. Deinde. Oro.

Exaudi dñe preces noſtras: ⁊ hec linteamina ſacri altaris vſui preparata, bene ✠ dicere ⁊ ſancti ✠ ficare digneris. Per Chriſtum dominũ. Alia oratio.

Domine deus omnipotẽs: qui ornamenta ⁊ linteamina facere Moyſen famulum tuũ per quadraginta dies docuiſti: que etiam Maria texuit ⁊ fecit in vſum miniſterij tabernaculi fęderis: ſancti ✠ ficare, bene ✠ dicere ⁊ conſe ✠ crare digneris hec linteamina ad tegendum inuoluendumque altare glorioſiſſimi filij tui domini noſtri Jeſu Chriſti: Qui tecum viuit ⁊ reg. Ultimo aſpgant aqua bñdicta.

¶ Ad corporalia benedicenda hic modus ſeruetur. Dici debet imprimis. ℣. Adiutoriũ noſtrum in nomine dñi. ℟. Qui fecit. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum. Oratio.

Clementiſſime dñe: cui⁹ inenarrabilis virtus: cuius myſteria arcanis mirabilibus celebrantur, tribue queſumus: vt hoc linteamen tuę propitiationis vbertate bene ✠ dicere ⁊ ſancti ✠ ficare digneris ad conſecrandũ ſuper illud corpus ⁊ ſanguinẽ domini noſtri Jeſu Chriſti: Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. ℟. Amen. Sequitur oratio.

Omnipotẽs ſempiterne de⁹ bene ✠ dicere, ſancti ✠ ficare, ⁊ conſe ✠ crare digneris linteamen iſtud ad tegendum ⁊ inuoluendum corpus ⁊ ſanguinem domini noſtri Jeſu Chriſti. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Alia oratio.

Omnipotẽs deus manibus noſtris opem tuę benedictionis infunde: vt per noſtrã bene ✠ dictionẽ hoc linteamẽ ſancti ✠ ficet: ac corporis ⁊ ſanguinis redẽptoris noſtri nouũ ſudariũ, ſancti ſpirit⁹ gratia perficiat. Per dñm noſtrum Jeſum Chriſtum filiũ: Qui tecũ. ℟. Amen.

Benedictio noue nauis.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. vt ſupra. Oratio.

Propitiare dñe, ſupplicationibus noſtris, ⁊ bene ✠ dic nauim iſtam dextera tua ſancta, ⁊ omnes, qui in ea vehentur, ſicut dignatus es benedicere arcam Noe ambulãtis in diluuio. Porrige eis domine dexteram tuam, ſicut porrexiſti beato Petro ambulanti ſupra mare: ⁊ mitte ſanctum Angelum tuũ de cęlis, qui liberet, ⁊ cuſtodiat eam ſemper a periculis vniuerſis, cum omnibus, quę in ea erunt: ⁊ famulos tuos, repulſis aduerſitatibus, portu ſemper, curſuq; tranquillo tuearis: tranſactiſque riteque perfectis negocijs omnibus, iterato tempore ad propria cũ omni gaudio reuocare digneris. Per Chriſtum dñm. ℟. Amen. Aſpergat nauim aqua bñdicta.

Benedictio domus novę.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. vt ſupra. Oratio.

TE Deũ patrẽ omnipotentẽ ſuppliciter exoram⁹ pro hac domo, ⁊ pro eius habitatoribus, ac rebus: vt eam bene ✠ dicere ⁊ ſanctificare, ac bonis omnib⁹ am pliare digneris. Tribue eis dñe, de rore cęli abundantiã, ⁊ de pinguedine terrę vitę ſubſtantiam, ⁊ deſideria voti eorũ ad effectum tuę miſerationis pducas. Ad introitũ ergo noſtrũ bene ✠ dicere, ⁊ ſanctificare digneris hãc domũ, ſicut benedicere dignat⁹ es domũ Abrahã, Iſaac, ⁊ Iacob: ⁊ intra parietes dom⁹ iſtius angeli tuę lucis inhabitent, eamq; , ⁊ eius habitatores cuſtodiãt. Per Chriſtũ dñm noſtrũ. ℟. Amen.

Aſpergatur aqua benedicta.

Benedictio thalami.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. vt ſupra. Oratio.

BEne ✠ dic Dñe, thalamum hunc: ⁊ oẽs habitãtes in eo, vt in tua pace cõſiſtãt, ⁊ in tua voluntate pmaneãt, ⁊ ſeneſcãt, ⁊ multiplicẽtur in longitudine dierũ. Per Chriſtũ dñm no. ℟. Amẽ.

Poſtea aſpergat thalamum aqua benedicta.

Benedictio candelarum.

℣. Adiutorium. vt ſupra. Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, fili Dei vivi, bene ✠ dic cãdelas iſtas ſupplicationib⁹ noſtris: infunde eis dñe, p virtutẽ ſanctę cru ✠ cis benedictionẽ cęleſtẽ, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuiſti: talemque benedictionẽ ſignaculo ſctę cru ✠ cis accipiãt, vt quibuſcũq; locis accenſę, ſiue poſitę fuerint, diſcedant principes tenebrarũ, ⁊ contremiſcant, ⁊ fugiãt pavidi cũ oĩbus miniſtris ſuis ab habitationib⁹ illis: nec preſumãt amplius inquietare, aut moleſtare ſerviẽtes tibi omnipotenti Deo. Qui vivis ⁊ regnas in ſecula ſeculorũ.

Aſpergantur aqua benedicta.

Benedictio panis.

℣. Adiutorium. vt ſupra. Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, panis angelorum, panis vivus, ⁊ ęternę vitę: bene ✠ dicere dignare panem iſtum, ſicut benedixiſti quinque panes in deſerto: vt omnes ex eo digne guſtantes, inde corporis ⁊ animę deſiderabilem percipiant ſanitatem. Per Chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amen.

Aſpergatur aqua benedicta.

Benedictio novorum fructuum.

℣. Adiutorium. vt ſupra. Oratio.

BEne ✠ dic dñe, hunc novũ fructũ N. ⁊ preſta: vt, qui ex eo in tuo ſancto nomine veſcent, corporis ⁊ animę ſalute potiant. Per Chriſtũ dominũ noſtrum.

Et aſpergatur aqua benedicta.

Benedictio ad quodcunq; comeſtibile.

℣. Adiutorium. vt ſupra. Oratio.

BEne ✠ dic domine, creaturam iſtam N. vt ſit remediũ ſalutare

ſalutare generi humano: ⁊ preſta per inuocationē ſancti nominis tui: vt quicunqꝫ ex ea ſumpſerint ⁊ corporis ſanitatem, ⁊ animę tutelā accipiant. Per Chriſtuꝫ do.

Vltimo aſpergatur aqua benedicta.

¶ De agni benedictione, ⁊ aliarum carnium in paſcha benedicendarum. Imprimis. Adiutorium noſtrum. vt ſupra. Deinde dicatur ſequens oratio.

DEus vniuerſę carnis: qui Noe ⁊ filijs eiꝰ de mundis animalibus precepta dediſti: quique ſicut olera herbarum humano generi quadrupedia munda edere permiſiſti: qui agnum in Aegypto Moyſi ⁊ populo tuo in vigilia paſchę comedere precepiſti in figuraꝫ agni dñi noſtri Jeſu Chriſti: cuius ſanguine oīa primogenita tibi cū mūdo redemiſti: ⁊ angelo in nocte illa omne primogenitū in Aegypto percutere precepiſti: ſeruās populum tuū agni ſanguine prenotatū: dignare queſumꝰ dñe deus oīpotens, bene ✠ dicere ⁊ ſcti ✠ ficare has ouiū ſiue hędorū vel auiū mundarū carnes: vt quicūqꝫ de tuis fidelibus populis ex eis comederint: oī bene ✠ dictione cęleſti, ⁊ tua repleti perenni gratiā, ſatientur. Per Chriſtum domi.

Et aſpergat aqua benedicta.

Item alia oratio.

DEus qui per famulū tuum Moyſen i liberatione populi tui de Aegypto agnū occidi iuſſiſti in ſimilitudinē dñi noſtri Jeſu Chriſti: ⁊ vtroſqꝫ poſtes domorū de ſanguine huiꝰ agni perungi precepiſti: ita bū ✠ dicere ⁊ ſancti ✠ ficare digneris hanc creaturam carnis: quā famuli tui ad laudem tuam ſumere deſyderant. Per reſurrectionem domini noſtri Jeſu Chriſti. Qui tecū.

Benedictio carnium ouium vel auium.

DIgnare domine deus omnipotens bene ✠ dicere ⁊ ſancti ✠ ficare has ouium ſiue auiū carnes: vt quicunque ex populis tuis fidelibus de eis comederint, omni benedictione cum gratia ſaturati repleantur bonis. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vni.

Beneditio caſei ⁊ ouorum.

℣. Adiutorium no. vt ſup. Oratio.

DEus creator ⁊ conſeruator generis humani: dator gratię ſpiritualis: largitor ęternę ſalutis: domine, effunde bene ✠ dictionem tuam ſuper hanc creaturam caſei ⁊ ouorum: vt armata cęleſti defenſione, quibuſcūqꝫ ex ea guſtauerint, proficiat ad ęternam ſalutem. Per Chriſtuꝫ do.

Benedictio panis. ℣. Adiutoriuꝫ noſtrum. vt ſupra. Oratio.

DOmine ſancte, pater omnipotens, ęterne deus: bene ✠ dicere digneris hunc panem tua ſancta ⁊ ſpirituali benedictione: vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis ⁊ corporis: atqꝫ cō-

tra

tra omnes morbos: ⁊ vniuerſas inimicorum inſidias tutamen. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, panem qui de cęlo deſcendit: ⁊ dat vitam ⁊ ſalutem mundo: ⁊ tecum viuit ⁊ regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Benedictio loci.

℣. Adiutorium no. vt ſup. Oratio.

BENE✠dic Dñe, Deus omnipotens, locũ iſtum: vt ſit in eo ſanitas, caſtitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, ⁊ manſuetudo, plenitudo legis, ⁊ gratiarũ actio Deo Patri, ⁊ Filio ⁊ Spiritui ſancto: ⁊ hęc benedictio maneat ſup hunc locũ, ⁊ ſup habitantes i eo. Per Chriſtũ. ℟. Amẽ.

Aſpergatur aqua benedicta.

Benedictio ouorum. Oratio.

SUbueniat quęſumus domine tuę bene✠dictionis gratia huic ouorũ creaturę: de qua pullos gallinarum procreare dignatus es: vt cibus ſalubris fiat fidelibus tuis in tuarum gratiarum actione ſumentibus. Per Chriſtum dominum noſtrum.

Benedictio vuę vel ficuum.

℣. Adiutoriũ noſtrum in nomine dñi.

℟. Qui fecit. vt ſupra. Oratio.

BENE✠dic domine hos fructus nouos vuę ſiue ficuũ: quę tu domine per rorem cęli, ⁊ inundantiam pluuiarum, ⁊ tempora ſerena atque tranquilla ad maturitatẽ perducere dignatus es: ad percipiendum nobis cum gratiarũ actione. Per Chriſtũ.

TABVLA BENEDICTIONVM.

Ordo ad faciẽdã aquã bñdi. 264
Benedictio Sacerdotalium indumentorum 265
Bene. cuiuſlibet indumenti. 266
Benedictio Amictus 266
Benedictio Manipuli 266
Benedictio Stolę 266
Benedictio Planetę 266
Bene. Mapparũ ſeu lintea. 266
Benedictio Corporalium 266
Benedictio nouę Nauis 266
Benedictio Domus Nouę 267
Benedictio Thalami 267
Benedictio Candelarum 267
Benedictio Panis 267
Bñdictio Nouorũ fructuũ 267
Benedictio ad quodcunq; comeſtibile 267
Bened. Agni, ⁊ aliarũ carniũ 267
Benedictio Carnium, Ouium, vel auium 267
Benedictio Caſei, ⁊ ouorũ 267
Bened. ad quęcũq; volueris 268
Benedictio loci 268
Benedictio ouorum. 268
Benedictio Vuę, vel Ficuũ 268

Miſſale Monaſticũm iuxtà ritum Caſinenſis Congregationis: aliàs Sanctę Iuſtinæ, ordinis Diui Benedicti; ex decreto Generalium Comitiorum, & Regiminis, accuratiſsimè impreſſum.

VENETIIS, Apud Dominicum Nicolinum. M D LXXX.

VAL 162 8948

